Ga 541

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

40 Bll
I

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

A. 80.

ANNALES SUCCINCTI MONRÜB. MARIÆ V. ET S. MARCI EVANGELISTÆ. IN AUGIA MAJORE seu DIVITE O. S. P. N. BENEDICTI

ab anno 774. usqs ad annum 1744 inclusivè.

REDEMPTI ANNIS SÆCULI VIII.vum

AUGIÆ FUNDATÆ I.mum

BIBL. SEMIN. 80.

Annus Christi 774. Augiæ I.mus

Gubernante Naviculam S. Petri. S. Gregorio III. universalis Ecclesiæ Pastore, ordinato anno incarnationis Dominicæ 715. Die 18. Aprilis. Theodorico Rege Francorum Sceptra tenente, Carolô Martellô Majore Domûs Regiæ, potestate regali præpotente, Audonio vel Audoino A Adonio Episcopo XIII.tio (juxta Calculum Jacobi Mereki (f. oves Constantiensis Diœcesis pascente Anno scilicet Domini 774. S. P. N. Pirminius, natione Gallus, natus circa annum 676. Monachus Ord: S. Benedicti in Monasterio S. Mauri Andegavensis Territorij, ob insignia merita A præclaras naturæ A gratiæ Dotes Cathedræ Meldensi (f. non Metensi, ut alibi P. P. Gabriel Buceling, nec Weldensi, ut Abbas Spanheimensis Trithemius) impositus, ad preces Sindeslai (f. qui A Sindislaus, Sindelfius, Syntolosus, Sintlaz, A Sintlas dicitur:) Toparchæ

Turgovie residentis pro tempore in arce Sandeck supra Mannenbachum è regione Augiæ trans Rhenum juris modò Principalis Ordinis nostri Monij Churensis in Rhoetiâ, in Germaniam evocatus, futurus fidei jam multum in his partibus labascentis, fulcrum firmissimum. Constitutus proin à Summo Pontifice Gregorio II. Germaniæ Apostolus S. Pirminius, incredibile, quàm confertam messem verbo prædicationis, & opere sanctitatis, miraculorumq́s in horreum cœleste intulerit.

Ut autem recidivanti superstitioni, & morum exorbitantiæ pessulum obmueret, & vitia velut ex munimento fortissimo secundantibus Ordinis D. Benedicti alumnis, impugnaret, ope Caroli Martelli, Majoris Domûs Theodorici Regis Francorum, ac prædicti Sindeslai, necnon Principum Bertholdi & Vehi vel Nebi, ut Codex M.S. chronici Hermanni habet, aliorumq́s fundavit Augiam antea Sintleozesawa vel Sindlesowa posteris Majorem & Divitem dictam, ex qua ad primum ingressum, virtute S. Cruris, innumeram serpentium & variorum venenatorum animalium, toto diurno & nocturno triduo ex insula emigrantem multitudinem magno prodigio profligavit, moxq́s fontanam, febricitantibus apprimè salubrem, baculo, vel potius precibus elicuit. Confectum protinus instrumentum, seu Litera fundationis, quas in fine hujus anni legendas dabimus à Carolo Martello, quibus præter Augiam tradit Marcelfingen, Alenspach, Kaelbrunnen, Wolmatingen, Almensdorff, & Ermatingen, cum hominibus 24. cum omnibus juribus & appertinentijs p. ut in nullos alios nisi in Monij augiensis, in memoriam Beatæ Deiparæ Mariæ & SS. Apostolorum Petri & Pauli construeti, & fratrum usus, reditus impendantur,

sub



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

sub poena divinæ interminationis &c.

Augia est Insula, aquis undequâqs circum=
=data, excepto hyemis tempore, quo Constantiam
urbem ituri Augienses ope Navigij non indigent:
Continet in longum dimidium milliare Germanicum
in latum vero quartam Germanici milliaris partem,
in medio instar Collis pulcherrimi assurgit, ex quo pro=
=spectum ad oculorum Delicium habere licet. Visuntur
in ea præter Ecclesiam Monasterialem matricem tres
Ecclesiæ Parochiales, aliæqs de quibus in Consequen=
=tibus plura. Ab oriente habet Constantiam urbem;
à Meridie Rhenum & Turgoviam; ab Occidente mon=
=tem Schina & Hegoviam; à Septentrione Lacum
Venetum & Sueviam: Fertilis Vino & Frumento,
Variqs fructuum Genere Serax, aëris Clementia,
singulari amœnitate, assigit & Immunitatis pri=
=vilegio fruens, ob pretiosissimum Sanguinem et
Crucem Domini nostri Jesu Christi & ingentem Sacra=
=rum Reliquiarum Copiam & Thesaurum Terra Sancta
& verè dives Augia, jure merito nuncupanda. De=
=scribitur Augia à Walafrido Strabo Augiæ autumno
in visione Wettini Monachi Augiensis, taliter:

" Rhenus ab ausonijs quo ducitur alpibus, æquor
" miscet in occiduis diffusus partibus, ingens
" Illius in medio suspenditur Insula fluctu,
" Augia nomen habens: jacet hanc Germania circa:
" hæc solet egregias Monachorum gignere turbas.

magis appositè, cum descriptione Vicinia alludit
ad augiam Ermenricus Monachus Augiensis in Frag=
=mento Libri de Grammatica ad Grimaldum Archi Capel=
=lanum, apud Mabillonium Tom: IV. Analect.

" Nunc primùm loca tangentes cum flumine Rheno,
" In quibus est commoratus dignissimus heros:
" Has Europa tenet prisco sub nomine gentes,
" Quas hister secum retinet divortia Rheni;
" Et satis hinc dictum, clarum nunc persono flumen,
" Rhenus ab ausonijs descendens montibus altis,
" In Brigantinum mare se stagnare videtur;
" Antiquo ex fluvio sic dictus nomine portus,
" qui modo Codanicus vocitatur Gurgite noto,
" Et dum se extendit circum per longa viarum,
" Fertilitate sui nullis manet aqui parandus
" Fluminibus, presidens piscosi germinis agmen.
" Hinc aquor medium secat, et complectitur urbem,
" Nomine que propry est Regis constantia dicta:
" Quam Salomon nunc antistes clarissimus ornat,
" Doctrina et pietate Dei cuctugs benignus.
" Exin progrediens parit Auvam cespite claram,
" Insula que est alijs praestantior augia solâ,
" Auget enim doctis, doctam cum dogmate vitam,
" Fertilis arboribus cum vitibus undigs cincta,
" Quâ flores vernant semper, quâ lilia spirant.
" Quo me nutrit ovans, et cum nutrimine sanctos.

Haec augia in ortu suo, ut cuncta, exilis, successu tamen temporis in tantum splendorem et potentiam excrevit, ut inter Germaniae coenobia facile Princeps haberi potuerit; evasit namgs promptuarium maximorum Germaniae Pontificum; hortus sacer, ex quo Novellae regularis disciplinae plantationes ad alias plures noviter candidas S. P. Benedicti aleas

trans-

transposite, Schola Sanctitatis, ex qua plurimi Coeles-
-tis Gloriæ Candidati prodiêre, Seminarium Doctorum
qui orbem Litteratum Scriptis suis illustrarunt.

Hujus Cœnobij, præter Fundatores primarios S. P.
N. Benedictum, et Carolum Martellum, erant Dota-
-tores Pipinus Rex, Carolus Magnus, Carolus Crassus,
Henricus Sanctus &c. alij Benefactores Summi Pontifi-
-ces, Cardinales, Archi-et Episcopi, Abbates, Impera-
-tores, Reges, Duces, Comites, Imperatrices, Reginæ,
Ducissæ, Comitissæ, Aliique &c. Sexûs Nobiles numeran-
-tur 5000. Civitates, Oppida, Pagi, arces, Castella &c.
à prædictis donata inveniuntur 125. Annui reditus
olim computabantur aureorum 60000. Mónry Fu-
-salli, Duces Austriæ &c. Duces Palatini et Marchio-
-nes 10. Comites 27. Barones 28. Equites et Nobiles
307. è quibus plurimi specificantur à P. Bucelino
in Aquilâ Imperij Benedictina.

Sed Heu! quantum hæc distat abillâ, Incendia, bella,
Irruptiones hostiles, Administrationes Abbatum quo-
-rundam negligentes, tempora Henrici IV. Cæsaris
infausta, calamitosæ illæ depopulationes vulgo Faust-
-Recht ad annos viginti perdurantes, languor in studio
Literarum et disciplinæ monasticæ exitialis, Luxus
Monachorum nobilium nimius, aliq; denigs Casus
infortunati, quos silentiô hic supprimere malumus,
omnem hanc Gloriam devorarunt, adeo, ut reliquum
nobis nil sit, nisi ut adoremus abyssalia Dei Ju-
-dicia, nostramgs quâ vocati sumus, vocationem
per exactam S. Regulæ et monasticarum Constitu-
-tionum observantiam, certam faciamus, necum

Jem=

temporalibus amittamus & æterna: Quæramus pri=
=mùm Regnum Dei, ut, si fortè sit Spes, ex cæteris
Sæculi aliqua adjiciantur.

Annus fundationis est Loggio, Jacobo Wilhelmo
Imhof & P. Gregorio Löb S. J. 717. Tromsdorffio 714.
Nauclerus asserit S. Pirminium primùm ad Augiam
Veniſſe Anno 725. Sed quàm malè hi omnes docent Sequentes.

Littera fundationis

Mönrij Sintlacis Augia dicti, sub S. Pirminio I. Abb.

" In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.
" Karolus divinâ favente Clementiâ Francorum Rex.
" Cùm fragilitas humani Generis pertinescat ultima
" Vitæ tempora subitanea transpositione vertitur,
" oportet, ut non inveniat unumquemque in paratu,
" ne sine aliquo boni operis respectu migret de hoc
" Sæculo, nisi, dum suo jure & potestate consistit,
" præparet sibi Viam, per quam ad æternam Sa=
=lutem & beatæ Vitæ Gaudia valeat pervenire.
" Igitur Ego in Dei nomine Karolus Major Domûs
" illustris Viris Luitfrido Duci, & Bertholdo Comiti
" Dignoscat Magnitudo seu industria Vestra, qua=
=liter Vir Venerabilis Pirminius Episcopus unà
" cum peregrinis suis Monachis de partibus
" Galliæ in fines Alamannorum ad peregrinandum
" propter nomen Domini Venerat, quem gratanti
" animo in nostro mundiburdio suscepimus &
" ei locum ad habitandum Sintlasowam in fisco
" nostro Concessimus, & ei de fisco nostro quings
" loca inter Villas & Villares, id est Marschelfingen,
" & Aonspach, & Caelapruno, & Wolmatingen
" &

// Minahsdorff cum omnibus appendicijs A Herminis
// suis Iradidimus, A ex altera parte Rheni flumi-
// -nis Ermotingen Villam egregiam atq; regalem
// cum omnibus appendicijs de fundis suis donamq,
// A homines Viginti quatuor, qui in pago Turgau-
// -gensi commanent, A res facultates ejusdem Villæ
// incolendo possident, Kapper, Gadwinus, Leütold,
// Nappo, Helo, Chono, Winfrid, Justinus, Waltheri-
// -us, Widalt, Dalcher, Lampert, Arfrid, Wolfhard,
// Teoderich, Deopred, Alfrid, Radumnus, Helidul-
// -fus, Ermanold, Dalfindus, Ehrich, Amalfrid, Lan-
// duinus, hos omnes A eorum posteros cum sua
// successione, quatenus ibidem Monasterium in
// memoriam Sanctæ Dei Genitricis Mariæ A
// Apostolorum Petri A Pauli construat, A Re-
// -gulam Sti Benedicti secundum normam
// benè viventium ibidem doceat. Hoc ergo mo-
// -nasterium à prefato Viro Venerabili Firmi-
// -no adhuc fundandum, postquam fundatum
// erit, cum predicta Villa Ermotinga, A cum
// prememoratis Viginti quatuor hominibus
// A cum omnibus eorum Successoribus dotari
// decernimus, atq; jubemus, ut Vinum ad Sacra
// Eucharistiam præparandam, quâ divinus
// sanguis conficitur, ex eadem Villâ singulis
// annis accipiatur. Sed quia mundus in
// maligno positus de die in diem ad pernitio-
// -sam nequitiam, A ad damnosam ruinam,
// atq; calumniosè in deteriorem partem af-
// fiduâ procacitate vergit, A homines semper
// proni ad omne malum exercendum, pigri

autem ad aliquid boni vel honesti agendum
deinceps nascentur, regali nostro impetio San-
=cimus, et Constituimus, confirmando robo-
=ramus, ut ha Villa Ermolinga, quam in Do-
=lem S. Dei Genitricis Mariæ, et ad fundandu
Augendum ac declarandum Monasterium
voluntariè damus et offerimus cum prædictis
hominibus, et cunctis eorum Successoribus
eidem Cenobio et Monachis in eo in presen-
=tiarum degentibus, Deo, ejusq; Genitrici de-
=votè famulantibus, et omnibus in futuro
posteris succedentibus perpetualiter inhereat,
inlibata perduret, inconvulsa permaneat,
incorrupta et indivisa persistat. Nulli
Abbatum post venerabilem Priminium
prefatam Insulam possidentium liceat
in hâc villâ quidquam minuere, vel Vineas,
aut mansum, bunnuarium, molendinum
agrum, pratum, Silvas, loca culta seu inculta
vel homines nominatos, vel presentes vel pos-
=teros eorum Succedentes cuiquam Laicorum
in feudum concedere, vel in proprietatem
date, vel ab utilitate Monachorum alienare,
aut absentare, aut quicquam horum, quæ
in hac villa pro animâ nostrâ, parentumq;
nostrorum in Eleemosynam et pro Stabilitate
totius regni à nobis tradita sunt, audeat pro-
=tervè seu presumptuosè distrahere vel dis-
=sipare. Insuper etiam prelibatis Viris et

posteris

posteris eorum talem justitiam et juris oppo-
-sitionem constituimus habere, qualem et an-
-tea ad nostrum fiscum pertinentes habebant.
Et hoc addimus, ut coram nullo seculari Ju-
-dice degant, vel bannum persolvant, vel qui-
-quam ex eiminis quasi constricti patiantur
nisi coram Venerabili Erminio sive ejus Suc-
-cessoribus, postea vitè prefatum monas-
-terium regentibus et coram eorum advo-
-cato quem ipsi sibi fratres prudenter ele-
-gerint. Res et facultates Ecclesiæ, quas
possident, jure hæreditario teneant, istâ
minimùm conditione, ut, quando quis eor
moritur habens hæredem, novem solidos
et sex nummos in usualem sumptum mo-
-nachorum componat, si hæres feudum Patris
obtineat, pro casu autem Patris, animal pre-
-tiosissimum, quod si animalia non habet,
facultatum suarum portionem maximalem
tribuat. Si quis eorundem filiam suam in
matrimonium extra societatis terminum dederit,
tres solidos componat ad prefatum monas-
-terium, quod si intra, nullum patiatur detri-
-mentum; De illis verò liberis hominibus,
qui in supradictis locis residunt, qui tributa
suum hactenùs non persolvebant, statuimus,
ut quicquid fiscus inde sperare poterit, nostris
tam in feudis, quàm in bannis, seu in diversis
functionibus nullus Laicorum quicquam
sibi inde vindicare audeat, sed ipsi monachi
cum omni tranquillitate deinceps requiant.

ac

ac relinquant. Proinde si quandoqs aliquâ magnâ necessitate ingruente, contra hostem eundum sit, ijdem prafati liberi homines, quos Abbas tunc temporis elegerit apstos, erunt, et illi, quos in dotem dedimus, remanebunt, nullumqs bannum persolvant, sed interim Monasterio in edificijs, ad quod pertinent, fideliter deserviant, Insuper etiam predicto Monasterio ob Venerationem Doni fundatoris Bäminj Episcopi, regali nostro imperio aliud regium donum addimus, scilicet, ut post eum cuncti abbates in eodem Monasterio regimen sortientes à suis Monachis primum simpliciter eligantur, et post hanc liberam Electionem representati à nobis investiantur, quoqs abbates, ut in Dei servitio immorentur obnixius, ab omni expeditione, sola Romanâ exceptâ, absolvimus, et ut etiam ipsi abbates cum suis Monachis Laudes Dei meditentur sepius et attentius, nullam curiam regum, quasi ex jure districti, nisi libeat, frequentent, excepto, si quod propter regni negotium inevitabiliter tractandum cunctis equaliter dictum fuerit principibus. Obsecramus ergo vos atqs jubemus, ut ministri nostri eundem Venerabilem Virum Bäminium in predictam Insulam adducatis et ei hec prenominata loca, sicut disposuimus et ipsos homines prenominatos potestativè subjiciatis, ut in antea à nobis, et à ceteris Deum timentibus illic exeat norma religionis. Si quis autem hec

nostra

nostra Statuta aliqs precepta Violare vel in frin=
=gere conetur, Coelesti lumine privetur: Si quis
Abbas, vel Monachus Vel Clericus, Seu Laicus, pro=
=fata Bona Vel homines, vel presentes Vel poste=
=ros comm in futuro Succedentes, à memorato
monasterio auferre Vel alienare moliatur, ipse
Coelestis Gaudij exsortis existat, et nomen ejus
de Libro Vitæ deleatur; fiant filij ejus orphani.
et uxor ejus vidua. Amen.

☩. Signum Inlustre Vir Karlo major Dominatu

☩. Signum Inlust. Vir Pippino filio ejus.

☩. Signum Inlustr: Vir Hucberto Comes Palatij.

Signum D.ni Karoli K R A V L S. Major Domûs
dicti, Patris Pippini
et Karolomanni.

Ego Waldcrammus Archi Cancellarius Invictis=
=simi et Potentissimi Karoli Regis recognovi.
Data VII. Kal: Maji. Anno ab Incarnatione
D.ni n.ri Jesu Christi 724. Anno autem ipsius
Karoli VIII. Actum Jopilla Villa Sub die
quem scrit Mensis Aprilis Dies 28.

Annus Christi 725. Augiæ 2.dus

Subsistit in Augia S. P. Pirminius, Vindu=
=cit novam Colonian ex urbis Constantiensis Coe=
=nobijs procul dubio postulatam. Ita P. Bucelinus
qui nobis opinionem suam minimè persuadet; cùm
D.nus Gallus Oheim, Utriusq juris Doctor, Theolo=
=gus Coenoby Augiensis et Martini Comitis de Wolf=
=fenburg Abbatis Capellanus, Ecclesiastes, nec non
Ecclesiastici fori, vel Consistorij Augiensis Judex Ordi=

=narius, vir multarum rerum, scientiarumq; peritis
clarus f. et ex eo alij plurimi scribant, quod S. C.
Firminius, jam antequam in Insulam naviga=
=rit, in arce Sandesk apud Sindeslaum f. quem ali=
=qui tandem Monachum in Augia factum esse au=
=tumant, et in oppido Cfungen Vel Jungen cui jun=
=ingen in Turgovia infra Wettodurum ad fluvium
Töss, apud Walhilonem Gottfridi Ducis Sueviæ filium
ad tempus commorans, ultra triginta f. Stumpfius
L. 4. C. 31. quatuor. et L. 5. C. 34. aliquot f. Mo=
=nachos secum habuerit, quos de partibus Galliæ,
ut Libera fundationis sonant, evocatos, secum in
Augiam transvexerit, adjutores in Structum et
fabricum inutilium excisione, et novæ aræ cul=
=tura.

Refert Burckardus Monachus Augiensis in Poema=
=te de Gestis Wiligowonis Abbatis Augiensis, quòd ide
Wiligowo in Pago Juminga seu Cfungen in hono=
=rem S. Firminij Ecclesiam et monasterium ex=
=struxerit, de quibus tamen modò nec rudera viden=
=tur, sic autem canit Poeta in Persona Augiæ.

" Est alterq; Pagus noster, Juminga Vocatus,
" Pulcher in aspectu sub cultus fertilis usu,
" quem dedit in primis mihi certo fœdere dotis
" me, sed adhuc teneram cum primo flore puellam
" Præsul Firminius capisset amare beatus,
" Normâ Justitiæ sub sobrietatis amore,
" Hunc Willigowo meus pro cujus amore Marthus
" diligit in tantum, ni fallor protinus ipsum
" ut mihi præferret, si res fortunaq; vellet.

Præ=

// Præcinui dolens; nam me vult ante relinquens,
// Perdurare loco non cessat semper in illo,
// Ac ibi cùm modicum spectaret stare Sacellum,
// Quod Signum diculi Vox clamat garrula Vulgi,
// Præsulis ob meritum venerandi, qui dedit illum,
// Esset ut ad munus mihi dotis in ordine primus.
// Has minimas ædes, excunctis partibus augens,
// adè constructum perfecit nobile templum,
// Per Gyrumgs Loci faciens habitacula Claustri:
// adjunxit cellas Domino famulantibus aptas,
// Hic ut Sceuti Vivant sine turbine mundi,
// Ardens ex ovibus quocunqs poposcerat usus.
// Tale Monasterium Christi sub honore dicatu,
// iste meus studio patravit Vir Wthgowo.

Lucelinus ad hunc quoqs annum scribit, quod Fu-
=giense Benedictini ordinis Monasterium ab eq.
-regio illo Cœnobiorum Conditore S. Pirminio Mel-
=densi episcopo exædificatum sit: de quo nusquam
aliàs quicquam reperimus, forte idem pro Jumin-
gensi substituit Fugiense.

Annus Christi 726. Augiæ 3.

Annus Christi 727. Augiæ 4.

S. P. Pirminius post triennalia augiæ guberna-
=cula à Theobaldo, seu Theodebaldo Duce Sueviæ,

Odio

odio in Carolum Martellum ex Augia pellitur, quod Exilium pro amore Christi libenti animo Sus=cipiens, cùm facile, si voluisset, à potentissimo eodem Carolo adjutus, Ducis vim retundere po=tuisset, dispositione Dei mirabili Alsatiam petijt & amplissimum illud Sundgovie Monas=terium Morbach, seu Murbach, in Diœcesi primùm Argentoratensi, dein Basileensi, condidit, Suppe=ditante Expensas Eberhardo Comite Alsatiæ Adal=berti filio, confirmante fundationem Theodorico Rege; Datum & actum die Xb. Mensis Julij Anno VII. Theodorici Regis. in Grundulfi Villâ. Trithem: Ma=bill: Aubertus Miraus.

De diuturnitate Regiminis Augiensis S. fun=datoris nostri ita canit noster Walafridus Strabus

Primus in hac Sanctus construxit mœnia Præsul
Virminius, Iernisgs gregem protexerat armis.

S. L. B. post discessum ex augia constituit pro se Ad=lonem ejus nominis I. Comitem Altenburgense & Vindonissensem, seu Kyburgensem, vel Habspur=gensem /: variant enim Scriptores :/ Abbatem Augiæ II. Hic Hetto, scribitur & Etho, Otto, Hedo, Heddo, Euto, Heddus, Eddamus, & Heddo. Herm: Guisliman: & alij

Annus Christi 728. Augiæ 5.

Annus Christi 729. Augiæ 6.

Hetto Scholas publicas in Augia instituit, confluente tantâ

tanto Nobilium numero, ut credi vix possit, ex quibus plurimi Magistrorum eruditione, & vitæ Exemplo capti Acutum exambiere.
à quo tempore mos inolevit in Augiensi Monasterio, ut non nisi summo genere natis, Principibus, Comitibus, et Baronibus, ad S. Ordinem plurimo tempore aditus pateret, qui tamen plebeis vi fundationis primævæ, non occluditur; quodq; in initio Augiæ Splendori & emolumento fuit, id successivè detrimento maximo et Damno irreparabili exhibit, ut eventus probabit.

Annus Christi 730. Augiæ 7.

Circa hunc annum, vel paulò post, S. P. Pirminio promotore, fundantur monasteria, Schuttrense, Gengenbacense, Schwarzachense, Neuwilerense, Mauri-monasteriense, sita in Diœcesi argentinensi; Ad Schwarzachense & gengenbacense fundandum dedit Luithardus Comes: ad Neuwilerense Sigibaldus Episcopus metensis, quod ante ducentos annos ad Canonicos Seculares migravit Mabill. Annal. Bened.

Mauri monasteriensis abbas 2dus fuit Maurus Discipulus S. P. Pirminij, qui Maurus Cellam Leobardi, ad Vosagi montes haud longè à Tabernis Alsaticis, olim à S. Leobardo conditam, instaurasse dicitur, unde loco nomen Mauri-monasterio accessit. Mabill. Busch. qui falsò hujus fundationem ad an. 724. refert.

Theobaldus et cognati ejus, immemores Apostolicorum laborum Literarum, & admirabilis Virtutis Exempli, Augiensium Monachorum

cos mitè divexant, quod tamen Viri Sancti, affectu erga hostes propensissimi, equanimiter tolerant.

Annus Christi 731. Augiæ 8.

Obijt S. Gregorius II. 17. Jan: Sepultus 11. febr: Vel potius 13. quando colitur, Succedit S. Gregorius III. ordinatus 22. febr:

Altaha, Morbach et Favarias instincta sunt, missis illuc ad quodlibet duodenis Monachis Augiensibus totidem in augia remanentibus. Altaich inferius primum Abbatem habet Eberwindum; Fabariense Adelbertum s: qui obijt 26. Junij de anno certo non constat: ex Augia ab Hettone illuc ad petitionem S. P. Liminij destinatos.

Fundantur etiam circa hunc annum opera S. P. Liminij monria mansee, seu Lino lacense, osterhofen, Pfaffenmünster, Altaich Superius, Gamundium seu Hornbach. Huic ultimo impensas et fundum contulit Werinharus actâ franco-rum edictis progenie, ubi etiam S. P. Liminius sanctè decessit. Altaich utrumq; Mansee, Pfaffenmünster et osterhoffen sumptibus Odilonis seu Utilonis Bajoariæ Ducis condita.

Non conveniunt inter se authores in annis fundationis horum monasteriorum, nos secuti Hermannum nostrum, Mabillonium, Chronica utriusq; Altha-, quæ pro fundatione sua agnoscunt annum presentem.

Annus Christi 732. Augiæ 9.

S. P. Liminius circa hæc tempora digressus ex Hornbach, manum admovet ad instaurandum Wissenburgense

=gense Monasterium in Diœcesi Spirensi, cujus Episcopi mense Seculo XVI. incorporatum est. Mabill.

Hetto eandem, quam S. P. Pirminius fortunam expertus à Theobaldo Sueviæ Duce in Uraniam Helvetiorum pagum ob odium quod Caroli Martelli exul mittitur, ab eodem tamen Carolo hoc eodem mox anno restituitur. Herman: Mabil: et alij.

Annus Christi 733. Augiæ 10.

Annus Christi 734. Augiæ 11.

Carolus Martellus ex opimis Spolijs ab hostibus reportatis Monasterium Augiense munificentissimè locupletat. Buel:

Hetto I. Abbas Augiæ II. promotore Carolo Martello fit Episcopus Argentinæ, qui non multo post, deste Hermanno, Monasterium Ellenheimense seu Elhenen-Münster, à Se ita dictum, extruxit, et collapsum restauravit, quod prius Cella Monachorum dicebatur, cui præfecit Abbatem primum Hildolfum, Monachum ex Augia ad Se vocatum; De Hettone, et hujus Cœnobij restauratione hos versus extare prohibent. Druschius et Auberlus Miræus.

" Anno ter deno Septingentesimo quarto
" Antistes Claustrum renovando condidit Elho.

Etiam ad hunc annum ponit Buelinus cum alijs fundationem monasterij Amorbacensis, conditi impensis Caroli Martelli et filij ejus Pipini, ordinante S. P. Pirminio fundum largiente Richardo, seu Rutkardo

Franckenbergensi Comite, cujus Abbas primus pos-
-tea constitutus S. Amor, Discipulus S. P. Virmi-
-nij f. refert P. Ignatius Gropp, Scriptor Aonici
Amorbacensis, quod S. P. Perminius jam circa
annum 714. in Sylva Donina quandam parvam
aediculam in honorem B. M. V. construxerit, in loco
ubi nunc Amorbacum est situm; anno deni 730.
ad novum Coenobium jacta fuerint fundamenta
anno demum 734. perfecti operis formam acce-
perit; At vix ad credendum inducimur, quod
S. P. Virminius jam tum partes illas peregrârit,
sed primùm post suam expulsionem ex Augia,
quae facta est ao 727. quod autem Augiense
ex omnibus, quae S. Pater construxit, monas-
-terijs primum sit, classici probant authores.

In augia Hettoni I. Abb. II. Succedit Keba,
vel Geba, Kebo, vel Lebo, Abbas III. qui nimium
durus contra religiosos fuisse dicitur. ab Rheim

Annus Christi 735. Augiae 12.

Annus Christi 736. Augiae 13.

Geba vel Keba Vivere desinit, sicut S. Audoenus Epis-
-copus Constantiensis XIII. Abbatis dignitate
in se suscipit, promotore Carolo Martello, Vir
insignitor Literatus, Ermanfredus, qui et Ern-
-fredus, Ehrenbertus, Erenfridus, Anefridus, Ans-
-ledius, Anfridus, Einfredus, Ernefridus, Episco-
-pus Constantiensis XIV. Abbas Augiae IV.

Annus

Annus Christi 737. Augiæ 14.

Ad hunc annum obitum S. P. Pirming nonnulli notant, sed nostro Judicio nimis maturè: Bucelinus ait, vero simile non est, cum ultra hæc tempora multum supervixisse, nos seriem eum ad tumulum comitamur.

Annus Christi 738. Augiæ 15.

Insignis Benefactor Ecclesiarum & Monasteriorum Carolus Martellus in Augiense adinvidiam profusus.

Annus Christi 739. Augiæ 16.

Ermanfredus Abbas augiensis & Episcopus Constantiensis inter negotia Episcopalia Studiorum Promotor eximius, teste Bucelino ad hunc annum, & Jacobo Manlio, inter Ingenij sui monimenta Chronicon Monasterij S. Blasij Hercinie scripsit, quod à nobis visum non est, nec probatum, cum aliquando ascetam illic fuisse, ut suspicatur Bucelinus.

Niderburgum Monasterium Viginum Ordinis nostri in ipsâ Civitate Batavensi situm per S. P. Pirminium exordia capit dotante Ubilone Bajoariæ duce. Hundius. Mabill.

Ad hunc annum f. alibi ad annum 731. refert Bucelinus originem Celtahe Superioris per fundatorem Uilonem Bajoariæ Ducem instincta S. P. Pirminij, cujus Abbas primus Ernestus seu Arioviscus ex augia divite cum 12. Monachorum Colonia postulatus sit; Sed Æmilianus Hem-

=mauer in Chronico Aetahe Superioris pretendit
annum 731. et contrarias opiniones refutat.

Annus Christi 740. Augiæ 17.

Annus Christi 741. Augiæ 18.

Obijt S. Gregorius III. 10. Nov: Sepultus 28. ejusd:
Succedit S. Zacharias ordinatus 19. ejusdem.
Carolus Martellus, fundator Augiæ, post multa
forliter facta moritur 22. Octob: Carisiaci, et
apud S. Dionysium Parisijs sepelitur: pro quo
filij ejus Carolomannus et Pipinus, Patres S. Ca=
=roli Magni, diviso inter se regno francorum,
Majores Domûs regiæ præfuerunt. Herman.

Annus Christi 742. Augiæ 19.

S. Carolus M. singularis benefactor Augiæ nas=
=citur 2. Aprilis Ingelheimij, velut alij, Aquis=
=grani.
Hetto Argentinensis Ecclesiæ Antistes et nuper
Abbas Augiæ interfuit Synodo Germanicæ à S.
Bonifacio collectæ. Mabill:

Annus Christi 743. Augiæ 20.

Annus Christi 744. Augiæ 21.

Annus

Annus Christi 745 Augiæ 7ti.

Laudat ad hunc annum Brucelinus Hettonem Alperti Comitis Habspurgi filium, Abbatem quondam nostrum, Episcopum Argentinensem in cujus gratiam multa Episcopatui collata esse affirmat.

Annus Chti 746 Augiæ 23.

Ermanfredus Augiæ IV. Episcopus Constantiæ XIV. post coronia Viho 8 numeris Episcopalis merita ad Superos abiit, corpus hetus mandatur Constantiæ in Cathedrali templo.

De Hettone, Geba, et Ermanfredo, tribus præcedentibus Augiæ abbatibus, ita canit Walafridus.

" Costea septenis præsedit annibus Eto,
" Cui succedit binis laudandus Geba sacerdos.
" Bina Ermenfredus cum lustra peregerat Abba.

Suonius fit Ermanfredi successor, Abbas Augiæ V. Episcopus Constantiensis XV. simul & invasor cœnobij S. Galli. Herm: Mabill.

Annus Christi 747. Augiæ 24.

Circa hæc tempora S. Bonifacius Archi Episcopus Moguntinus et S. C. Virminius alterius Germaniæ Apostolus jure nuncupandus, sanctæ amicitiæ vinculo conjunctissimi, de bono Germanicarum Ecclesiarum Statu et progressu sæpè invicem tractant et consultant, præcipuè convenientes in Monasterio Hornbacensi. De his Brucelinus ad annum 737.

Annus

Annus Christi 748. Augiæ 25.

Eximiè laudatur Hetto Episc: Argentinen: à S. Zacha-
-riâ Romano Pontifice inter cæteros Ecclesiæ Catho-
-licæ unitos Episcopos in Synodo à S. Bonifacio Archi-
-Episcopi Moguntinensi & in Germaniam à Sede Apos-
-tolica constituto Legato, hoc annô collectâ.

Annus Christi 749. Augiæ 26.

S. P. Rimininus Sholeginm sive Dolegium, Treve-
-rice Diœceseos nobilissimum asceterium, à Rege
olim Dagoberto anno 627. fundatum Sepius in-
-visere solitus, Monachos S. Regulæ observan-
-tiores Monasterium pulchrioribus structuris or-
-natius post se reliquit. Trith:, sub mir. Egon.

Annus Christi 750. Augiæ 27.

S. P. Riminij obitum referunt Lectiones proprij An-
-gensis & ex ijs noster P. Joannes Egonius, circa
hunc annum ad diem 3. Nov:, in quem diem con-
-veniunt omnes, excepto P. Carolo Vierhol? O.S.B.
qui in Calendario Benedictino, à se in germanicam
linguam traducto asserit, eundem S. fundatorem
nostrum obiisse 30. octob: quod nos potius Typhalma
typographicum credimus; cùm P. Ægidius Lan-
-beck, auctor istius Calendarij, expressè 3tium Nov:
habeat.

At hunc quidem annum 750. & diem 3tium Nov:
fixum nobis statuimus, quo S. fundator & Pater
noster Rimininus in Monasterio Hornbach à se
condito, Septuagenario major, post verba Exhor-
-tationis fratribus collectis & Collachrymantibus

facta

facta, prescius fati placidissimè mortis somnum capiens, ad creatorem sum meritis plenus transivit, immolatus in Wormbach, ubi usqs ad irrequietos novatorum fidei immultus requiem nactus, translatus postea demiponto Tyroleos, ut infra docebimus.

Notant plurimi authores, inter quos et P. Gabriel Bucelinus ad annum 737. lunicam S. P. Priminij in augia asservatam parturientibus impositam prodigiosè profuisse. Similia refert P. Henricus Murer in Helvetia Sancta de Dalmatica et cingulo ejus, quò vero eadem res sacra devenerint, nobis non constat. Solus sacer Collex de manu S. fundatoris nostri nobis in summa adhuc veneratione est. f. de quo infra. de manu, inquam, illa, tot miracula patrante, Augiensem insulam Vennenalis insectis undiqs scatentem purgante, et omni benedictione, velut paradisum terrestrem replente, inqs ea fontanam, febricitantibus apprimè salutarem preciûs scaturire faciente; de manu illâ, innumeris populis sacramentum confirmationis conferente cum tanta intensione continuati laboris, ut defectum Crismatis sacri, ni ampullis observatum, manus divinâ repletione novâ supplevisset; de manu illâ, que tintinabulo prius à Guidone, uno ex Wernheri, fundatoris Wormbacensis nobili francorum stirpe progenito ad idem Monasterium Wormbach donato, postea in Louvisler

indignè translato sonoram vocem usqs ad restitutio-
-nem ad locum pristinum ademit; de manu de-
-mum illa, que devotis sibi cibum potumqs bene-
-dixit dispulso quocumqs veneno. Quapropter Ma-
-jores nostri hac fiducia freti saliter ante sumptio-
-nem cibi & potus precabantur.

" Sanctificet nostram S. Virminius escam,
" Dextera Virminij benedicat pocula nostra.

Hos versus novissimè quidam ex Indicijs S. J. componi
ita germanico Christmo tradidit.

" Hrunt Und Christmut Irrund garnü,
" Drut Virmino Hrund dir Lonnaby.

Hrabanus Maurus Abbas fuldensis postea Archi Epis-
-copus Moguntinus S. V. Virminio Epigramma
suum vot.mum pro Epitaphio posuit, quod sic sonat.

" Virminius Praesul, Christi Confessor & ipse
" Hanc eadem inhabitat, consecrat atqs locum.
" Qui propter Christum presentia gaudia mundi
" Spernens, pauperiem eligit atqs sibi.
" Deseruit patriam, gentem simul atqs propinquos,
" ac peregrina petens, aethera promeruit.
" Gentem hic francorum quesivit Dogmate claro,
" Plurima construxit & loca Sancta Deo.
" Hic quoqs nunc pausat, deponens corporis artus,
" atqs anima sursum regna beata tenet.
" Adjuvat & quoqs, qui dignè coelestia quaerunt
" atqs conservat ipse suos famulos.

Walafridus quoqs Strabus Monachus & Abbas Augie.
in Carmine de Visione Wettini nostri hac de eo subdit.

Augiae

" Hujus quisqs velit, sanctam cognoscere Vitam,
" Ipse sepulchra petat, satis ipse probabit in Hombach.

Teste Joanne Bertelio Abbate Epternacensi in historia Luxemburgensi, in Ducatu Luxemburgensi, non procul à Vico Wilz Sacellum existit, S. P. Pirminio Sactum Abbatiæ Monasteriensis apud Luxemburgum possessionibus adnumeratum, quod circumpositi incolæ frequentant, præcipuè pro parvulis, phthisi laboranthibus. Chron: Amorbac.

Quis cultus huic S. fundatori suo ab Augia habeatur moderno tempore, alibi indicabimus.

Scripsit S. P. Pirminius Libellum de singulis libris Canonicis Scarapsum, in modum parenetici Sermonis contextum, qui extat Tomo IV. Veterum analect. Mabillonij fol. 569.

Annus Christi 751. Augiæ 28.

Annus Christi 752. Augiæ 29.

Obijt S. Zacharias Papa 3. Martij, Sepultus ès. ejus. pro quo electus est Stephanus II. 6.to ejusdem, qui eodem mense die 10. Septimethus, Successorem habet Stephanum III. ordinatum 19. ejusdem mensis Martij.

Authoritate Zachariæ Papæ Depositio mense Martio, ab Imo Rege Childerico Merovingorum ultimo, Pipinus Rex Francorum electus à Principibus à S. Bonifacio Archi Episcopo Moguntino unctus & consecratus est die 3. Maji, qua fuit feria 5.ta regnavit annis 17. Herman:

Sidonius Abbas Aug: et Episcopus Constant:
Monasterium S. Trudperti M. in Sylva Hercinia
et Basilicam ejus noviter à Lamperto Comite
Altenburgi erectam, consecravit, et ejusdem Sancti
Martyris reliquias è Veteri Saullo DD. Petri et
Pauli in eandem Basilicam transtulit. Augusti:
Regg: in Cat: Ep: Const:

Annus Christi 753. Augiæ 30.

Annus Christi 754. Augiæ 31.

Annus Christi 755. Augiæ 32.
S. Bonifacius primus Archiepiscopus Mogun-
tinus, Germaniæ Apostolus D. S. B. S. D.
Virminio episcopo et fundatori nostro fami-
liarissimus Martyrij Laureâ coronatur die 5.
Junij.

Annus Christi 756. Augiæ 33.
Hoc anno, sed juxta Chronicon Hermanni, ni-
mis serò, monnium novum condidisse Het-
tonem Abbatem Augiensem et Episcopum
Argentoratensem à se Ethonis cellam, hodiè Et-
tenheim-münster cognominatum, refert Ma-
billonius: nos de hoc supra an: 734.

Annus Christi 757. Augiæ 34.
Obijt Stephanus II. alijs III. 26 Aprilis. Sepultus
26. ejusdem, huncsit S. Paulus I ordinatus 22. Maji.

Sidonius

Sidonius Abbas Augiensis, Episcopus Constant.
cum Warino & Rathardo Principibus damnato in-
-justè & exauctorato S. Othmaro Monasterij San-
-Gallensis Bona usurpat, iniquus Possessor.

Annus Christi 758. Augiæ 35.

Hunc annum existimat Mabillonius fuisse ultimū
Vitæ S. P. Perminij, Abbatis I. & fundatoris Augiæ.
Nos eidem jam ante octennium patentavimus.

Annus Christi 759. Augiæ 36.

Sidonius Augiæ Abbas V. Episcopus Constant. XV.
4. July Sedè profluvio Ventris exhinguitur in Monte
S. Galli ante aditum ejusdem S. Galli. Quidam scribunt
Cadaver ejus ad Augiam vectum; alij, in San-Gallensi
huimo depositum esse. Herm: Chem: Mabill.

Eodem anno pessimo, melior succedit Joannes I.
Abbas Aug: VI. simul Abbas S. Galli, & Episc: Const:
XVI. promotus à Pipino Caroli M. parente. Herm:

Mendacium interdum Sidonij transfert ad an: sequentē.

Annus Christi 760. Augiæ 37.

Annus Christi 761. Augiæ 38.

Pipinus, primus hic familiæ Francorum Rex fun-
-dationem Patris sui Caroli Martelli pro Augia
suis quoq; donanjs & beneficijs D. Bertrada Conjux
-rali intercedente, additis, confirmavit.

Spuriissimum Sydonij Exitum Buccelinus ad hunc
annum notat.

Annus Christi 762. Augiæ 39.

Ad Abbatias Augiensem & San-Gallensem, ac ad in-fatam Constantiensem asserit Bucellinus Joannē hoc primūm anno promotum et vicio nepotismi ob-noxium fuisse. Nos de eo ante biennium, & infra Acta Sermo recurret.

Hetto Argentinensis Episcopus Testamentum condidit in gratiam Monnij Ettinhemiensis, quo cum consensu Pipini Regis & suorum Aleriorum, quasdam Ecclesiæ suæ Possessiones eidem loco attribuit, eas præcipuè quas ab Ernesto Duce comparaverat, Ecclesiasq; Concessit in Sti-pendium triginta Monachorum quos illic congregavit, sub regimine Hildolphi abbatis, eō pactō, ut Cœnobialem ibi vitam sub Regula S. Benedicti ducentes pro Stabi-litate religionis ac regni Deum precari non desinant, actum est hoc Testamentum in Civitate Argentinensi III. idus Martij / 13. Martij / Anno XI. regnante Pipino glorioso rege. p. Mobili.

Annus Christi 763. Augiæ 40.

Annus Christi 764. Augiæ 41.

Basilius Hetto II. Julianus Augiæ abbas IX. & Episcopus Basiliensis.

Annus Christi 765. Augiæ 42.

Hetto I. Episcopus Argent: hoc anno interfuit Conven-tui Attiniacensi in Gallia, cui & iam præsens fuit Ebrardus, primus Actaho Inferioris ab eodem Hettone cum fratribus ex augia illuc missus abbas

in

in quo præter alia Statuta Salubertina, Sciam pre=
=sentes Episcopi & Abbates Sacro illi fœderi Subscrip=
=serunt, vi cujus post cujusq́ ex hoc Seculo Transitum
in Solatium animæ ejus 30. aut etiam 100 Sacrificia
missæ legerentur, & totidem Psalteria vel psalmi re=
=citarentur. Qui mos ferè in singulis Monasteriis exin
obtinuit, ut suo modo certa Suffragia in confœdera=
=torum defunctorum refrigerium persolverentur.
Mabill: Chron: Actab: ing: Videatur ann: 859.

Annus Christi 766. Augiæ 43.

Hetto Episcopus Argentinensis strenuè desudat
in exstirpandâ hæresi Simoniacâ, quæ etiam inter
ejusdem Canonicos invaluerat Buccelin:

Annus Christi 767. Augiæ 44.

Obijt S. Paulus I. 21. Junij.

Annus Christi 768. Augiæ 45.

Eligitur ante 28.um Junij & ordinatur in locum
Pauli I. Stephanus IIII. alijs III. 7. Augusti.
Pipinus francorum Rex, occiso Waifario, & re=
=bus Aquitaniâ Victor redeus, morbo vi=
=rima cadit 24. Septembris & sepelitur Parisijs
anno ætatis 54. regni 17. pro quo filij ejus diviso
regno, Carolus magnus annis 46. & Carloman=
=nus annis 4. à die 9. octobris regnarunt. Herm.

Annus Christi 769. Aug: 46.

Hetto II. suo tempore Abbas Augiæ IX. & Episco=
=pus Basileensis à Patre suo in Sacram Augiam
ad pietatis & Litterarum studia capessenda ducitur.

Annus Christi 770. Augiæ 47.

Bucelinus hoc anno et Mabillonius An 759. Stumpfius anno 760. referunt de Joanne Abbate S. Galli et Augiæ ac Epo Constantiensi quod indignissimo prorsus conatu nepotes tres, unum ad Abbatiam Sangallensem, alterum ad Augiensem, tertium ad Episcopatum Constantiensem promouerunt post obitum suum Canonicis et Monachis promiserit, se eos à Jurisdictione Episcopali exemptorum, et liberam abbatis electionem esse iturum, si votis suis annuerint; Monachi quidem verbis assenserint, sed post ejus obitum contrarium fecerint, Episcopus vero, quod promiserat, seruaverit. De hoc despotissimi vitio prorsus nil habent, Arnoldus Wion, Bruschius, Demochares, Hartmannus, Crusius, Goggius, et Merckius, ii Episcopis Const. Lanonius et plures alij. Et miramur vehementer quod Hermannus noster de Joanne isto, quē Carolus magnus in literis ad Principatum primum Campidonensem Abbatem datis in tanto pretio habuit, ut propter nobilem ac fidelem famulatum Joannis Augiensis et S. Galli reverendi Abbatis ejusdemq; Episcopi Constantiensis precem Monasterio Campidonensi singularia contulerit privilegia, miramur inquam cur Hermannus Contractus tam actum hāc de re teneat silentium, ut qui quemadmodum Sidonij Joannis antecessoris requissima acta non celavit, sic et ejusdem Joannis, siqua peculiaria facta fuissent eoq; Cronico suo inserere potuisset.

Annus

Annus Christi 771. Augiæ 48.

Carolomannus Rex in oppido Salmontiaco obijt 4. Decembris, & sepelitur Rhemis; ex quo Germa=nia & Gallia uni parent Monarchæ Carolo Magno.

Annus Christi 772. Augiæ 49.

Rexit Stephanus III. al: IV. 8. febr: successit Ad=rianus I. 9. ejusd:

Vixit probabiliter adhuc usq; tempora Eberswindi primus Abbatiæ Inferioris ab Hettone I. ex Au=gia cum fratribus illuc missus abbas. Chron: ejusd: e Mon:ij.

Annus Christi 773. Augiæ 50.

Annus Christi 774. Augiæ 51.

Initium Epochæ Caroli M. in Italia regnantis deducitur à mense Martio.

Annus Christi 775. Augiæ 52.

Annus Christi 776. Augiæ 53.

Annus Christi 777. Augiæ 54.

D. Geroldus, filius Hichebrandi in Hillemonte Supra Campodunum administrantis, ex comitissa An=decense Bojaria, frater Hilderici Suevie Ducis, ut

fradict

tradit Wolffgangus Latius, Agilolfingus Princeps, Comes Hegovie, in Cussen, et Wedenberg, Dux Sue=-vie et Bavarie, Prefectus, Vexillifer, et Consi=-liarius Caroli Magni Regis s. conseit Augie 25. oppida, quorum hae sunt nomina:
Tuttlingen in Comitatu Nellenburgensi, Nendingen. Tullenhusen, Wile. Mülheim. Stettin apud Bae=-tenmarck. Urindorff. Trossingen. Dietfurt. Nortstetten, Buoch. Jestinsen. Susterin. Buchilsberg. Eigeltingen. Wolstein. Burchingen vel Burladingen uff der Thür. Mollstetten, vel Mattstetten, Gutteringen. Ringingen uff der Thür. Wangen. Antzin Wiler. Fischina. Hilteringen. Hegadorff.

Obijt circa hunc annum S. Amor, Discipulus S. Pirminij primus Abbas Amorbacensis abeo constitutus, prefuit annis 43. Natalis ejus notatur in Calendario Benedictino Buccelini ad 17. Augusti.

Annus Christi 778. Augie 55.

Hunc annum assignat morti Joannis I. Ab=-batis Augie s. Buccelinus nos mortem ejus differimus ad annum 781.

Annus Christi 779. Augie 56.

Hetto I. Augie olim Abbas II. Argentinensis Episcopus XXIV. ad Superos obit 8. Martij, qui populum sibi commissum à vitijs spe=-cialiter tamen Cleri à Simoniaca labe pur=-gare studuit, humulatur in monasterio à se dicto et exstructo Ettenheim=münster. Chron: aug: Egon: prefuit Episcopatui Annis 15. quamvis

Bruschius

Bruschius A Democharis ei tantùm 8. Annos præter morem aliorum authorum tribuant.

Annus Christi 780. Augiæ 57.

S. Carolus Magnus cum S. Hildegarde Regina Conjuge, et Ds. Geroldo Sueviæ Duce p. in Augiam veniens, non tantum Superiorum Regum regalia dona, facta Monasterio Augiæ Majoris confirmat, sed etiam eidem perpetualiter donat et tradit quandam villam in Podamico fisco, nomine Kornàng, cum hominibus in eo loco manentibus et appendicijs illuc pertinentibus, præter unum mansum, quod Wernhardo Venatori concessit. Hâ autem donavit prædictus Carolus conditione, ut sutores; Velli-fices, fullones, et alij servitores, dum in fratrum vestibus occupantur, de fructibus præfatæ Villæ vescantur. addidit insuper illam partem potamicæ Sylvæ, quam quondam Azoni, Varingo, Biselhardo, Epponi, Elbe-rico, piscatoribus segregatim ad eorum usum incidendam determinavit, et ad Cavatoriam Domum præfatorum fratrum cum prædictis Viris donavit, ut dum ipsi Monachi inter se varijs languoribus ægrotant et infirmantur, et hinc sæpè Balneis indigent, ad hæc in eadem Sylva ligna incidantur, ut balneis procurentur. Quæ Confirmatio et Donatio acta fuit in Augia publica platea Aº Dñi 780.

Idem Carolus eodem tempore Monasterii S. Galli et Augiæ interventu Joannis utriusq; Monasterij Abbatis et Episcopi Constantiensis, ab Episcopatu Constantiensi exemit. Docum: Aug:

Invenitur super hâc confirmatione, Donatione, et Separatione Cœnobij Aug: ab Epatu Const. Diploma:

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis.
Carolus Magnus divinâ favente Clementiâ
Imperator Augustus. Lex.
Cum verò, Si Antecessorum nostrorum Regum
videlicet ac Parentum normam sequentes,
antiqua Monasteriorum Coenobia olim in
Sancta Regule observatione & in Dei servi-
-tio spiritualiter fervencia nunc autem in ali-
-quibus pedetentim ad defectum migrantia, nos-
-tre Inclitionis auctoritate & fulcimine in
precipitium ne labantur roboramus, non so-
-lum Regum morem in eo decenter implemus,
verùm etiam cum tranquillitatis securitate
virentium fratrum orationibus plurimùm
adjuvari confidimus. Ideogz noverit omnium
fidelium nostrorum presentium & futuro-
-rum industria, quando apud Saxones & inter
nos omnia in pace & concordia composita
sunt, Romam ire propositum est, filium
nostrum Pipinum ab Adriano Papa bapti-
-zari decrevimus. Contigit interim, cùm de
loco ad locum migraremus, ad augiensem In-
-sulam cum dilecta Conjuge Hiltegarda, & pio
comite Heroldo causa orationis intravimus,
ibigz à Joanne Constantiensi Episcopo & Con-
-ventu fratrum, & ab omni S. Marie fami-
-lia benignè ac honestè suscepti fuimus. Deinde
nos deducentes in Capitulum Conventium
fratrum, ibi nostris obtutibus quoddam pre-
-ceptum obtulerunt, in quo continebantur
sex nomina Villarum, id est, Marchtolfingen,
Kaltbrunn, Aduspach, Wolmotingen, Adnon-
-dorf, & in altera parte Rheni regiam Villam

Er-

Ermodingen cum viginti hominibus, quas vil-
=las parentes nostri Karolus et Pippinus Au-
=giensi Monasterio in vitâ suâ contulerunt, et
ex his Villis Sutores, fullones, Cauponos, Texto-
=res pistores, cocos, piscatores sibi fratres assump-
=serunt. Posthac Hiltegarda Regina favente,
et Kerolde Comite ac Joanne Constantiensi Epis-
=copo rogante Imi ultrigs abbatiæ Augiensi
et S. Galli præsidente Clementia nostro Culmen
adjerunt, et ut paternum morem sequentes ali-
=quod proprietatis nostræ munus illis conferre-
=mus flagitaverunt, unde Chamera illorum
fulciretur, et memoria nostri assidue sem-
=per haberetur, quorum petitioni libenter sa-
=tisfacientes quandam Villam sub podamico
fisco sitam nomine Körnang, præter unum
mansum, quem Wenchardo Venatori nostro
antea concessimus, cætera omnia ad fratrum
Chameram tradimus, ut eorum fullones, sutores,
pellifices, in his rebus, quando in præparandis
fratrum vestimentis, et in alijs servitijs occupan-
=tur, de hac villa vescantur. Insuper auribus
nostris patuit, quod infirmi fratres ligna
non haberent, quibus balneis, quando ægro-
=tarent, refoverent. Sed quoniam nos decet
infirmis fratribus condolere, locum juxta
lacus Laci situm, in quo piscatores nunc
manent, videlicet Atho, Waring, Eppo, Go-
=belhard, Adelbert cum ipsis prænominatis
hominibus, et illam partem Sylvæ, quam
ad usum illorum determinavimus, ad cava-
=toriam domum infirmorum fratrum

grotantes donamus: ut dum ipsi monachi inter se
variis languoribus aegrotant, et infirmantur, et
quia hinc saepè balneis indigent de eadem Sylva
ligna ad hoc incidantur ut balneis proveniantur.
Haec autem ligna familia de Lömang debet re-
=secare, et in unaquaeq; septimana duas corradas
ad eius plaustris suis apportare. Cui familiae
ligna adducenti fratrum sullones de Insula cum
navi occurrant, et eadem ligna suscipientes ad la-
=vatoriam Domum deferant. Hae nostro largitio-
=nes in his officinis quibus injunximus stabilientur,
et non removeantur: ut dum fratres debiles nostris
consolationibus refocillantur, Deum pro nobis
opitulentur. His itaq; peractis constantiam
orandi gratia intravimus, illicq; per interventum
dilectae conjugis Hiltegardae et pij comitis Kerardi,
ac cum voluntate et consensu ipsius Joannis
Episcopi Augiensem Ecclesiam à Constantiensi
Episcopio ita separavimus et absolvimus, et la-
=tem libertatem ei coram multis principibus
contulimus: ut Monachi in eodem Augiensi
coenobio regulariter et simpliciter Deo servientes,
post obitum Joannis episcopi nullum respectu
ad episcopatum habeant, negs aliquod servitium
quasi pro debito sicut antea fecerunt, exhibeant,
sed inter se liberam potestatem eligendi abbatem
habeant, et non alunde assumatur, sed ipsius
claustri Monachus eligatur, nisi hoc, quod in-
=credibile est, qui dignus sit ibidem non repe-
=riatur, hinc primum alunde in alio claustro
recipiatur, et hic taliter assumptus sine dolo et absq;
Symonia

Symonia constituatur, et ab Imperatore investiatur et à Dño Papa consecrationis donum consequatur. Si autem quod absit, fratrum turma in electione partiatur, quod abominabile est, saniori parti consentiatur, et insanior relinquatur.

Et ut hæc disjunctio et separatio, quam inter Cœnobium Augiense et Episcopium Constantiense fecimus stabilis permaneat et inconvulsa, apud posteros conservetur: Volumus ut à nostro Spirituali Patre Adriano Papa, ad quem duri sumus, Anathematis Vinculo et scripto privilegio confirmetur. Interim hos apices jussimus scribi, et annulli nostri Sigillo sigillari.

Signum Domini Karoli K R A V L S. Magni Serenissimi Imperatoris Augusti.

Ego Lambertus Notarius ad vicem Dietmari Archicancellarij scripsi. Data XVIIII Kl. Decemb. Anno Dñcæ Incarnationis D. CC LXXX. Anno Imperij Karoli Magni Imperatoris Augusti XX. Indict. Septima. Acta sunt hæc Constantiæ præsente Karolo Imperatore, et Regina Wiethegarda, Joanne Episcopo per omnia confirmante.

Nonnulli Hattonem I. hoc anno mortuum opinantur. Bucel. Busch. Conrad. à Lichtenaw Abbas Ursperg.

Hoc eodem anno excessit è vivis 20. Febr. Marianus Abbas Fabariensis VIII. Ipsa Nobilitas appellatus, postulatus ex Augiâ divite

non

non minùs ob genus, quàm dignos nobilitate
mores commendabilis Ducat: in Rhetia.

Annus Christus 781. Augiæ 58.

B. Adrianus I. P. Max: confirmat Privilegia
à Carolo M. data ratione Exemptionis Augiæ
ab Episcopatu Constantiensi Chr: cuog:
E vita excedit Joannes I. Abbas Augiæ VI. Episc:
Constant: XVI. Abbas quogs S. Galli, vir de utrogs
Cœnobio benè meritus, 9. Febr: A Sepulchus in
Augiâ in Sacello S. Chiliani Herm:
Huic in regimine Episcopali succedit Egino Episc:
Constant: XVII. In Abbatiali Augiensi Petrus,
ex ducibus Suviæ, Germanus frater S. Hildegardis
Reginæ, Conthoralis S. Caroli M. Vir de cæpisse eta-
=tis Abbas Augiæ VII. idem.
Prædictus Constantiensium Episcopus Egino
donavit templum Cathedrale egregiâ Cruce, auri
habente marcas 80. argenti 95. & preciosissimas
gemmas. hanc Crucem cum alijs devoravit hæresis
Constantiensis sæculo redempti orbis XVI. sæviens.
Mens: Regg:

Annus Christi 782. Augiæ 59.

Narrat hoc anno Bucellinus et anno priore Ma-
=billonius, ac anno sequente Bruschius, Waltonem
sive Waldonem quendam, Monachum S. Galli cum
consensu Caroli M. Abbatiæ San Gallensi ob odium
Eginonis Episc: Constant: cedentem ad Augiam Divi-
=tem secessisse, ibigs demum fuisse in abbatem assumptu.
At nos Waldonem nostrum, Monachum Augiensem
fuisse semper, nunquam Abbatem San-Gallensem,

jure

jure asserimus, Stabilitâ gravi rationum ponderâ
abs R. Nostro Egonio Priore loci hujus in Tractatu
de Viris illustrib: augiæ C. III. C. VII. submini[illegible]ato,
qui Tractatus cùm non cuivis statim ad manus
sit, Idem verò de monachatu Waldonis benè compo-
=nat, operæ pretium duximus, ea, quæ P. Joannes Ego
hanc in rem habet, verbatim adnexere.

" Jam verò quoniam huc venimus, discutiendum
" paulo uberius est, num revera Waldo hic Au-
" -giæ Monachus fuerit, an vero S. Galli. quâ in
" re audire prius libet Jodocum Metlerum, re-
" -centem & accuratum rerum San-Gallensium
" Scriptorem, qui lib: 1. de Vir: Illustr: San-Gallens
" Cap: 59. & Lib: 2. Cap: 6. scribit: Waldonem S.
" Galli Monachum an 781. constitutum ejusdem
" Monasterij abbatem; Sed quod Eginonem Epum
" Const: valde infestum & injurium haberet, relicto
" S. Galli Cœnobio in augiam digressum, ibiq; paulo
" post in abbatem evectum esse. Dein Siam, quod
" Carolo à Sacris Confessionibus esset, Ticinensem
" episcopatum nactum, & tandem ad Basileense
" translatum; Demum cùm Siam illum resig-
" -nasset, Parisios ad S. Dionysij Cœnobium quietis
" causâ migrâsse, & ibi Siam postea Abbatem
" Electum Anno 812. mortuum fuisse, cui nar-
" -rationi cum Jacobo Manlio & Bruschio in
" omnibus fermè assentitur Martinus Rauius
" annal Fuld: Tom: 1. Lib: 12. C. 9. At etiorem
" hunc ex Cronico Augiensi Germanico cos hausisse
" crediderim, cujus auctor, cum certius nihil
" occurrat, & forsan apud Hermannum legerat,
" anno 781. apud S. Gallum Waldonem quendam

Abbatem fuisse, unum duntaxat annum cum dimidio præfuisse; deinde Iam Anno 786. Echo Augiensi abbati mortuo, similiter Waldonem quendam successisse, putaverit, unum eundemq; esse, quod tamen absq; negotio mox refutabitur.

Existimo igitur ego, diversos omninò esse Abbates Waldonem San-Gallensem, & Wáldonem hunc nostrum, de quo loquimur; cùm enim San-Gallensium rerum antiquus & domesticus Scriptor Hepidannus affirmet, Waldonem S. Galli Abbatem post sesqui annum in regimine exactum ao 781. mortuum fuisse, ipseq; asserat Iam Joachimus Vadianus in Chronologia abbatum, S. Galli, quomodo postea Anno 786. Augiæ præfuit potuit? Sed alia occurrit præterea auctoritas Jacobi Manlij & historij, qui in appendice 4.ta Chronici Constantiensis ubi ejus Diœcesis sanctos enumerant, recensent Iam S. Waldonem Abbatem S. Galli, qui & ibi requiescat; cùm verò noster Waldo Abbas postremò apud S. Dionysium Basilijs fuisse, ibi objerit, ibiq; & sepultus sit, ut fusiùs enarrat Monachus quidam Augiæ anonymus in Historia translati ad nos S.S. Sanguis Christi, quis non videt, Duos esse diversos? Sed & quæ causa fuerit Waldonis abbatis S. Gallensis ad Augiam transitûs, non ego facile perspicio, quod enim dicunt illum ob Episcopatus Episc: rias & molestias regimen abbatiæ apud S. Gallum reliquisse, forsan non usq; adeo incredibile est, quod verò addunt, eum ad declinandas ejusmodi injurias in Augiam secessisse, hoc omni prorsùs

Specie

Specie veri caret, Quomodò enim jam Eginoni pro-
-priquior factus, ab ejus insidijs & molestijs pos-
-set esse tutus, Quomodo Iam Augienses deinde
Patres illum Eginoni ita invisum & exosum
sibi Abbatem postularent? Vel quomodo is ipse
Waldo ob Episcopi contumelias sui San-Gallensis
Monasterij abbatiam deserens, paulò post au-
-giensis & Episcopo Vicinioris Monasterij curam
in se susciperet? Nugæ ergo sunt & figmenta,
ab otioso quopiam excogitata. Egino enim Epis-
-copus Waldonem Augiensem charissimum
habuit, & nullas unquam inimicitias cum
eo gessisse legitur; Quo magis miror, Buschium
& Crusium audere Iam affirmare, à Waldone
Augiensem quoq; abbatiam Eginonis adver-
-satij causâ, desertam fuisse, & eundem Parisios
ad S. Dionysij asceterium secedentem, reliquum
vitæ privatum exegisse, quod à veritate est ali-
-enissimum. Non enim Waldo propter Egino-
-nem deseruit, & dein privatus vixit, sed ex
Augia ad S. Dionysij Coenobium reformandum
& quod majoris laboris & meriti erat, & guber-
-nandum à Carolo transpositus est; Quod Her-
-mannus in Chronico ad annum 786. non pra-
-terit, & Anonymus in historia Translationis
S.S. Sanguinis diligenter & fusè prescribit. Et verò,
quis sibi persuadeat, Waldonem nostrum, virum
tam celebrem, & duobus nobilissimis Episcopa-
-tibus jam functum Caroli M. preterea Impe-
-ratoris confessarium, & ejus in Aula Principem
primarium ita Eginonem Episcopum formidasse,
ut duas abbatias, San-gallensem nempè & Au-

-giensem ejus unius causâ debuerit deferre;
Nomé Carolus Imperator, apud quem
Waldo f. verba sunt predicti authoris Ano-
-nymi f. summum familiaritatis locum
obtinuit, istas talis Egmonis injurias si
quæ intercessissent, pro augusta suâ authori-
-tate repulisset, et in quietam ac pacificam
possessionem illum collocâsset. Negs sane
verosimile est, Patres augienses contra suum
Privilegium â Carolo M. et Adriano Summo
Pontifice, nuper per abbatem et Episcopum
Joannem impetratum, asserius alicujus
Monasterij statim alumnum sibi abbatem
constituisse, eô præsertim tempore, quo Au-
-gia Viris doctis et sapientibus quàm maximè
floreret. Manet ergo Waldo Augiæ Monachus,
et nunquam S. Galli abbatiam administravit,
cum ex antiquis tam Augiæ Scriptoribus nemo
unquam, negs Hermannus in Chronico, neque
modò citatus author Anonymus f. qui alioqui
plerags ejus gesta diligenter descripsit f. id
vel leviter indicaverint. Hucusqs R. P. Jos
Egonius.

Annus Christi 783. Augiæ 60.

Annus Christi 784. Augiæ 61.

Ad hunc annum notat prædictus P. Egonius
obitum cujusdam Hartberti Episcopi et Mo-
-nachi Augiensis, de eorum numero, qui à

Carolo

Carolo M. non sine insigni Augiæ, sub Joanne Abbate magna doctorum virorum Copia florida decore expetiti, & ad diversos Siam congè dissitos Episcopatus promoti. certâ Episcopatûs aut urbis Sedes necdum liquet cum tamen monachum augiæ exhibisse, constat ex antiquo nostro Necrologio, ubi inter mortuorum augiensium Monachorum nomina statim post Sidonium & Joannem Episcopos Veterrimo, & prioribus omninò æquali Characte conscriptum ejus, & quidem Episcopi nomen habetur, & adhuc ante abbatem Petrum, Joannis Successorem ponitur, qui: Hermanno Herle:/ obijt anno 786. unde Hartbertum mortuum existimamus circa annum hunc. Legitur Hartbertus quidam fuisse Episcopus Curiensis, Sed noster, quo de loquimur, esse non potest, cùm Curiensis ille Episcopus demùm factus anno 940. & obierit anno 968.

Annus Christi 785. Augiæ 62.

Annus Christi 786. Augiæ 63.

Vitam cum morte mutat Petrus Abbas Augiæ VII. 21. febr: Sepultus in augia, & Volente Carolo magno Coenm abbatialem relinquit Waldoni Abbati VIII. qui Carolo M. ab intimis Consilijs & Secretioribus Sacris Confessionibus Ticinensi primò, dein Basileensi Episcopatui demum Abbatiæ San-Dionysianæ præfectus est.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Ham: Democharis, qui eum Siam Baldebertum vocat.

Refert Oheim, Petrum Abbatem aliquando Romam profectum acquisivisse Psalterium juxta Versionem Septuaginta Interpretum, et secum ad augiam detulisse. De hoc non amplius constat: fortè transivit cum alijs non redeuntibus qui ad Concilium Constantiense ex augia avelli dicuntur. vel cum ijs, de quibus idem Oheim sequentia habet:

Sub Regimine Petri Abbatis Egino Episcopus Constantiensis cum Comite Kerebeldo ad augiam delatus, enixè precabatur Abbatem Petrum, fratresq́s, ut libros ab Abbate et Epo Joanne relictos, sibi cum certa restitutionis Sponsione, describendos concedant, quod et factum. Ut Episcopus Egino Libros ad obitum usq́s suum, et Wolfleoz fratrueles ejus, dum in Episcopatu successoris cen partem hereditatis retinuit, nec amplius Augiæ restituit.

Annus Christi 787. Augiæ 64.

Splendet hoc tempore in augia sub Waldone inclytum Sydus Lampertus incerto in Italia Sedis Episcopus, qui fortè augiam invisens, non astrictus desiderio tentus, stupor et amor ob sui contemptum fratribus factus est. Egon chr: aug:

Annus Christi 788. Augiæ 65.

Annus Christi 789. Augiæ 66.

Circa hunc annum Hatericus seu Hartericus ex Saxonia Episcopus, Monachum in Augia professus insignem librorum Thesaurum secum attulit. Chron. aug.

Annus Christi 790. Augiæ 67.

Carolus M. Decretum promulgat Wormatiæ 6. Junij, in quo, quid subditi Superiori debeant in expeditionibus præstare, declaratur, cujus Exemplar etiam ad Augiam transmissum est, sequentis tenoris:

" In Nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis.
" Carolus divinâ favente gratiâ Rex Francorum et Romanorum. Si Prædecessorum
" nostrorum morem sequimur, non solum
" præsentibus sed et succedentibus subvenire
" nitimur. Hâc de causa cognoscat universorum experientia, qualiter dum pro nostra
" Consecratione Coronæq; perceptione profi-
" -ciscendi tempus ad Apostolicam Sedem
" instaret, cum multis Principibus Annu
" Wormatiæ transegimus ibiq; omnem rei-
" -publicæ Statum utilem ac honestum con-
" -firmare, nocivum atq; contrarium à Dicis
" extirpare decrevimus; Interim dum hæc
" agerentur, casu contigit, Principes cum mi-
" -nistris de Romana expeditione, quo in-
" -stabat, acerbè contendere, distringentes eos
" multò plures halbergas de Beneficijs suis
" sibi ducere, quia illi faterentur se posse,
" vel jure debere; Sed quoniam hoc non ab
" aliquo Antecessorum nostrorum terminatum

" Fuit, igitur duximus, ut eorum asseverationi fi-
" =nem et modum imponeremus atq; decretum
" et certam aliquam legem super omni Romanâ
" Expeditione ederemus. Statuimus ergo, et de-
" =cernimus cum Consensu omnium tam Spiritua-
" =lium quàm Secularium Principum ibidem
" nobiscum assidentium Quando pro Corona nos-
" =trâ, vel pro aliquâ regni utilitate aut honore
" Romana expeditio à nobis vel Successoribus nos-
" =tris præparetur, ad omnium nobiscum eunti
" præparationem annus cum 6. Ebdomadibus pro
" indutijs detur, et taliter per totum regnum fi-
" =delibus nostris indicetur; Cuicunq; autem secun-
" =dum hanc legem eadem Expeditio imperetur, si
" ad ruinam Gallorum hunc in campum, qui Vul-
" =gò rungalle dicitur, Dominum Suum non com-
" =miserit, aut sibi militari cum apparatu non pre-
" =sentetur, feudo, præter hos qui cum gratia Do-
" =minorum remanserint in conspectu nostro absq;
" Spe recuperationis privetur. Qui autem hominum
" sive liberi sive Servi seu famuli Dominis huis adhe-
" =serint, quot decem mansos in beneficio possideant,
" tot brunias cum duobus scutarijs ducant, ita autem
" ut pro halberga tres marchas, et pro singulis Scu-
" =tarijs singulas Marchas accipiant, et sic eundoac
" redeundo cum hoc Stipendio sine omni domino-
" =rum Damno vel expensa, nisi quantum ipsis
" Dominis placuerit, fideliter serviant; si autem
" fortè, quod absit, accidat, ut idem milites diver-
" =sos Dominos propter diversa aquirant beneficia
" ne aliquod beneficium indebitum vel sine servitio

re-

remaneat, Singuli Singula debita Stipendia
Singulis Dominis persolvant, Videlicet, quantis
ab ipsis jure accepturi erant, Tantum se da-
turos cognoscant, Vel in presato loco, ut di-
tum est, feudum amittant, nisi aliqui à
nobis Vel à regno sint inbeneficiati. Hi sino-
biscum Vadant, nolumus ut feudum amittant,
seu Stipendia, nisi Dominorum Voluntate non
prætermittant. Similiter Ecclesiarum filijs Vel
Domesticis, id est ministerialibus, vel quorum
cungs Principum Clientela, qui quotidiè ad
Serviendum parati esse debent, Statuimus, ut,
qui quings mansos in beneficio possideat, Do-
mino suo ad quem pertinent, brunniam cum
uno Scutario ducant, et hoc in arbitrio Do-
minorum pendeat, quos ducant, à quibus
Stipendia accipiant, quibus Halbergam con-
cedant. Ipsis Etiam ad Itineris prepara-
tionem 5. libre Sue monete in Stipendium
tribuant, et duo Equi unus Cursens et alter
ambulans addantur, ac duobus Socijs Sauma-
rijs Victualibus benè oneratis Committatur,
qui ab ipsis ad opus dominorum diligenter
custodiatur. Ipsi quogs in Dominorum tam
diu vivant procuratione, quamdiu in in-
cepta Vadant Expeditione, et quidquid à re-
bellibus regni pugnando aquisierint, duas
partes ad nos deferant, Tertiam sibi pro Conso-
latione Retineant, quos autem non possunt
domini ad ipsos reportent Tertiam partem
aquisiti. Singuli Verò Principes suos habeant

of-

// officionarios, Marescalum, Dapiferum, Cincerna
// & Camerarium, qui quatuor, quanto plus
// sunt laboraturi, tanto plus in Stipendio, in
// vestitu, in Equitatura pro Cæteris sunt hono-
// -randi. Scilicet unicuiq; istorum decem libre
// cum tribus Equis tribuantur, quarum Ma-
// -rescalco addatur, quorum unum ad Currendum,
// alterum ad pugnandum, tertium ad Spatiandd,
// quartum ad Loricam portandum. Isti vero
// tales remanere cupientes, si apud dominos
// impetrare valeant, quot mansos possideant,
// tot libras suæ monetæ, vel totum fructum
// feudi in illo anno pro Stipendio persolvant.
// Ut autem regale nostrum imperium, ab ho-
// -minibus habeat supplementum, hoc Consti-
// -tuimus et primitus præcipimus, ut singuli bu-
// -ngi decem, cum duodecim canibus de canabo
// solidos dominis suis impendant, et insuper
// toumarium cum Capistro concedant, quem
// si domini voluerint, ipsi ad primam navalem
// aquam usq; perducant. Mansarius quingq;
// solidos, absarius triginta denarios, bunuarius
// quindecim, quarum libet earum possessores ex
// suppleant; Et ut hui nostri Decreti autho-
// -ritas inviolabilem et incorruptam in Dei
// nomine apud omnes successores nostros ob-
// -tineat munitatem, cunctis Principibus,
// qui aderant astipulantibus manu propria
// subter eam roborare decrevimus, et annuli
// nostri signo assignari jussimus.
// Signum R K A S. Caroli Gloriosissimi Regis
V
L
Hermi-

Herimius Notarius ad vicem Lutardi Cancel-
=larij recognovit data VIII. Id. Junij anno In-
=carnationis Dñi nri Jesu Christi 790. regni
autem ejus XXII. ante Consecrationem.
actum Wormatiæ.

NS. puto Notarium hunc dicendum Hilthe-
=rium ut videtur ex libr. II. ter diplom: Ma-
=bill: f. 338.

Natus circa hunc annum Adelfridus Monachus
Augiensis natione Saxo, Vir probus et Sanctus
ut qui se totum Deo consecravit, et quod religiuum
habebat temporis, legendo, meditando, et variis cius-
=modi spiritualibus exercitijs incumbendo traduxit:
qui libris aliquot Saxonico sermone à se conscrip-
=tis famam ad posteros celebrem misisse scribi-
=tur. Quales autem ij libri fuerint, qualesve ma-
=terias tractârint, incompertum est. Chem: Egen.

Annus Christi 791. Augiæ 68.

Waldo Abbas Augiæ varias Scholas instituit,
lectissimos professores præfecit, et instructissima
variis et pretiosissimis libris Bibliothecam com-
=parat. Buel:

Annus Christi 792. Augiæ 69.

Annus Christi 793. Augiæ 70.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Annus Christi 794. Augiæ 71.

Annus Christi 795. Augiæ 72.

moritur Adrianus I. 25. Decembris. Succedit S. Leo III. 27. Ejusdem.

Seculo despecto, abjecta mitra & baculo Hartnius alicubi in Saxonia Episcopus, monachus factus in Augia sub Waldone circa hunc annum morte sancta defungitur.

Annus Christi 796. Augiæ 73.

S. Leo III. Privilegia et Dotationes Regum Augiæ concessas authoritatis suæ munimine roborat. Chron. Aug.

Annus Christi 797. Augiæ 74.

Hoc tempore Caroli M. mandato editum est Homiliarium à Paulo Diacono Monacho Casinensi digestum, cujus Exemplar extat in Bibliotheca Aug. in duobus magnis Voluminibus MS. ante octingentos annos: Desle Mabilleonio in annal. Bened. ad 1703. in lucem prodeuntibus: exaratis, in quorum unius initio versus ejusdem Pauli leguntur hi.

" En jussus Patris Benedicti mira patrantis,
" Auxilio, meritisq pijs Vestigis fidelis
" Abbatis Dominiq mei etsi jussa nequivi,
" explere ut dignum est, tamen o pietatis amator!
" excipe gratanter, deus ut mirabile mundi,
" Qualemeunq tui famuli, Rex magne, laborem.

dum

Tum Sequitur Epistola Caroli M., quæ incipit:
Carolus Dei Rectus Auxilio &c. Mabill: MSS. Aug:

Annus Christi 798. Augiæ 75.

Sydus novum orbi illuxerit in natali S. Meinradi
M. Comitis Sulgoviæ, Monachi Augiensis, et
primi incolæ Sacri Eremi Einsidlensis.

Annus Christi 799. Augiæ 76.

Waldo Abbas Augiæ cum Hunfrido Comite Rhæ-
tiæ et Istriæ à Carolo M. Lege in Corsicam
ad Afam, Præfectum urbis Jerusalem, legatus
mittitur, et inter reliqua munera ab Afan Ca-
rolo missa, Cruciculam ex auro Arabico confectâ,
in qua SS. Sanguis Dñi unacum notabili par-
tiula de Ligno S. Crucis conclusus erat, eidem
Carolo defert. In præmium legationis ritè
peractæ Waldo præter summam pecuniariam
privilegia nova et veterum confirmationem,
Hunfridus verò eandem S. Cruciculam à Carolo
consequitur. Regino: Herm: Annal: Fuld: MSS.
aug: Docum: Schennis, et Fabar:

B. Egino ex Episcopo Veronensi sub Waldone
Monachus Augiensis fundat Cellam inferiorem
in Insula, vulgò Niderzell, ejusq; Ecclesiam, mox
in Præposituram cum sex Canonicis erectam con-
stituitq; in honorem S. Petri Principis Apos-
tolorum hoc anno ipsius consecrat, attributis
in dotem sex pagis, videlicet, Thurmendingen, Vi-
noda, Vilate, Burgum, ad radices montis Buf-
sen, Fallinhofen, Restangia. Chr: aug: Cheim.

Hoc Eodem anno B. Geroldus, Dux Sueviæ &c.
Insignis Dotator, Patronus et Benefactor Augiæ

in

in pugna contra Hunnos gloriosè occumbens
in Augiam delatus, tumulatur in Basilica
Majore ad Chori aebanis summi dextelam
4. Septemb: Walafridus noster eidem tale
posuit Epitaphium:

" Mole sub hac magni servantur membra Geroldi.
" hujus jura loci cunctis qui viribus auxit.
" Cannonijs Vela Ecclesia pro pace petemptus,
" oppetijt Savo Septembribus ense Kalendis
" Syderibusqs animam dedit: artus Saxo fidelis
" abstulit, huc retulit, dignoqs hic clausit honore.

Geroldum hunc Wettinus Monachus Augi-
-ensis, in visione raptus inter Choros Ma-
-jorum splendidum conspexit, prout tes-
-tantur abbates Augiae Hetto II. et Wala-
-fridus Strabus, qui rem ex ore ipsius B.
Wettini percepiam prior prosa, posterior
carmine posteris reliquerunt, Walafridus
itaqs praeter Geroldi Vitae Seriem, donatio-
-nesqs augiae factas visionem fideliter me-
-moriae tradidit.

Quin etiam quondam Comitem Sacerdotem Geroldum

" Angelus asseruit, requiem cepisse beatam,
" Martyribusqs parem, quae gloria summa beatis
" civibus aeterna reddit dulcedinis haustum:
" et quomodo Jesum dominum concepetat inquit,
" Gentibus infidis Christi defendere plebem
" congrediens, hujus sumpsit dispendia vitae
" aeternis ideo meruit fulgere tropheis.

Munera

// Munera perpetuae capiens ingentia vitae.
// Hic Vir in hac patria summa bonitate nitebat,
// Moribus egregius, verax, mansuetus, honestus,
// Cui Regina Soror Ludovici Chara Genetrix
// Hiltigardis erat, pari bonitate venusta,
// Viribus ille potens, sanctogs potentior actu,
// defuerat Soboles, paritergs et defuit haeres.
// His igitur verbis se se compellere coepit,
// Denegat haeredem Dominus, manetq; ipse superstes,
// quod dedit, accipiet, Mariae commendo beato.
// Sic votum sacris sequitur, magis omnibus isti
// Profuit ille loco, cujus nitet augia donis.
// Bella movet Carolus duros dum Caesar in Hunnos,
// hoc cecidit Bello, populo certante Geroldus,
// hunc dominum famuli lachrymis humecte refecti,
// huc̄s reportatum tam longa per avia Corpus
// Insulanensis humus contexit in aede Mariae.

Laderus S.J. in Bav: pia. Mabill: Annal. Bened: in Sacrario Benedict: ad a. Sept: Alij.

Annus Christi 800. Augiae 77.

Redemptoris Orbis Saeculum IX.

Initium Epochae Caroli M. Imperatoris Romani à die 25. Decembris, quo die eidem à Leone Papa III. coronâ impositâ primus Regum Francorum Caesar Augustus Imperator, Romanis laudes laudamantibus, salutatus est. Herm: Aus: Diac: S.J.

Waldo Abbas VIII.

Waldo Abbas Augiae non tantum Vivorum, sed et mortuorum Curae invigilans sodalitatem sacram contrahit cum fratribus San-Gallensibus. Instrumentum desuper confectum

ex authographo, quod in vetusto Codice Sangallensi
superest, bonâ fide exscriptum, Senioribusq nostris communicatum in hac verba sonat:

" Annô ab incarnatione Domini D.CCC. regnante Domino Carolo Serenissimo Cæsare Augusto facta est Conventio et unanimitas precum, hujus scilicet S. Galli et Augensis Cœnobij sub Abbatibus videlicet Domino Werdone alqs Wactone. Qui primitùs cum fratribus ex utrogs loco in hac communione consentientibus instituerunt, ut quandocunqs frater aliquis obierit, et loco vel Senioribus ibidem commorantibus adnuntiatum fuerit, eo die Presbyteri omnes pro eo unam missam et cæteri quinquaginta psalmos impleant. Cæterum Vigilias pro defunctis in capite singulorum mensium ex more jugiter celebremus. In quibus Vigilijs omnium simul defunctorum fratrum, qui nostro consortio coadunati sunt, commemoratio fiat, eoqs die commemoretur et nomen nuper defuncti, fiatqs oblatio omnium fratrum simul tam pro illis, quàm etiam generaliter pro omnibus. Et post hæc unusquisqs Presbyter cantet unam missam et cæteri fratres quinquaginta psalmos.

Præter hæc quoqs semel in anno sub die decimo octavo Kalendas Decembris commemoratio omnium simul fiat, pro annuali singulorum videlicet defunctorum memoria ipsoqs die Presbyteri ternas missas, et cæteri fratres psalterium decantent, ac celebratio

Vigi-

" Vigilie, communisqs oblatio ab omnibus fiat=
" =ribus fiat

Similis Confoederatio Sacra circa hac tempora coaluisse videtur, inter San-Blasianos in Sylva Hercinia et Augienses testante Instrumento quodam ex Codice M.S. Bibliothecæ nostræ desumpto, cujus hæc formalia:

" Notum sit omnibus tam presentibus, quàm
" absentibus, quod Congregatio augensis et S.
" Blasij tali tenore sint Conuicte, ut quando al=
" =tera alteri Breves pro defunctis suis fratribus
" miserit in proximo Capitulo pronuncietur,
" ac post capitulum Vespera non sine pul=
" =satione campanarum cantetur. Prebenda
" etiam eadem tantum die detur, et in libro
" Vite scribatur, postea verò agantur Septem
" misse, Septemqs Vigilie, et totidem diebus
" Vespera mea post matutinum. Unusquisq
" etiam missam unam debet cantare Sacerdos,
" qui verò Sacerdos non est, quinquaginta Psal=
" =mos. Quodsi plures fuerint eadem omnibus
" communiter fiat oratio Singulo verò singulis
" dentur prebende, et ut hoc inviolabiliter omni
" in reliquum tempore teneatur, opportunum
" videtur, ut hanc Confirmationis Chartam
" utraqs Congregatio in sua regula habeat Scripta.

" Sub Waldone modus et forma petitionis
" faciendi ab ijs, qui ad Conversionem veniunt,
" simul et profitendi hæc erat:
" Domino Venerabili et in Christo Patri Ill
" Abbati, simul cum fratribus vestra congrega=
" =tione quam Dominus de diversis provincijs
" ad peregrinandum propter nomen suum
" sub jugo militiæ atqs servitutis, alàqs pro=

// lectionis secundum Evangelium Christi regula-
// -riter vobiscum Coadunavit, Audivimus, quod
// Dñus Jesus Christus per Evangelium Suum
// annunciat Diens: Nisi quis renunciaverit
// omnibus, quae possidet, non potest meus esse
// Discipulus. Et alibi: qui reliquerit Patrem,
// aut matrem, aut fratres, aut Sorores, domus,
// aut agros, Aut cetera, propter nomen meum,
// centuplum accipiet, et vitam æternam possidé-
// -bit. Petimus ergó Celsitudinem Charitatis Vrę,
// ut nos in ordinem Congregationis Vrę digne-
// -mini recipere, ut ibidem diebus vitę nostrę
// sub regula B. Benedicti Vivere et conversare
// debeamus. Abrenunciamus igitur omnibus
// Voluntatibus nostris propriis, et omnibus
// rebus, quas possidemus, sicut Evangelica
// et regularis docet industria, nihil de rebus
// Terrenis ab hac die possessuros nos spopondi-
// -mus, nisi quantum Patre monasterij donante
// aut permittente alimenta vel vestimenta cor-
// -poris acceperimus, Obedientiam Vobis, in quan-
// -tum Vires nostri suppedunt, et Dominus de-
// derit nobis adjutorium conservare promitti-
// -mus, Stabilitatem Conversationis nostrę
// in congregatione Vestrâ Deste Dño devoto
// animo cum observatione regulę usqs in
// finem professionis observare, nisi quis tan-
// -tum, quod ignoramus, futura forsitan obe-
// -dientię causa utilitatis animę aliquid,
// aut etiam illud, si contra Voluntates nostras,
// quod absit, Separaremur à barbaris, et ipsum
// si fuerit, in quantum possumus, semper ad ipsam
// Con-

congregationem revertere faciamus, et sub sacro ordine per-
severemus, In reliquo verò per nullum ingenium à præ-
dicta congregatione Vra vel jugo Ste Regulæ seu de
potestate obedientiæ Vestræ nullam habeas licentiam
nos abstrahere, aut contradicere, quodsi instigante an-
tiquo hoste aut voluntate nostra propria hoc forte
remplaverimus, in nullis modis hoc valeamus vindicare.
Sed ubicunqs nos missus Vester aut aliquis ex congre-
gatione Vra invenerit, etiam nos nolentes in ipsam
congregationem Vestram per Vosmet ipsos Deo auxili-
ante faciatis revocare, et secundum regulam ibidem
dijudicare, ut diebus vitæ nostræ sub sancta regula
et regimine Vestro perseveremus, qualiter in die ju-
dicij ante tribunal æterni judicis, ipso adjuvante
salvos nos representare possitis, Et qui cunqs con-
tra hanc petitionem, quam nos bonâ voluntate
scribere rogavimus et subterfirmavimus, per quem-
libet modum agere, aut infringere voluerit, solidos
centum partibus Vestris componat, et non vindi-
cet quod repetit, et insuper, usque quo de hac causa
ad veram emendationem veniat, à Deo se damp-
nandum sciat, quem irridere conatus est. Finit

Forma Professionis.

Ego, ille, Domne Abba, ill: obedientiam vobis secun-
dum regulam Sti Benedicti juxta quod in ista
petitione continet, quam super istud altare po-
sui coram Deo et sanctis ejus, in quantum mihi
ipse Deus dederit adjutorium, Deo et vobis pro-
mitto custodire, et in quo possum, ipso auxiliante
conservare.

Oratio.

Deus omnipotens, qui cunctis legitimè et regulariter

" vientibus præmia promisisti, custodire et gu-
" -bernare dignare eos, quorum hic nomina sub-
" -scripta sunt Monachorum Sanctæ Mariæ,
" ut in cœlorum arce tribunal Christi perve-
" -nire mereantur, una cum electo viro ill. Abbate,
" ut Deus omnipotens, qui pacis author est,
" qui solus potest facere unanimes habitare in
" domo, apte nos omnes ad faciendam volun-
" -tatem suam, faciens in nobis, quod placeat
" sibi, per Jesum Christum Dominum nostrum,
" unà cum religiosissimo Patre nostro et hujus
" adhortationis semen in nostro corde per gra-
" -tiam Spiritus Sancti plantet et foveat, et
" ad maturam bonorum operum perfectionem
" perducat, simul cum illustrissimo nobis patre
" nro ill. et nobis remissionem peccatorum do-
" -nans in æternam requiem cum suâ pace re-
" -cipiat. Amen.

Formula prosistendi alia brevior.

" Ego ill. promitto stabilitatem meam et con-
" -versionem morum et obedientiam secundum
" regulam Sti Benedicti coram Deo et Sanctis
" ejus. Ex Neurolog. MS. sub Ellebaldo abb. Con-
" -scripto.

Ad hunc annum refatur origo Ecclesiæ Schi-
-ensis seu Schinensis, cum abbatia ordinis Sti Be-
-nedicti fundata à Comite florentino Scot, natione
Alemanno, et nobili orto progenie, viro fideli, qui
in habitabat arcem, haud procul à Schinen in supremo
montis cacumine sitam à suo nomine Schrozberg
dictam, cujus rei testes sunt, author anonymus histo-
-riæ translationis SS. Reliquiarum S. Genesij Mar-
-tyris

gyris Hyerosolimitani illud perdictum Scot ad eandem Ecclesiam translatarum: quæ historia cum patratis ibi miraculis per merita S. Genesij nos apud in membrana asservatur: et versus sequentes ad calcem ejusdem historiæ notati:

" Octingentesimo Christi natalis ab anno
" Ecclesiæ primum Schinensis cepit origo.

Wolffgangus Latius inter Marchiones in Suevia numerat quendam Schrofburgi Palatinum, abigs ejus nomine et actis.

Annus Christi 801. Indic. 7ma.

Hoc tempore prædictus Comes Florentinus Scot Ecclesiæ Schinensi, præterito anno à se fundatæ et exstructæ SS. Reliquias S. Genesij Martyris Hierosolymitani Tarvisij aquisitas et à Leone 3tio P. M. ac Ratholdo Episcopo Veronensi visas et approbatas infert, quæ plurimis postea clarere prodigijs, ut præfatus author anonymus vir MSS. augs: fusè describit, fama proinde miraculorum ejusmodi pervagata est ad aures Diœcesani Episcopi Eginonis, et Waldonis Abbatis augiensis, quorum uterqs de rumoris veritate subdubitans rem investigaturus montem conscendit Schinensem ut clarè docet idem author his verbis:

" Eodem tempore Egino Vir admodum clarus
" inter suos Constantinæ Ecclesiæ Præsul exi-
" stebat, ad cujus Diœcesin locus ipse perti-
" nebat, qui, ut plenius rei caperet veri-
" tatem cum clericis suis, Monachisqs qui-
" busdam ob testimonium sanctæ sumptis,
" ad eundem locum veniebat, utqs omnem

ambiguitatem suo è corde depelleret, seriniolo rese-
rato, cunctis clericis, qui secum aderant, cerne-
tibus, sacrum membrum Christi Martyris supe-
riùs memoratum manibus suis Episcopus ipse
contrectare curavit, manifestumq; â Deo munus
allatum professus est, atq; cum laudibus christo
magnificè prolatis mansioni pristinæ membrū
Christi Martyris iterum restituit.

Nam non multum post iam Waldo, Vir
magni ingenij Insulanensis Cœnobij Pater, tam
causa orationis, quàm iam, ut ità dicam, ex-
plorationis quibusdam fratribus secum as-
sumptis sacrum locum visitavit, ibiq; â frat-
ribus cum summa alacritate susceptus est.
Qui dum post vespertinam Synaxin ad mensam
cum suis Venerandus resideret, signum quoddam
mirificum in Ecclesia est ostensum; Nam
moris in Ecclesia illa erat, jugiter die noctuq;
lateri lumen accensum, sed aliquâ intervenientē
incuriâ post celebrationem Vespertinam die illâ,
custos Ecclesiæ obclusis foribus oblitus est, lumen
eâdem more solito accendere, fragorq; subitaneus
post egressum illius terribili quodam sonitu pavi-
mentum concutiens vi Ecclesia est auditus, nam
candellabrum quoddam admodum mobile extinctâ
superimpositâ cantelâ in loco eminentiore juxta
aram fuerat collocatum, quod factu quodam mi-
rifico divinitus elevatum in planitie pavimenti
claro ardens lumine â fratribus, qui sonitum au-
dierant, inventum est. Quod dum profato vene-
rabili Patri ad mensam residenti nuntiatum
esset, Christo gratias agit, omnemq; dubietatem ulterius

de

" de hacre è pectore suo fatebatur extinctam. f.

Hic benè & breviter notandum, quod in varianta
B. Hermanni Contracti Chronicorum exemplaria
per amanuenses Error irrepserit, quo alij etiam au-
=thores decepti sunt; nam alicubi scribitur, quod
cum corpore S. Marci Evangelistæ etiam Corpus
S. Genesij ad augiam Venetijs allatum sit, quod
falsum est, Equidem cum S. Marco reliquiæ SS.
Synesij & Theoponti pariter ad augiam deductæ,
Anno 830. postea ad Cellam Ratholdi transpositæ,
Reliquiæ autem S. Genesij Martyris Jerosolymi-
=tani non primitus ad augiam, non Venetijs sed
Parisiâ, non Ratholdus Episcopus, sed Comes
florentinus Scrot ad Schinensem, Monasterio
Aug: modò inexpectatam Ecclesiam advectæ
sunt. Docum: Aug:

Hungridus Rhætiæ & Istriæ Comes, honori SS.
Crucis & Sanguinis Domini, à Carolo M. in pre-
=mium optimè peractæ legationis cum Waldone
ad Avam acceptæ, constituens, Parthenæum Sa-
=crarum Virginum sub Regula S. Augustini,
Skennines, seu Schennis dictum, fundat, modo
nobile Gynecæum Nobilium Domicellarum. Docum:
Schen: et fabar MSS.

Gulenus, Bucelinus, Stumpfius, Brentano Ci-
=marolo statuunt pro Origine Parthenij Schen-
=nisiani annum 806. illi abstrahunt, cujus
ordinis Virgines illuc sint introductæ: hic nempe
Brentano ordinis Sti Benedicti ait. f.

Annus Christi 802. Augiæ 79.

Celum petit B. Egino Episcopus Veronensis, Mo-
=nachus Augiæ, et fundator Cellæ Inferioris, Ter-
=tio Kalendas Maji f. 29. Aprilis f. humulatus in

in medio Chori ante aditum ejusdem Ecclesiæ non ita pridem à se extructa febricitantibus singularis Patronus & advocatus usqs hue. cujus ibi asservantur & monstrantur sandalia; novissimis verò temporibus, anno scilicet 1727. R. P. Maurus Hummel p. t. Prior dignissimus Conventus Augiæ hoc posuit Epitaphium.

" Hac sunt in fossa præclari Præsulis ossa,
" quem Verona dedit, nomen Egino fuit.
" Hanc posuit Cellam, Petro Paulaqs dicatam:
" febris pulsa probat, sanitaqs mira piùm.

Ludovicus pius Imperator &c. qui teste Patre Gregorio Rolb S. J. à Genitore Carolo M. Augustissimo Imperante, jam dictus est Imperator & confirmat donationem quandam Engilberti Presbyteri in Vico, qui dicitur Schuzingauuina nati Antibi, atqs ordinati in Parochia Constantiensi, qui à sua Majestate propter senium & infirmitatem corporis obtinuit licentiam & authoritatem propriolum suum atqs omnem conquestum, situm in Pago Linzgauuia in territorio pertinente ad villam Düringen, quem ipse proprio dato pretio à liberis hominibus & in fisco Cæsaris commanentibus comparavit à determinatis locis, id est, à fluviolo ulibach usqs in Chrumbenbach, deinde ad rivulum Richenbach, & de illo usqs in frekach, quæ sita sunt in fisco, qui dicit in fluvium Stuzna, & ex utraqs parte ipsa ejusdem fluminis &c. ad venerabilem & sanctum locum & Monasterium, quod est in Insula dicta Sindleozzauuia congelendi, donandi

ac

ac solemniter facta traditione, ex hac donatione in eodem loco Venerabili ad habitandum compatandi. Quæ donatio in optima forma à Domino Ludovico prædicto Imperatore confirmata et ratificata fuit Aquisgrani in Palatio Regio Anno Christo propitio secundo.

Annus Christi 803. Augiæ 80.

Ludovicus prænominatus largitur monasterio in Augia Majori ad proprium res, quæ sunt in Alamannia, in pago qui dicitur Appha, in villis nuncupatis Aetheim, Liedinga, Waldhusin, et Ostheim, cum domibus, ædificijs, mancipijs utriusq; sexûs cum terris cultis et incultis, sylvis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus et cum omnibus ibidem conspicientibus concessit et tradidit. De hac donatione atq; ejus confirmatione agetur infra ad annum 842.

D. Bucelinus recenset hoc Anno legationem Waldonis, pro Carolo ad Adam in Corsicam, et ob eandem legationem eundem Waldonem præfectum esse Ecclesiæ Basilcensi, ait. at legatio ista testibus Documentis Schennisianis jam quadriennis ab hinc peracta est.

Annus Christi 804. Augiæ 81.

Annus Christi 805. Augiæ 82.

Hùc vocat Bucelinus Annas S. Meinradi Confratris nostri et Martyris, sed is nobis septennis jam est.

Annus Christi 806. Augiæ 83.

Waldo Abbas Augiæ VIII. resignans Episcopatus suos et abbatiam Augiensem transfertur à Carolo M. Parisios ad S. Dyonisij Monasterium, sactus Abbas; ejus ibi gesta compendiosè pandit author anonijmus in historia translati ad Augiam SS. Sanguinis Dominici ubi sic ait:

" Deinde famosissima Virtutum illius probitas
" illud quoqs de eo nullatenùs silere permittit,
" quod post aliquantum temporis Rector, Mo-
" nasterij S. Martyris Christi Dionisij ab Imperia-
" tore prælectus est. Eoquod pro sua religiosi-
" tate summam apud eum familiaritatis locum,
" ut diam paulò superius dictum est, obtinere
" meruisset, ubi monastica vitæ regulam ad-
" modum distortam, fratresqs sæculares
" potius quam spiritualis vitæ sequaces in-
" veniens, nimio divini favoris zelo flagrans,
" ad rectitudinis normam multum rebelles
" convertere conatus est; adeo ut conductis se-
" cum militibus armatis capitulum illorum
" cum fora ingressus insolentiam immutuantiũ
" quasi repugnando perdomuisset, quorum tamen
" Salvationi, superna fretus gratiâ, ad postre-
" mum ita consuluit, ut non solum assidue
" chohortationis documento, verùm etiam præ-
" vio placitæ conversationis exemplo ad regu-
" laris eos vitæ, quam deseruerant disciplinam
" revocaret, segs ex discolis fratribus modestos
" obedientiæ sectatores commutaret."

In abeuntis hoc modò Waldonis locum fratres Augienses pari consensu ac voto authoritate Caroli

magni

Magni Imperatoris Sufficiunt Hellonem ejus Dominis II. qui A Rhijo, Heytho, et Haglo dicitur, et fuit Monachus, Presbyter, Custos, Augiensis, Abbas IX. et simul Episcopus Basileensis. Vir valde nobilis, Comes de Sulgow teste C. Egonio nostro in divinis ac Secularibus Literis insignitèr doctus, multarum linguarum peritus, atqs in rebus agendis exercitatissimus, ingenio admodum promptus, praecellentissimus mente et corpore Vir: ut eum vocat Scriptor Sangallensis rerum à Carolo M. gestarum Lib 2o. n. 8: / ad Insulam Basileensem ex Clara Solicitudine invitus trahitur, affirmante Walafrido his versibus:

" Tanti fama Viri regales verberat aures,
" post rapitur non sponte feras de Carcere Claro,
Castor ovile tenens.

Idem Ecclesiae sue geminas ruinas sarcisse dicitur:

" Interiora medens, atqs exteriora reformans:

Simili quasi vi humilis Hetto ad Clavum Augiensem admotus perhibetur à mox citato:

" Coactus interea Monachorum pastor haberi
" Discipulus Dudum disponitur ipse Magistri.

Multos Hetto durante regimine Sanctimonie sue bono odore cum virtutibus, tum doctrina et pietate, nec non generis claritudine / inter quos etiam Erlebaldum ejus ex sorrore nepotem atqs in abbatia successorem: / Vivos, presbyteros, Diaconos, Laicosqs ad conversionem habendo Venientes, in religionem et ordinem adstrixit, factusqs est Cata multorum Monachorum. Inter eos autem, quos in Fodalitium Augiense suscepit, fuere Sacerdotes: Elipus

Raufridus, Wolmirus, Waeffredus, Kerolphus, Rud-
=helmus, Keroldus dictus major, Ruodoldus, Heri-
=radus, Dutmundus, Rebifeus, Ratheus; Dia-
=coni verò, Vadalhardus, Matheus, Luitholdus Mat-
=thei socius, Lambertus; Monachi tandem ad profes-
=sionem admissi: Saxo, Cuno, Theodingus, Tutto &
omnes jam sanguine conspicui, quàm singulari
eruditione ac virtutum prestantia insignes.

Annal: aug:

Prius mundo doctrinæ Rhetus Walafridus Stra-
=bus, natione Germanus, futurus Monachus
et Abbas Augiæ XII. cujus annas integro seculo
vetustiores facit Joannes Trithemius in Cata-
=logo illustr. Virorum, ubi ait Walafridum cla-
=ruisse circa tempora Ludovici Augusti Aº Dñi
DCC. Hoc ipsum ait in Libr. de Scriptor: Eccles.

Annus Christi 807. Augiæ 89.

Ingens ad augiam concursus illustrissimorum
Germaniæ Magnatum liberis certatim euculla
exambientibus, Confirmicibus insulas abjecien-
=tibus, et S. Regulo colla subdentibus Duel.

Sanctus quoq; Meinradus novennis Cuer à
Berchtoldo Patre, Viro illustri, Comite Sulgovicnsi
traditur Hattoni abbati, fratribusq; Augiensis
Cœnobij, specialiter B. Erlebaldo, Consanguineo
suo, Viro undequaq; doctissimo ac Sanctissimo,
literarum disciplinis imbuendus, ex quo Mein-
=radus cum in studijs à virtutibus hausit
profectum, quem sua Sanctitas
postea declaravit.

Annus Christi 808. Augiæ 88.

Annus

Annus Christi 809. Augiæ 86.

Hoc anno factam fuisse, ait Bucelinus, à Carolo Magno donationem Augiæ Divitis Villæ regiæ Ulmensis, contra donationis Literas, quas infrà dabimus, contra item Buschium, Ausium, Stumpfium, Munsterum, Zilerum, aliosqs plures; quæ Literæ Donationis et authores omnes astruunt, quem nos, annum 813.

Annus Christi 810. Augiæ 87.

Obierunt Pipinus Rex Italiæ 8. Julij et Carolus 4. Decemb. Caroli Magni filij.

Condita hoc anno, testibus Gulero, Ausio, et alijs Cœnobium Lindaviense ab Adelberto Comite. Quisnam ille Adalbertus fuerit, authores hucusqs in varias abiêre sententias. Sed hâc super re Mabillonium diserentem audiamus. Tom II. Annal. Bened. p. 606.

Ex Libello inquit, de Translatione Sanguinis Christi Domini in Augiense Monasterium, qui ante medium decimum Seculum Scriptus est, discimus quis sit iste Adalbertus, Lindaviensis Cœnobij auctor; Hunc scilicet esse filium Adelberti Comitis alqs Histriæ præfecti, qui Schennense in Rhætia Curiensi pulsato monasterium condidit, cujus filius Adelbertus Ruopertum Rhetiensis præfecturæ, ex qua ipsum Adalbertum exturbaverat invasorem, ex equi Lapsu mortuum Sepelire curavit, in quodam Monasterio, quod Lindowa nominatur, id enim Conditoris jure fecisse, facile persuasum erit. Hanc præfecturam, Ludovico Augusto Imperante Ruopertus occupaverat, ut ex prædicto Libello intelligitur, quod tempus condit

" Lindaviensis Parthenonis ac priscum vocabulum
" situngs primarium confirmat, v. haec Mabill.
Hic advertere velis, Lector amice! quod error quidam
vel Amanuensis, vel certè Typographi vitio irrep-
serit in haec prenotata Mabillonij Verba, quibus
Adelberhus fundator Lindaviensis Coenobij dicitur
filius Adelberti Comitis v. negs enim Adelberhus
equivocum progenuit filium, sed Odalricum vel
Udalricum, subsitui ergo oportuisset pro Adel-
berti, Hunfridi, quia hic fundator puellaris Mo-
nasterij Schennisiam fuit, et Pater Adelberti
fundatoris Parthenij Lindaviensis. Alium levi-
usculum praeterimus errorem, quo Ruodpertus
ex equi lapsu mortuus dicitur. Siquidem non
ex equi lapsu, sed equi alterius recalcitrantis Un-
gula percussus, Equo suo excussus obiit.
Quae omnia Codex noster manuscriptus clarius-
sime docet.

Annus Christi 811. Augiae 88.

Hetto II. Augiae abbas IX. à Carolo M. cujus fa-
miliaritate et Consilijs clarus habebatur, speciale
consequitur Privilegium, Iam pro se, quam pro
suis Successoribus Augiensis Coenobij abbatibus,
ne scilicet Imposterum augienses Abbates Impe-
ratoris aulam curiamve nisi aliquâ praecipuâ
ab Imperatore indictatur Romam profectio,
sequi et frequentare teneantur.
Sed et aliud insigne contulit Carolus Imperator
Hettoni et Successoribus suis Privilegium de
advocatia quod in haec Verba conscriptum est:

" In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis
" amen.
" Carolus divinâ favente gratiâ Augustus. v.

Cùm

Cùm Nos Deus Principem et Defensorem
Ecclesiæ constituerit, ne gratiæ suæ Videa-
-mur ingrati, decet Nos, et tenemur divina
servitia promovere, Ecclesias augere, bene et
commodè exstructas defendere, collapsas re-
-staurare; Notum sit igitur omnibus nost-
-ris fidelibus presentibus et futuris, Vene-
-rabilem Monasterij Sinctacis Augiæ Abba-
-tem Hettonem in presentia multorum Prin-
-cipum et Majestatem nostram accessisse,
ac proposuisse, quod ante audivimus, et
veraciter cognovimus, multos Ecclesiæ Ad-
-vocatos et Defensores constitutos, potesta-
-tem suam malè usurpare, qui, cum discreti
deberent esse advocati, facti sunt invere-
-cundi raptores et injusti censores; Hâc
de causa placuit nostræ Industriæ in
predicti Abbatis et Monachorum perpetuâ
constituere potestatem, ut cum Consilio
prudentum prehabito in suis urbibus
et pagis de potentioribus Mundi Ad-
-vocatos et defensores, quos justitiæ
et honestatis cognoverint Zelatores, con-
-stituant, inhibentes, ut nemo, cujuscunq;
conditionis sit, curam et authoritatem
istam arripiat, vel jure hæreditario in prop-
-rietatem habeat, nisi abbas ipsiusq; Mo-
-nachi unanimi consensu concesserint,
hâc conditione, qui juris sui Balmunt
dicti sive in Bonis sive in hominibus
transgressor fuerit inventus, absq; con-
-troversiâ advocatiam amittat, eò modò,
quo nuper Berchtoldo Comiti Buchensi

Geroldi filio contigit, qui præfecturas Firmen-
=dingensem, Offingensem, Unlingensem, Aet-
=heimensem et aliorum locorum, ad eas pertinen-
=tium, temerè destructas, in præsentia multorum
Principum perdidit, et Adelbertus Brigantinus
se inferiorem potentia, stipulata manu Abbati ter
jusjurandum dando, acceptavit, et suscepit, hoc
est, quod pro suo ingenio et facultate fidelis Ad-
=vocatus atqs Defensor esse velit bonorum et
hominum nostri Chari cognati Eginonis, nempe
Firmendingen et Offingen cum attinentijs, quibus
cellam sui nominis in Sintlecis Augiæ fundavit,
bonorum quoqs Geroldi Unlingen, Gruningen, et
Aetheim, quæ B. Virgini pro anima sua Salutem
perpetuo tradidit, justè quoqs et per pœnas aqui-
=sita, nevé absqs abbatis consensu exactorem vice
suâ collocet, nulla præterea peculiaria munera
vel servitia à quoris loco villa vel cellario debito
ex officio requirat. constituimus atqs præcipi-
=mus ut Firmendingen et Offingen cum attinen-
=tijs suis Advocato, quando ibi in anno semel
vel iterum judicia exercuerit, tres puri tritici modij
vini si haberi potuerit, sextarius, frustum carnis
suillæ cum collo, et reliquis ad hanc sustentatio-
=nem necessarijs, et nihil amplius ministretur.
Simili modo unleningen, Gruningen, et Aetheim
faciant. nostrâ igitur Imperiali authoritate
mandamus, ac omnino prohibemus, per totum
Augiensem Abbatiam, ut à nullo eorum Pago
Advocato et successoribus ejus plus sustenta-
=tionis, quàm dictum est detineps porrigatur,
Exceptis ijs, quæ Annalhario Procuratori, et
ejus successoribus ordinavimus, hisqs literis

con=

confirmamus; Sed ut neqs ipse, neqs ejus Succes-
-sores Præfecti intra Insulam nullam Juris-
-dictionem usurpent, nisi ab Abbate vocati
veniant, ad Abbatis voluntatem et petitionem
satis faciendam. Tria loca extra Insulam consti-
-tuimus, in quibus Advocati quot annis suas de-
-cisiones habeant, id est Tettingen, Ermattingen,
et Wolmatingen, vel si Abbati et advocato
placuerit, Almansdorff, in quibus tribus locis,
si Advocatus dat judicia, quoties id facit,
ei semel in anno non amplius, quàm quinqs
mathræ dentur, et alia necessaria pro sus-
-tentatione, quod in anno Summam facit
quindecim mathrarum. Iste Advocatus absqs
abbatis voluntate nullibi diem constituat,
nullum Monasterij famulum absqs consen-
-su abbatis in actionem vocet, aut cogat,
nullum ex familiâ absqs justâ considera-
-tione suorum sociorum compellat, vel poe-
-nam exigat, procuratorem absqs consensu
abbatis nullibi ordinet, quodsi Mandatoris
istorum advocatus prevaricator inventus
fuerit, ac se non continuò emendaverit, ad-
-vocatiâ, ut supra constitutum est, cum
omnibus suis utilitatibus, absqs spe eam
recuperandi, careat; Ut autem hæc veram
fidem habeant, et diligentius serventur,
has literas infrà nostrâ manu firmatas,
annulo nostro signari jussimus.

K R A V L S. Signum Illustrissimi Caroli Impe-
-ratoris.

Et

Et Ego Amalbertus Cancellarius vice Luberti Archi-
Cancellarij recognovi hæc omnia, ab Incarna-
tione Christi 811. Indict. 4. regni clementissimi
Imperatoris Caroli 44. actum Wormatiæ in
nomine Domini feliciter. amen.

Ex hoc Diplomate patet, quod Egino, Veronensis
Episcopus, Monachus Augiensis, Condictor Cellæ
Inferioris in Augia, vocitetur, Thamo Caroli
cognatus, proinde eundem Eginonem Sanguini
regio conjunctum ominamur, tali quoqs titulo
honoratur Adelbertus in Diplomate Donatio-
nis ulmæ ad Augiam, ubi sicut et in hoc, dici-
tur Brigantinus, qui alius non erat, quam Hum-
fridi Comitis Rhætiæ et Istriæ filius, fundator
Cœnobij Lindaviensis, de quo suprà; siquidem
hoc tempore, Thumpfio regente iste Adalbertus
in laeu actonio principabat, ad quem una
cum Rhætia tractus penes lacum Brigantī-
num, Lindavium usqs jure proprietatis per-
tinebat. Hic quemadmodum ab Augiensi
abbate suscepit advocatiam super Firmen-
dingen, offingen, Unlingen, Aetheim, ita pa-
riter supradictionem ulmensem à Carolo ad-
vocatus est constitutus. de quo proximè agen-
dum erit.

Hoc etiam Anno Carolus pijssimus Imperia-
tor morte et senectute gravis et pressus, me-
morabile de rebus suis mobilibus thesauris
videlicet pecuniarum, Vestium, omnisqs Supe-
pellectilibus coram amicis et ministris fidelibus,
Episcopis Abbatibus et Comitibus 3. annis
tribus antequam ex hac vita decederet, testa-
mentum faciens suæ constitutioni, ordinationi

ac

ac testamento Hettonem quoqs, inter Episcopos
precellentissimum interesse et subscribere voluit.
Mabill:
Paulò post inquit idem Mabillonius, hoc ipso
anno Hetto Constantinopolim ad pacem
cum Graecorum Imperatore Nicephoro San-
ciendam missus est, una cum Hugone Comite
Turonico, et Haione foro-Juliensi, cujus lega-
tionis Hodoeporicum scripsit, teste Hermanno
hactenùs desideratum. De hac legatione agit
Walafridus in Carmine de Visione Wettini,
quem ait tempestate jactatum cum suis,
Deo ope ferente, ex imminente naufragio eva-
sisse, nullaqs post hac discrimina passum,
recto cursu, satisqs secundis reversum, Gra-
corum favorabilia responsa francis retulisse.
addunt francorum Annales, Legatos Nice-
phoro Imperatore Constantinopolim ad-
veniisse et à Michaele, ejus Genero, ac Suc-
cessore Imperij, susceptos et absolutos fuisse,
ac demum in franciam redisse, cum novi Im-
peratoris legatis qui foedus cum Nicephoro
fieri coeptum confirmaverint, Hinc suspecta
pergit Mabillonius imò falsa probatur narra-
tio, Monachi Sancti Galli in Libro secundo de
vitâ Caroli magni, ubi is quendam Episcopum
scilicet Hettonem, procellentissimum mente
et corpore virum adjuncto ei nobilissimo duce
ad graecorum Imperatorem mississe dicitur,
qui legati, cùm indignè habiti fuissent, per
diversa loca divisi fuisse, tandemqs cum magno
navis et rerum dispendio redijsse, nec verisimi-
lius est id, quod idem fabulator subdit de festiva

ex-

Exceptione legatorum, quos postea Graecorum Imperator ad Carolum misit. Hunsgs Ma=
=billonius

Annus Christi 812. Augie 89.

Annus Christi 813. Augie 90.

Carolus Magnus donat Hettoni II. episcopo Augiensi Coenobio Ulmam, unacum Smaragdo ibi pondere habente libras 27. et tres libellas, qui computabatur ad pretium sexcentas millee florenorum.

Littera donationis ulmae sunt hae.

In Nomine Sanctae & Individuae Trinitatis amen.

Carolus Divinâ favente gratiâ Imperator Augustus. Si Sanctorum Monasteriorum loca, ne labantur frequenter sustentamus, sustentando stabilimus, non solum Deum pro hoc nobis placamus, sed etiam nostri totius regni Statum corroboramus; Quapropter omnium praesentium et futurorum comperiat industria, qualiter ulmam, nostram regalem Villam, pro anime nostre ac parentum nostrorum remedio, ad monasterium, quod constructo est in Insula, quae in Alemannie partibus sita Sindolfawa nuncupatur, ubi Venerabilis Praesul Hetto Spirituali Imperio praest, cum omnibus appendiciis suis et locis adjacentibus tradimus, atqs transfundimus, ut

fratres

fratres Ibidem regulariter subsistentes Ad divino
operi die noctegs Jugiter insudantes dum à
nostris sumptibus alacriter procurantur,
assiduis eorum precibus Deum nobis propi-
tium facere dignarentur, utgs predictus Hetto
cum fratribus suis, Monachis videlicet utgs
clericis in prefata Insula exterioribus curis
remotis deo servire liberius utgs securius inibi
-sse valeat, cum ipsius abbatis desiderio
suorumgs Monachorum votatu, Adelberti
cognatum nostrum in supradicta ulma
advocatum Ac Defensorem constituimus,
Ac eundem, quia quales futuri homines
sint ignoramus, ne statuta nostra vel quis-
-quam successorum suorum transgrediatur,
ei presenti cum Juramento tenaciter
obligamus. Hac de causâ nostre placuit
providentie, eodem Adelberto defuncto,
in presentia abbatis, suorumgs succes-
-sorum et fratrum videlicet Monachorum
hoc perpetuum ponere potestate, ut sapien-
-tiori consilio, ex his, quos inter potentes
seculi noverint Ac invenerint meliores Ac
equitatis amatores eligant huic loco,
sicut Ac in ceteris locis competenter
advocatos Ac defensores, eô tamen tenore,
ut, quandoumgs sui commissi prevari-
-cator, aut in rebus vel hominibus, quod
vulgo Balmund dicitur, existat, statim
sine mora, sine judicio advocatiam perdat,
qui advocatus Ac omnes sui successores,
quale servitium in prefata villa ulma ab

au-

Augiensi Abbate ejusdemqs Ministris deinceps per=
=cepturi, vel qualem Justitiam ipsi abbatibus sint
facturi breviter hic determinavimus. Statuimus
ergo, vel precipimus si presens Adelbertus Advocatus
vel quisquam suorum Successorum in predicta Villa
placitare voluerit, quando vel qualiter, aut quoties
hoc fiat, in Abbatis arbitrio pendeat, et ab eo dis=
ponatur, ut non cum pluribus, quam triginta equis
ad placitandum veniat, et tale servitium, quale
hunc reperitur, et quod predicto militum et equo=
=rum multitudini congruat et sufficiat, eidem
Advocato Abbas decenter et honestè exhibeat;
Et ut hoc nunc et in futuro cunctis pateat, regali
nostro Imperio sancimus et confirmamus, ut
nullus Advocatus in prefata Villa majus ser=
=vitium ab Augiensi abbate vel à suis ministris
quasi ex debito exigat, aut ad libitum sibi statuat
ipse, sive quasi ex jure ultra Statutum quicquam
usurpare sibi, vel vendicare audeat. Insuper Sta=
=tuimus atqs Jubemus, quidquid placitando ibidem
aquirat, tertiâ parte sibi retentâ, duas Abbati
reddat, et nullum advocatum vel exactorem pro=
=ter se sine Abbatis permissione constituat.
Addimus quoqs nihil privati muneris vel Scirby
in eadem Villa vel quolibet locorum illuc perti=
=nentium, sive à Tollariis, quasi ex debito et Sta=
=tuto sibi jure exigat, ac mansiones, et pernocta=
=tiones ibidem frequentare audeat; Quodsi pre=
=sens Advocatus vel quisquam suorum Successorum
hec nostra Statuta transgrediatur, sine ju=
=dicio et absqs spe emperationis Jubemus, ut
Advocatia statim privetur et alter fidelior, ac
Justitiæ amantior sano consilio in ejus locum

sub=

subrogetus. Et ut hoc scriptum nostrum absq; dubio ab omnibus firmius observetur, et obmixius, annuli nostri signo, sigillique impressione firmari jussimus.

KAROLVS. Signum Serenissimi Caroli Augusti.

Ego Ermnhus Cancellarius ad vicem Luberti Archicapellani recognovi. Datum Incarnationis Dominicæ Anno 813. Regni Clementissimi Caroli Augusti 46. Imperij 13. actum Moguntiæ in magno Consilio, in præsentia multorum Episcoporum et Secularium Principum in nomine Dni feliciter amen.

Affirmant hoc quoq; annales Moguntini lib. 4. fol. 611. presente Richolpho Archiepiscopo Moguntino aliisq; Imperij Consiliarijs et Senatoribus Anno 813. Dedit Augiæ Divitis Monrio Carolus Magnus pagos, Ulmensem, quem regiam Villam suam appellat, Elchingensem, Hochstettensem, Stockheimensem Glaheimensem, Berchheimensem, et Aulhæringensem. p.

Hildram Episcopum Cantorale Constantiensis Ecclesiæ, morte abrepsus Egino relinquit Wolfleoni, qui et Wolfoleus, Wolfleoz, Woefleoh, Wolfos, et Woefelon.

Annus Christi 814. Augiæ gi.

S. Carolus Magnus ingens Monasterij Augiensis Benefactor, febre, et pleurisi pulsatus, 28. Januarij Aquisgrani obijt, ibiq; honorifice sepultus est,

est, Anno Aetatis 72. Regni 16. Subaeto Italico 11. Imperij 14. Cui quo filius ejus Ludovicus Cognomento pius regnavit annis 27. Hermann.

Non tamen illuc Carolus sydera scandit, sed purgatorij poenis errata diluisse visus est à B. Wettino Monacho Augiensi paulò ante obitum in extasin rapto, dictante Walafrido ui ejus Visione, his versibus acrostichis, quibus exprimitur Carolus Imperator.

Contemplatur item quendam lustrante pupilla,
Ausoniae quondam, qui regna tenebat, et aula
Romanae gentis, fixo consistere gressu,
Oppositumq; animal lacerare virilia dentis,
Lataq; per reliquum corpus lue membra latebant
Viderat haec, magnoq; stupens terrore profatur,
Sordibus hic hominum, dum vitam in corpore gessit,
Iustitiae nutritor erat, saluq; moderno,
Maxima pro Domino fecit documenta vigere,
Proh dolor! q; pio sacram lutamine plebem,
Et velut in mundo sumpsit speciale cacumen.
Recta volens duleiq; volens per regna favore;
Ast hic quem saeva sub conditione tenetur,
Tam tristiq; notam sustentat peste severam,
Ore refert. Tum ductor, in his cruciatibus inquit,
Restat ob hoc, quando bona sancta libidine turpi
foedavit ratus, illecebras sub mole bonorum,
absumi, in vitam voluit finire suetis
sordibus; ipse tamen vitam capiabit opimam,
dispositum à Domino gaudens invadet honorem.

Waldo quoq; Augiae nuper abbas VIII. Ajam apud S. Dionysium Parisijs reformator, animam Deo reddit 29. vel juxta Mabillonium 28. Martij. Sed simili fato flebili à divina Nemesi ob perperam

facta

facta quædam purgantibus flammis ad tempus addicitur, pro eodem Wettinus per Walafridum perhibet carmine item de versiculo, quo Waldo deno-tatur.

His visis celsum Coelo montemq; propinquum,
aspiciunt, dum ductor ait: hæc arce tenetur
Abbas, ante decem Corpus qui liquerat annos.
Ventorum incursus, tempestatumq; furores,
Vim pluviæ, multumq; ferens discrimen, Eodem
Allust in cantu quidquid neglexerat actu,
Lætus ut æterni ducatur regis in aulam,
Delicijsq; sacras Sanctorum sedis in ævum
Obtineat, pœnâq; carens ubi vita sequatur.

Legitur de quibusdam Sanctis magni nominis, quod ante paradisi Cœlestis ingressum lustrali-bus locis depurati sint, quibus tamen ab Eccle-sia Cœtus publicus decretus est, ut patet de S. Carolo magno ad 28. Jan: Waldoni autem nostro non quidem publicus, sed privatus honor dim destinabatur in Monasterio San Dionysiano Parisijs, teste historiâ Vetustissimâ de Translatio-ne S. Sanguinis Dñi in Augiam, ubi auctor narrat.

„ Sancto namq; amoris affectu eum dilexisse,
„ Jamq; magnum Charissimo Patri honorem
„ exhibuisse memoratur, ut eô cannis Ergas-
„ -tulum descente, luminare ad Sepulchrum
„ ejus, quod in quadam absidula situm esse
„ narratur, assidue, interdiu noctuq; conus-
„ -care fecisset. Quod ipsum etiam hodieq;
„ à junioribus moderni temporis ob ejus amo-
„ -rem indesinenter observari patiebatur.

Annus Christi 815. Augiæ 92.

Circa hæc tempora, opinione D. Joannis Mabillonij Tom IV. vel Analect. in fine scriptum est, Necrologium nostrum Augiense vetustissimum, in quo habentur nomina fratrum et sororum ex diversis Cœnobijs et Collegiatis ac Cathedralibus Ecclesijs, cum quibus Augiense Monasterium hoc Sæculo Societatem habuit.

Initium tantùm hic annotamus secundum ordinem quem tenet Codex noster manuscriptus, cum nota in Helvetia prope Lacum Tigurinum, ubi nunc Confessarius ex Einsidlens: asterisci significantis Locum, ubi hoc vel illud monasterium situm, ad modum Mabillonij

Nomina sororum ex Cœnobio Farensi in Helvetia, propè Lacum Tigurinum, ubi nunc Confessarius ex Einsidlens: Hadhildis abb: et Mon: Theudemus Magister domûs et Germinoldus mon: s.

Nomina Vivorum fratrum Insulanensium: Virt augiensium, Erlebaldus Abba, Hetto Eps: Theganmar Vuolvini. Sigibertus s.

Nomina defunctorum fratrum Insulanensium Erminius Eps, Eddo Eps. Sidonius Eps; Ermanfridus Eps, Joannes Eps, Hartpertus Eps. s.

Nomina Sororum de Turego: Zurich in Helvetia: fratrum Mun. ssr. Hildigart Abbatissa, Engilrad: Waterat, Irmbrun. Hiltrud. Baldui, Ruadrud. s.

Nomina fratrum de Sco Maximo: apud Treviros, Kebehard Eps. Muatheri, Hermin, Isambreth s. Joseph Eps et Abba.

Nomina

Nomina fratrum de monrio S. Galli Confessoris.
Cobrecth. abbo, Ancadbertus. berteoz. Amalrich-
Vincentius. Wolfs.

Nomina defunctorum fratrum de S. Gallo An-
-domar Abb: Werdo Abb. Constantius. flavinus.
exuperatus.

Nomina fratrum de Monasterio qui vocatur
Savarias: Cfeffers, Sabania, in Rhetia Curiensi.
finitum deficit. Crespio. Caulus. Victor,
Lupicinus f.

Nomina fratrum de Monasterio, qui Vocatur
Desertinas: Dissentis in vuanthia. Ursicini
Epi: Wagonis, olim, Italici, Subonis f.

Nom: frum de Monasterio, qui vocatur
Tuberis: Domni Abbas, purieio, frodulfi,
Alarici f. Vigilius Abbas f.

Nom: frum de monrio quod vocatur Leonis.
Domnnus Abbas magnus. Cobpertus, Jo-
-hannes, Audulfus, Gonof.

Nom: frum de monrio Clodoaldi Regis: Ingel-
-uinus Eps: Grimbaldus, Waratto, Hunt-
-bertus, Leinanus f.

N. S. T. F. de monrio quod vocatur Nonan-
-tula: Letus abb: atto. Corvulus, felix,
Benedictus. Aribertus. Baronti f.

N. S. T. F. de Monrio. quod nominatur
Altaha: Urolfus abb: Sedulius, Ottarius
abb: sive Flarch: Hrodibo, Albgaerus f.

N. S. T. F. de Monrio quod nominatur Ma-
-rinseo: Marsee. Limolacus. Hunrich
abb: Aetrich. Raikho. Dusdedit, Heripeth.
Isaac f. finis deficit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

N.B. ff: de Monnio quod Salzburc nominatur
deficiunt.

N.B. ff. de Monnio quod Matachseo Vocatus:
Matsee fundat: 760. postero tempore con=
versum in collegium canonicorum. finis
O.S.B. Johannes Abba. Zeisfrid. Lucianus.
Eparold. f. Noting Epis. f.

N.B. C.F. de Monnio, quod Metama nuncu=
=patur: Metten. fund: 802. O.S.B. in Ba=
=varia, haud procul à Deckendorff ad Da=
=nubio. fund: à Carolo M. restitutum
ab ottone Duce Bavariæ. Utto Abb: Caspert
Deotkard. Odalhart. f.

N.B. C.F. de Monast: quod Chamineseo nomi=
=natur: Chemmifense O.S.B. in Misnia, in
arem conversum ab Mauricio Electore.
Luitgrid Abb: Landhardus, Kristan. Osthari f.
finis deficit. f.

N.B. C.F. de Monast: quod Masareod appel=
=latur. deficiunt.

N.B. C.F. de Cœnobio quod fulwanga vo=
=catur. Godbertus Abb. Godeco. Bora=
=loh, Hatto, Wolfrad. f.

N.B. C.F. de Congregatione S. Bonifacij
de Mons: quod fulta nominatur. Rau=
=colf. abb: præfect. Liutold. Engelbert. f.
finis deficit.

N.B. C.F. de Monnio, quod vocatur magnus
Locus apud Arvernos. initium deficit.
nomina Mortuorum: Bertegillus, Ga=
=rimundus, Garifredus.

Nomina canonicorum Civitatis Carisij. Er=
=chanfred, Melismus, Johannes, Rainfind. f.

N.B.

N.B. T. T. de Monasterio, quod Chambi-
-burna nominatur Campidonium.
Theodun: Amulo, Tuoto, Friundapert.
Eberhard Episcopus.

N.N. T. C. de Monasterio quod Morbach
nominatur, Theodoricus, Kérho, Si-
-libertus, Guntelmus, Sigimar abbas.

N.N. T. T. De Monasterio quod Wissun-
-burc: Wissunburg S. Q. J. Principal
à Sancto Firmino restauratum Monas-
-terium O.S.B. anno 728. fundatum,
primò à Dogaberto 630. Anno 1526 fac-
-tum prepositura Secularis Episcopa-
-tui Spirensi incorporata, vocatur:
Instulsus Episcopus, Gerho Abbas Bern-
-harius Episcopus A Abba. Gerbertus.

N.N. T. T. De Monasterio quod Ellinheim
Ellenheim-Münster nominatur; Uto
Episcopus v. abba. Adalbertus, Wo-
-lfaelus, Manigisus, Henricus.

N.N. T. T. De Monasterio, quod offin Wi-
-lare: offenweiler vocatur. Domnus
Abbas Berchtrich, Wemibertus, Abbas
Maddaebertus Abbas, Petrus Abbas,
Hecho.

N.N. Trabes de Monasterio quod Legni-
-bach

=back. Gengenbach restauratum 888.
fundatum circa 730. nominatur:
Germund. Abbas Sigrammus, Sigifrid,
Egiamus, Halacuminus s.

N.N.T.C. de Coenobio, quod Swarzaha
Schwarzach in alsatia nuncupatur.
Job abbas.

Nomina Defunctorum: Agoaldus Abbas,
Lupus Abbas, Dato Episcopus, Bru=
-ning: Abbas, Adbrichus Abbas.
Eborinus Abbas. Waldo Abbas s.

N.N.T.C. de Monasterio quod Clingo
vocatur, sive Eidringfeld. Hendo Epis=
=copus et Abbas. Germundus, Ar=
=noldus, Bennos.

N.N.T.C. De Coenobio Luxovium. Da=
=danus Abba. Adarius, Agoberhus,
Firdo, Drudbertus, Arbio s.

N.N.T.C. De Coenobio Quod Rosabach
nominatur, Crimoldus Abba s. Stepha=
=nus Epus, Amalwinus Episcopus,
David Episcopus Adelibbus Abba s. Hen=
=rius Rex, Mathildis regina. Otto Rex s.

N.N.Ff. de Coenobio, quod Senonius: Se=
=nones nominatur, Bonifacio, Abba:
Allomo, Adhardo. Nord gaud: Frone s.

N.N.

N.B. T.T. de Monast. St. Nazarij, quod Lauresheim nominatur, Adalum: Abb: Dom Samuhel abb: f. Hnidogangus Eps. Gandolandus Abb: Helmerichus ab: Richbodo ab: Adgs Epus, Lullus Eps. f.

N.B. T.T. de Coenobio quod St. Gregorij in Alsatia nominatur, Rachino Abb: Marcuino. Urolfo. f. Berchold Abba. Deodo f.

N.B. T.T. de Monast: quod Hasala in Alsatia nuncupatur. Victor Abb: Gisaeberto, Cleono, Quadlando. f.

Haec sunt N.B. ff. Halverstedensis. Megin Warch: Karlind. Heberwin. Willihelm: Lattof.

N.B. T.T. de Coenobio quod Surabue: fuit O.S.B. jam praepositura Secularis in Alsatia nominatur Hildimundus abb: Hucbaldus. Adalvenus. hieronimg. f.

N.B. T.T. de Coenobio quod Ebureshaim Nunnenmünster in Alsatia nominatur, Theobaldus abb: Herinandus. Burgaldus. Rolward. f.

N.B. T.T. de Monast: quod Novum Villare nominatur Villarium, Münchweiler olim O.S.B. jam Cisterc: Ebramnus abb: Vimirous, Maginharius. Edoenus. f.

N.B. T.T. de Coenobio quod Flaviniacensis vocatur. Sapulgius. Flagnarius f. Canonicus, Adalgis, Olganus, finis defuit.

N.B. T.T. de monast: quod Colbicas nominatur defuit.

N.B. T.T. de Monasterio quod Rosabach nominatur. Crimoldus Abba f. Stephanus Eps. Arnalwinus Eps. David Eps. Hichibbus Abba f. Henricus Rex, Mathildis Reg: Otto Rex. f.

N.B. T.T. de Coenobio quod Senonicas. Senones nominatur. Bonicelo Abb: Allomo, Ailhardo. Nortgaud: Grone f.

N.S.F.F. de Monasterio quod Mediano Mo=
=jen moutier nuncupatur, Sandalberto Abb.
Hibone, Ausino, Iurio, crutfo. f.
N.S. fratres Canonicorum de Augusburc.
Regimpreht prt. Wentil pt. Eberhard, Ecki=
=hart. Adelbert. f.
N.S. fratres de Monio quod Cordia nominatur.
optatus Abba. arradus, Authadus, Theot=
=btus. f.
N.S.F.F. de monio quod Buxbrunno vocatur
Rabigaudus abb. Giba, Dunnus, Umirundus,
Gisfardus f.
N.S.F.F. de Coenobio quod Rasbacis Resbaji.
nominatur. Godoberhus Abba. Aganberhus,
Leuthatus, arambaldus. f.
N.S.F.F. de Monasterio quod Crux Sita nomina=
=tur, nunc S. Saronis meldis. Wolframno Epo
haimaldo, Waldolfo, Sigibaldo, f. Reginbold
Comes. f.
N.S.F.F. de Coenobio quod Gemedico Jumieges
vocatur Dronlegangus Abb. Celherna, Raga=
=berhus. Sigiramnus. f.
N.S.F.F. de monio quod St. Germani vocatur,
Dronlegangus Abb. Celherna. Ragamberhus,
Sigiramus. f.
N.S.F.F. de Monasterio quod St. Germani vo=
=catur, Burgoaldus Abba. Ermino Abba.
arinbaldus. osbaldus. f.
N.S.F.F. de Coenobio quod S. Michaelis Hildes=
=heim vocatur. Gundricho Abb. f. Reinhardus.
Chunibr. abb. manu recensiori. f.
N.S.F.F. de Monasterio St. Dionysij. deficiunt.
N.S.F.F. de Monio, quod mons Viridis ap=
pellatur

pellatus. Initium de Sicil. Diludlaca Epus Sichi-
mundu mon Sigualdum s. Walefred abb: Thomas
Epus Justinus Epus. Cuniberthus Epus. Grimwaldus
Epus. barbucia Epus.
Incipiunt N.N.F.F. ex Monasterio S. Vibiano Bonchus
Diac: Eppus Diac: Cagneberthus ptb. Benjamin Diac:
Andrachus Cler:
N.N.F.F. de Coenobio quod Mauri Monasterium Vocatur,
Hartricus Epus. s. Venerandus Abbas, Mainus Abbas,
Harthertus Abbas.
N.N. Canonicorum de Constantia, Wolfleoz Epus, Cer-
-ahtker s. Salomon Epus. Thioto Coreps. Werimpert
ptbr. s.
N.N. Defunctorum: Dagabertus Rex, Pippinus
Rex, Karolus Rex, Ludowicus Rex, Cotafri-
dus Rex, Egino Epus.
N.N. Canonicorum Basilicensium, Otpertus ptb:
Luithard: Diac: Helbrat Subdiac: Fridebreht Epus.
Adalwinus Epus. Hartwig Epus. Priagus Epus.
N.N. Canonicorum de Civitate Argentoratu Ber-
-noldus Epus. Isanhard ptb: s Ludwic Diac: s.
Theatger Subdiac:
N.N.F.F. de Monast: B. moderti Mart: s. Cund-
-hart abb: Cleus, Johannes; Ladewin. Cesarius. s.
N.N.F.F. Vivorum de Coenobio quod Scina Skina
v Schina, nunc prepositura monrio aug: In-
-corporata nominatur. Kerhelm abb: Adalram
abb: Leo, Landbert, Cundini s.
N.N. Defunctorum de eodem loco: Hetti abb:
Schrot, Quadmunt. Herimar. Wenilo. Deotine s.
N.N. fratrum Mettensium: Drogo. Ingilmar,
Richard, Adalhardus, Belso, Hildeheus, Gun-
-lundus, s. Adalbertus Episcopus.
N.N.F.F. de Coenobio quod vocatur Hornbach

Amalhart abba. Amalhard. Herimund. f. Wiran-
dus Abba.
N. B. C. C. Carrofensis Monasterij Gunthbaldus
Abbas. Hugo Diaconus, Aegfredus, Bertrammus,
Richardus f. Adalgungus Abba f.
Hae sunt nomina Monachorum ex Cella Sti
Dyonisij ubi Confessor Xpi Hilarius quiescit
humatus, Adamus Abba, Hilduinus abba,
Adoldus Abba, Audomiens f.
Ipsi sunt defuncti Hetilo, Hairmon: Ermold.
Haldegarius f.
Nomina Canonicorum Domûs Sti Stephani
Protomartyris. Agobardus Archiepiscopus.
Hilpetius. Leo. Stabilis. f.
N. B. Canonicorum Ecclesiæ Sti Justi. Agerius
Epus, Ibo, Adolbrandus. f.
N. B. Canonicorum Ecclesiæ Sti Pauli. Fuding
Chor. Epus, Constantius, Allardus. f.
N. B. Canonicorum Ecclesiæ S. Georgij. Motwinus
Abba, Eldemaris, Adalricus.
N. C. C. de Monrio S. Martini Insulæ Barba-
ræ Bartholomæus Abba, Desiderius, Villa-
ramnus, Mantio f.
N. B. C. C. de Monasterio S. Pagneberti. Stepha-
nus Abba. Bertallus. Wilaradus, Adapertus,
Walterius. f.
N. B. Canonicorum Ecclesiæ Sti Nicetii. Waldta-
rius Abba, Basinus, Bartholomæus f.
N. B. Fœminarum Monast. Sti Petri Cadcaris
Lugduni Deidona abbatissa Herminild.
Ermengard. f.
De Monasterio, quod vocatur Nova Hanstre-
berga, Volperga, Hacha. f.

N. B.

N.B. amicorum Viventium / erga Augiam / ab
Epūs Hludowicus Imperator, Hrabanus Joan.
Pippinus Rex, Hludowicus Rex, Judith
Regina, Karolus, Kisala, pertha, Isanbardus,
Haistulfus Archiepiscopus, Ratholdus Epūs. p.
N.B. T.F. de Mon: quod nominatur Rethinburra,
Milo Abb: Theto ptb: Cundbrecht. pb: Wolfhard ptb.
N.B. T.F. ex mon: Faustini Sti Brixiæ. Georgius,
Aistulfus, ubi Epūs p. Hairiolfus Epūs. Wder p.
Abb: Sindoctus Abb:
N.B. Presbyterorum de Carantana Kerpreth, Os=
=baldus Epūs
N.B. T.F. de Hellehnuuane Ellwang. Engilbert, Sin=
=doct Abba, Erpfmann abba. Hatto ptbr Wieger
ptb: Joseph ptbr.
N.B. Fratrum de Monio quod vocatur Leones
Baldulfus abbas, Hunpertus, Luitpertus,
Leopertus.
N.B. T.F. Chorbeia. Domnus Abba Wala. Bernha=
=rius, Hedo, Rigrannus, Ratbertus, Ratberhus,
Hemmo Epūs,
N.B. Defunctorum. Julianus Epūs. Dulcissimus
Epūs Cilsari Dūr.
N.B. Defunctorum qui presens Coenobium
augiense sua largitate fundaverunt: Karolus
Major Domūs, Pippinus Rex, Karolomannus
Major Domus, Karolus Imperator, Karolo=
=mannus, Karolus Rex, Pippinus Rex, Ber=
=nardus Rex. Suanahil Regina, Bertha Regi=
=na, Hilthigard Regina, Fastrat regina, Liutgard
Regina. p.
N.B. T.F. ex Monast: quod Mediolanis nominatur:
molome, Epelenus Abba, Ratbaldus, habel,
otger. p.

N.B.S.S. De Frisingun, Frisingen: Erchanbertus Epp, Herolf Chor-Eppus, Reginbertus, Marcuing Chor.s.

Isti sunt defuncti: Hitto Epus, Sigihard Chor Epp Absalon Diac:

N.B.S.S. ex Monasterio quod dicitur fons Besuus Bese, Serapshyn Abba Volgarius, Isaac, Richolf.

N.B. Canonicorum Lingoniue urbis, Heberius Epps, Erleberhus Chorepp, Jacob Chor Epp, Engilrammus pbter s.

N.B. Canonic: ex Virione Castro. Agenus Praepo=situs. fulcradus pbr Wilgarius pbr.s.

Ex his Geminis apud Lingonas N.B. Canoni=corum, Volcerio prepposito. Alaverdo. prb. Ado prb. s.

Incipiunt Nomina fm qui in Turiaca Turgach sunt in congregatione Haitto, Huoto, Sigihard, Cotesmann.s.

Isti sunt nomina Ancillarum Dei de Coenobio Sti Stephani. Reginsud Nunneraed. Diethild.s.

Sequentia Scripta sunt manu recentiori.

De Monio Sonum Martyrum Cassij Florentij N.B.S.S. nomm. Evergerus Archiepps, Berengerus, Berenhardus.s.

N.N.S.S. de Monast: quod dicitur Duellum Thiel v Gosmuhiril. Dommus Abba Waldfredus. Hartprecht. Watto. Tusine:s.

N.N.S.S. de Monast: Sti Antimi Mart: Boso abba, Gaudefredus prb: Johannes prsb: Johannes presb: s.

N.N.S.S. Cumiensis Coenobij. Ingrammus abb: Heberhardus Ab: Hilderinus ab: Sigefridus M. Stephani s.

De

Genuinus Extractus
Ex Necrologio Augiensis Monasterij
Sub Erlebaldo Augiæ Abbate X.
Conscriptô in membrana
à Reginberto Monacho Augiensi, sub quatuor Abbatibus Bibliothecariô,
Anno Circiter 830. vel juxta P. Mabillonium 815.

Adalbold Egilolf Engelbr
Thietpold
Kerung
adelbrecht diac
arnolt diac
Adalric decan
Eberh. pbr
Vuodalrich
Purchart can
Valto
Kebine
Ko Adpreht
Tietholm
Anshalm
AZZo
Vuolnolt
Ruodolf
prunhart
egilolf
Meginbreht
Pergoz
Reginbreht
Ruodger
Anno
Luitfred
Cozpreht
Ruodi
Vogo
Vuighart
otine
Hiltebold
Nanzo
Thieto
Embricho
Hiltegart
Cunderat
Erchanbold
Ruodpr prb

HATHO archiepſs. Heriger archiepſs. Heriger. Herman Porn. Vuito.

NOMINA Gebehart epſ VIVORUM Adalgis FRATRUM

Erlebaldus abba
hetto epſs methodius
Theganmar prb
Vuoluini prb
Sigibertus prb
Richram prb
hiltimar prb
Chunibert prb
Luitbert prb
Hagastolt prb
Danihel prb
Tuto Othart prb
Vuolfdrigi prb
Reginbertus mon
Mattheus diac
Ratcoz prb
Ualtheri prb
otker prb
Altini prb
Kerolf prb
Keruuentil prb
Ualdheri prb
Ambricho prb
Vuito prb
uûito prb
Ilanbertus prb hugo
Luther prb
Crimolt prb
Ualker prb
Einmuat prb odalh
hiltirat prb kerwus
Ramfrid prb
Kerolf prb Paldk
Rato prb
Uuillibold prb
Ratpold prb
Hanhart prb
otini prb
Ccimaldus capellanus
Simon diac odilpr

Sigifrid mon
Sahso mon
Tuto claudus mon
Rantuuic prb
Otfrid prb
Ualdker mon
Tatto prb
Adalgis prb
Engelbertus prb
Adalman mon
Uuituchind mon
Cundhart mon
Druant mon
Sigibertus mon
Erhart mon
Hugibold mon
Crimolt mon
Odalhart mon
Cotesscalc mon
Flarchemel notus mon
Hamadeo mon
Ruadheri prb
Ruadhelm diac
Notdrigi prb
Kerolt cundhart diac
helinger prb
hatto prb
Adam diac
Uuirich mon
Egino prb
Ratfrid prb
henberht diac
Isanbold mon
Uuolfman prb
Andreas diac
Uuunidheri prb
Coldini diac
heilram mon
hadolt gramannus

Theotpold prb diac
Iimmi
Luitbold prb
Ilo Vuichart mon
Adalcoz mon
Fridolt mon
Tuato Sigirih mon
Cundachar mon
Uuolfdrigi diac
Drudmunt prb
Ualthen diac
Eto VVODEL diac
Einrich GART diac
Rathen mon
Folchun diac
herperht mon
Friccho mon
Einhart mon
Adalbold mon
heito adalbtd mon
Richart delint mon
Erfinc Margolt mon
Erluni mon
Lantolt mon
Lantberht mon
hiltirat diac
Richerht mon
Keridolf prb
Egurich prb
otbertus diac
Ruadberht mon
Notkrim mon
Lantolt mon
Anno mon loices
UUALFRID Mon
Theotmunt mon
Reginhart Wald ram
Crimolt Ingipr Karolfrid prb
Heribrant
Sarahoman

Noti mon
Vuanlinc mon
Uuillihelm mon
Ukolfdrigi diac
Salomon prb
hartman mon
perthram mon
Nidker prb
Erluni diac
Kisalhart diac
altluap mon
richimunt diac
Samuel mon
uuito
Reginger mon
Uuitpold mon
Nuatheri mon
Ruadker mon
Lubini mon
uuitbreht prb
madalcoz prb
engilbold diac
uuichram mon
reginbold mon
Mano mon
Salacho monach
hAgano Vuaidhere
eto. Rihcoz
undolf Engilscalh
holzman Theoterih
herchanfrid
uuoluini
hatam
Vuluorat
Megintat
engilbreht prb
baldman prb
deotmunt prb
Ingibreht prb

abo Aba aba
heilram. uuolfdrigi plenuno
Hunzo uualdram halabine hagastolt

assac aue. hof grim
adel dar. onlof. mempf

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

INSULANENSIUM

HIRMINMARIS VOCOR FRATRIB: FIDELISSIMUS

De rebus & aliis locis familiaritatem sacram cum Augia contrahentibus olim, agitur annis 859. & 1442. & passim.

Annus Christi 816. Augiæ 93.

Obit S. Leo III. P. M. 11. Junij, Succedit Stephanus V. ordinatus 22. Junij.

Hetto Abbas Augiæ et Episcopus Basileensis, anno decimo regiminis sui Basilicam Mariano Augiensem ruinam minitantem cum cæteris Monachorum habitaculis à fundamentis latiorem et majorem, uti necessitas advenientium suscipiendorum in ordinem requirebat, extructam magno concursu Vicinorum Principum et Magnatum ipsius solemniter consecravit. Chron. Bucel.

Eodem anno à Ludovico pio post Patris Caroli obitum in regno successore, Romam ad Stephanum nuper electum Romanum pontificem, necnon ad alia loca et Principes destinatus Hetto Legatus ubigs negotijs, commissionibus et legationibus, feliciter feliciterqs expeditis domum in Augiam reversus est. Ejdem

Annus Christi 817. Augiæ 94.

Obijt Stephanus IV. 22. Januarij Successit S. Paschalis I. 25. ejusdem.

Hoc Anno Imperij Ludovici 4ti 10. Julij edita sunt capitula Aquisgrannensia, et Abbatibus quàm pluribus, inter quos et Hetto noster pro regularibus conscripta, & invrolabiliter conservari statuta. MSS augiensia. Petrus Georgisch. f.

Annus Christi 818. Augiæ 95.

Annus Christi 819. Augiæ 96.

Annus Christi 820. Augiæ 97.

Heuggo quidam, Episcopatu, qui non memo-
ratur, relicto, in Augia Divite Monachum
profitetur. Buel.

Annus Christi 821. Augiæ 98.

Hettoni necdum quies conceditur, sed à Ludovico
Cæsare insignis eidem defertur Legatio, ad S.
Paschalem I. P. M. quam summo cum honore
exterrimè obit. Buel. meminit Sturmpf. Lib.
10. Cap. 17. quod Humfridus Rhætiæ Comes sequente
anno ab eodem Ludovico ad Paschalem Legatus
sit missus. forte Hetto & Humfridus simul hâc
Legatione perfuncti sunt.

Walafridus Strabus Anno ætatis 18. habitum
monasticum in Augia induit, et hoc anno ætatis
hac ætate, cum esset præcocis ingenij, jam scrip-
sit versus ad Ebonem Remensem Archi Episco-
pum. Mabill.

De Monachatu & Abbatia San Gallensi, quid quid
dicant Trithemius et alij, hos noster P. Joannes
Egenius in Tract. de Viris Illustr. Augiæ more suo
navosè refutavit. audiamus eum disputantem,
orationem suprà, ubi de Monachatu Waldonis
egimus, allatam:

" Non possum non subirasci Trithemio, qui pri-
" mus longissimè aberrans scribit, Wallafri-
" dum fuisse Abbatem S. Galli, et vixisse circa
" annum Christi 700. Sed duplex iste crassissimus
" error facile refellitur, tum ex Hermanno Con-

tracto

=tracto, alysys omnibus antiquis historicis, tam
ex ipsiusmet Walafridi Scriptis, tum denique ex
ejusdem Monasterij vetustis monumentis,
quae aetatem et abbatiae locum saepius non
obscurè indicant.
At missis his duobus Trithemij erroribus, jam
satis cujuis historiarum perito compertis,
verbum quendam errorem ego crassum argu=
=mentis tamen quibusdam et ratiuneulis
noviter commentis adhuc palliatum de te=
=gendum duximus, quem errorem, tam=
=etsi paucorum duntaxat, scriptorum adhuc
calamis fuerit illapsus, non duxi reticendum,
sed potius maturè cohibendum, ne longius
serpat, et ociosantes credulorum scriptorum
manus latenter praetereat; Existimant
igitur non nulli Walafridum nostro ex Mo=
=nacho et Decano Coenobij S. Galli postulatio
esse abbatem Augiensem; quod, quàm vanum
sit, postquam nostras rationes in medium
produxerimus, adversariorumque argumenta
refutaverimus, satis aperte constabit.

Antequam verò id operis aggrediamur,
non erit absre, unde haec falsa opinatio fue=
=rit orta, commemorare; arridebat nempe
Trithemij opinio San=Gallensibus de S. Galli
ab Wallafrido Abbatiâ administratâ, quòd
nova ab ipsis Benedictino Ordini campus
aperiretur, quia tamen illa sententia,
utque nulla sciebatur, praeterea authori=
=tate fulta, ijs appetitum irritabat potius,
quàm satiabat, animo secum reputare
coepimus, Trithemium quidem ni assignando
ab=

Abbatie loco erräsſe, forte tamen eandem pro
indubitato supposuisse Walafridum S. Galli
fuisse monachum, et proinde cùm non nesci-
ret, abbatem fuisse, Ebidem crederet presuisse;
Hac ergo illiberali certè Trithemij opinatione
quidam San-Gallensium permoti, argumenta
undigq, que umbram aliquam Veri pre se ferre
poterant, conquisiere, et cùm Walafridum
jam Augie Abbatem auferre non possent,
saltem Monachum abriperent, si non om-
nem, certè partem ejus glorie sibi arrogarent.

Quamobrem ne Lectorem diutius more-
mur, aggredimur ad probandum, Walafri-
dum in S. Galli monasterio Coenobita n-
unquam fuisse, sed in augiensi. undè verò
id certius evinci posset, quàm ex ipsomet
Walafrido. aut cui hac in controversia fir-
mior fides adhibenda esset, quàm ipsimet Wa-
lafrido, si hac super re quid scriberet; audia-
mus proin ipsum Walafridum de se disseren-
tem, prefatione ad Grimoaldum Capella-
num de Visionibus Wettini, ubi hec ejus
sunt verba: necesse est, ut Erlebaldum Domi-
num et Tattonem preceptorem meum
hec res non lateat, quia fas non est Mo-
nacho, Summ quiquam celare abbatem;
Ecce vocat hic Erlebaldum Dominum et Summ
Abbatem; si ergo Erlebaldus ejus abbas est,
necesse est, ut ipse ejusdem Monachus sit;
cùm autem constet, Erlebaldum abbatem
fuisse in augia, quis non videt, necessariò
sequi, Walafridum quoq in Augia fuisse
Monachum, at inquies forte alio loco contrarid
scripsit,

" scripsit, sed audi, quàm ubiqs sit constans, et
" sibi similis, nam Epigrammate quôdam, ad pro-
" dictum Grimmoaldum, quod inter cetera ejus
" etiam poemata extat, sic canit:

/: Edidit hæc Strabus pauciſſima pectoris fœtus
Augiâ quos Vestris insula alit precibus. /

Item finem Vitæ S. Mammetis, metro à se decantato, sic claudit.

/: Illic Sancte tui Mammes memor esto Cœlo,
Augiâ quem foelix Strabonem nomine nutrit. /

Ecce iterum iterumqs apertiſſimo de suo se minimam portionem non Sangallensium, sed Augiensium fœtum pronunciat, et præterea addit, se in augiâ non /: quod quidam ad eludenda ejusmodi argumenta comminiscuntur: / studiorum causâ morari, sed ibi cum fratribus numerari, ibi ali, ibiqs et nutriri. hinc liquidò vera sit, si etiam alia argumenta deessent, illum Augiensem fuisse, cùm toties ingeminet augiensis /: non Sangallensis / Cœnobij se alumnum esse.

Unde, sicuti Walafridus semper se Augiensem affirmat, ita etiam /: quod pro 2do argumento adduco: / à nostris augiensibus semper pro tali est agnitus, Reginbertus certè Augiensis Monachus et Walafridi Coetaneus in Catalogo quodam librorum Vetustiſſimo /: cujus autographum seu Chirographum in Rotula habetur: / sic habet, /: in quinto libro continentur Libri prognosticorum Isos, et quartus Liber Dialogorum, et Liber Visionis Wettini fratris nostri, quem Heito Episcopus descripsit, et Walahfrid frater noster metricis Versibus subsequens illam decoravit: /

An

An non pari modo, sicuti Wettinum ita et Walafridum vocitat fratrem nostrum, aut quis nesciat, Wettinum aliâ de causâ non vocari fratrem nostrum, quàm quod augiensis coenobij Monachus fuerit, ergo et Walafridum eandem ob causam vocet fratrem nostrum, quod scilicet augiensis Monasterij fuerit professus, negs vero mihi quis obiiciat, Reginbertum ideo fortasse nominasse Walafridum fratrem nostrum, quod tunc ille in Augia literis operam daret, Vanum quippe hoc figmentum est, ut patebit. Nam Reginbertus hunc suum Catalogum scripsit sub Ruadhelmo nostro abbate, quod ipsemet testatur, in fronte prediti Cathalogi, quem, cùm ad hanc controversiam decidendam possit aliquid luris adferre, non pigitum est, hue totum transferre, qui talis est. Incipit Breuis librorum, quos ego Reginbertus indignus Monachus atqs scriba in Insula Coenobij vocabulo Findleozesawa sub dominatu Waldonis, Heitonis, Erlebaldi, et Ruadhelmi abbatum, eorum permissu de meo gradu scripsi. constat igitur, Reginbertum Catalogum hunc suum scripsisse sub Ruadhelmo, qui tantum 4. annis presuit, nempè ab Anno 838. usqs ad annum 842. quo Walafridus Augiensem clavum moderari cepit. Quis itaqs nisi emota mentis homo credat, Walafridum adhuc in Augia circa annum Christi 840. studuisse, cùm certum sit, biennio post, abbatem fuisse factum, aut si eô

" eo tempore Niamnum Discipulus in Augia
" fuit, quando, vel quomodo Decanus ad S.
" Gallum potuit constitui, quod tamen non-
" -nemo asserit, clarum ergo est, illum, situm
" in Augia fuit, non amplius discipulum et
" auditorem fuisse, sed Magistrum et Doctorem
" sacrorumqs Voluminum egregium commen-
" -tatorem. Audacter proinde affirmamus ad-
" -huc, Walafridum esse nostrum Monachum,
" cum ante octingentos circiter annos nostro
" fuisse ex Reginberto probaverimus. Hanc
" etiam de Walafridi Monachatu augiensi
" sententiam corroborare videtur H. Rabanus
" Maurus in Epitaphio, quod mortuo Walafrido
" composuit, et in augiam misit, ut refertur
" Christophorus Brouerus, in notis ad Poemata
" H. Rabani, quae extant operum ejus Tom: 6.
" Epitaphium verò est hoc:

" Si noscere quisqs velit, tumulo hoc quis conditus extet.
" Perlegat hunc titulum, omnia regs sciet.
" Ergo Walachfredus tumulatus forte quiescit,
" Presbiter ac Monachus ingenio hic validus,
" Abbas Coenobij hujus, custosqs fidelis,
" hic fuerat caute dogmata sacra legens.
" Nam docuit multos, metrorum jure pedibus,
" Dictavit versus, prosa jucundus erat.
Jam verò quis hic ita secutus, et nequeat videre,
H. Rabanum, prout asseruit Walafridum Au-
-giensis Coenobij fuisse Abbatem, ita et asserere
voluisse, ejusdem Coenobij fuisse Monachum et
Presbyterum, ubi meminit in hoc Epitaphio

Monachatus Vel Decanatus Sangallensis
aut forte Hrabanus ignorare potuit, illa
in Sti Galli Coenobio fuisse professum,
et post 800 annos veluti oculatiores algi
hi recentiores, nullis veterum monumentis
edocti, scient.
Ne tamen quis existimet, deesse nobis alia
argumenta quibus Walafridum nobis
adscisamus adducimus 3tium, aquè
ponderosum, quod desumi potest ex Au-
giensis Bibliothecæ antiquissimis mo-
-numentis. Nam habetur adhuc vetustus
Codex, in quo scripta reperiuntur non tantùm
nomina defunctorum à condito Monas-
-terio fratrum augiens: sed etiam num tum
temporis s: sub Ellebaldo videlicet Abbate s: vi-
-ventium, inter quæ etiam Walafridi Mo-
-nachi, tum adhuc juvenis nomen expresse
scriptum reperitur. Si verò quis adversarius
objiciat, fuisse fortè alium Walafridum di-
-versum abeo, de quo disputamus, revocetur
in memoriam, quod suprà scripsi, Wala-
-fridum hunc Strabum vixisse sub Ellebaldo,
eumq; suum Abbatem vocasse, Apparebit,
esse eundem cum illo, qui in albo augien-
-sium fratrum sub Ellebaldo viventium
reperitur.
Accedit præterea, quod nullus hujusce nominis
inter fratres monasterij S. Galli s: qui sub
Gozberto ibidem abbate vixerunt s: scriptus
inveniatur, cum tamen eorum omnium
nomina in eodem quoq; libro exarata legantur.

Quoniam

Quoniam verò ab adversarijs asseritur, Wala-
frides Monachus, sub Gosberto fuisse, qui
fuit, quod inter ejus Monachos non numeretur,
quo circa censeo, virum istum nominatis-
simum non aliam ob causam ex albo San-
gallensium exclusum, quàm quod Sangallensis
non fuerit. Quare enim omitterent virum
tam celebrem? nempe quia augiensem
illum sciebant, et non ad S. Galli mo-
nachos pertinentem.
His non infirmis, ut spero, rationibus ad-
jungi potest tam conjectura non con-
temnenda, ex qua certò colligere liceat, Wala-
fridum Augiensem fuisse Monachum;
nam cùm Hermannus Contractus in
suo Chronico augienses Abbates contì-
nuatâ serie ad sua usque tempora desatè
omnes recenseat, atque adventitios, qui
nempè non ex gremio augiensi ad eam
dignitatem evecti essent, ut Banonem,
Ymmonem, diligenter annotet, vero si-
mile non est, illum omnium fuisse,
Walafridi postulationem reuenere, si
aliundè, et non ex augia ad abbatiam
vocatus esset. Et verò tam non video,
quam ob causam eò tempore extemus
potuerit in abbatem postulari; cum
Augia tunc Viris doctissimis juxta ac
pientissimis abundaret, Monachique
non multò ante, tam à pontificibus,
quàm ab Imperatoribus Romanis
singulare hoc privilegium impetrâssent,
quod videlicet Abbatem ex suo monasterio

Abbatem eligendi haberent potestatem, Hinc
mihi profectò nemo persuadebit, Monachos
augienses ita statim hujus sui magno nego-
-tio impetrati Privilegij fuisse immemores,
aut contemptores, ut, cum haberent ipsi
in sua augia idoneos, alibunde aliquem
non sine suo dedecore abbatem emendi-
-care vellent, Nimò fortassis etiam Wala-
-fridum Sangallenses, si apud eos Monachy
aut Decanus fuisset, à se avelli tam facile
non passerentur propter doctrinam ejus
non vulgarem, et illustrissimum scien-
-tiarum splendorem, quo diutius illumi-
-nati cuperent, si eam lucernam secum
habere nt.

Judicet ergo nunc aequus rerum arbiter, pos-
-tea quam justâ lance utriusq; partis ar-
-gumenta ponderârit, utri monasterio
augiensi ne, an S. Galli Walafridi Mo-
-nachatus sit attribuendus? Equidem
non dubito, si leporem paulisper philau-
-tiam alienæq; gloriæ appetentiam, mihi
assensurum esse, et Walafridum Augiæ
si aliquando violenter, et quod ajunt, ob-
-torto collo vidit abripi, nunc postli-
-minio gaudet gloriosiùs restitui. Ut
tamen, quo hactenùs validè propugnata
est veritas, magis ac magis eluceat,
nostraq; sententia inconvulsa persistat,
vèrum est ad hanc rem non inutile, si
adversariorum tela nullius roboris, et
à profixo termino longius aberrantia

Vel

vel Siam in aerem Supervaneè ejaculata oblon-
dam. Ad quod felicius pertractandum nobis
adjumento non exiguo esse potest, ponde
prius ipsorum rationes, hisce nostras sub-
nectere responsiones. priusquam tamen id
faciamus, exorandi sunt mihi ij, quibuscum
discepstandum erit, ne mihi pro veritate de-
certandi invideant, sed laborem nostrum
equi bonique consulant, neque propterea pa-
tiantur amorem antiquum, familiari-
tatemque monasticam intermori et extingui,
cùm presertim nulla aliâ de causa nunc
in arenam descendimus quàm ut veritati,
novis victorijs semper triumphanti con-
gratularet, et, quà decet, religiosâ modestiâ
novum tropæum erigeret.

Jodocus proinde Mefferus, Coenobita San-
gallensis, quem non sine honoris prefatione
nomino, Vir gravis et apprimè doctus libro
de viris illustribus sui monasterij adhuc non-
dum publicato, hâc superse fusius disserit,
et argumentis in speciem non absurdis pro-
bare nititur, hunc, quem dixi Walafridum
antequam in Augia abbas crearetur, in S.
Galli Monasterio Monachum et Decanum
fuisse, et licet liber ille lucem nondum
viderit publicam, eam tamen partem
quam de hac materia scripsit, apud Hen-
ricum Canisium Tom. 6. antiq. Lect. et
Pertz I. Tom. 9. Bibliothecæ veterum Pat-
rum invenire est.

Grimanum suæ opinionis fundamentum
deduxit ex prologo vitæ S. Galli per Walafridum,

in sti-

instigante Gosberto Abbate Sangallensi, con-
-scripsit, quod nimirum in eo prologo scribat
Walafridus se scribendi onus obedientiâ ad-
-actum suscepisse, sese ad necessitatem obe-
-diendi præceptis Patrum S. Galli constrictu,
Absoluisse pro inobedientia condemnari,
præterea, quod ibidem dicat p: Vitam S. Galli
Patroni nostri cujus Corporis Thesaurum fi-
-delibus servatis exuvijs p:/ ex his Walafridi
verbis arbitratur D. Mezlerus manifestè
colligi, illum apud S. Gallum fuisse Mo-
-nachum. Ne tamen quis conqueri possit,
ne ejus argumentorum vim formidando
subterfugisse, aut effugisse, esse tibi Mezleri
discursus nullo mutato apice hic est p:
ubi nisi Walafridus sub Abbate S. Galli
aliquandò ante prelaturam fuisset, ne-
-cessitate obediendi constringebatur, nulla,
negs potuit pro inobedientia aliqua con-
-demnari, negs Etiam S. Gallum Patro-
-num nostrum dixerit, qui patrimonij
ejus portio nulla unquam fuerit./ Hae-
-renus Mezlerus, cui ego contra respondeo,
Si ista argumentatio esset licita, quis amabo
non videt, multos Scriptores celeberrimos
antiquâ suâ possessione exturbandos,
& alienis, quas nunquam vidêre, sedibus
violenter intrudendos, scripserit Walafri-
-dus, onus scribendi à Sangallensibus
sibi impositum, vocitaverit Etiam S.
Gallum Patronum, ergoné statim San-
-gallensi

Sangallensi abbati debuit esse subjectus? ne-
-quaquam certè. Enim verò cum ipse testetur,
assumetq; sibi ab alijs Stiam injunctum scri-
-bendi officium, sequeretur, illum habuisse plu-
-res Abbates, quod dicere est absurdum. Nam
non solùm scribit à Gosberto Abbate Sangal-
-lensi, sed etiam à Reginberto Augiensi dun-
-taxat Monacho. Ecce in Epigrammate, quod
ante librum de rebus Ecclesiasticis ad mis-
-sam spectantibus reperitur, de semet Wa-
-lafridus ad Lectorem sic ait:

/: Sed non sponte sua jam magnos venit in ausus:
Dura Reginberti jussio adegit eum. :/

quod revera incredibile nemini debet videri,
plerigs enim veterum presertim scriptorum
cùm vitas Sanctorum vel alios suos tractatus
scripserunt, testatum reliquêre ad scribendum
se coactos, se amore obsequendi alijs, quibus
minimè subjecti, imò subinde equales, aut
etiam majores essent, fecisse; Notum est
enim illud, Stritum omninò Riverbium,
magnorum Virorum et amicorum preces
censendas esse obligationes, queis equè ac
Mandatis resistere sit nefas, quod antiquo-
-rum certè patrum animis ita tenaciter
inhesit, ut hoc in suis scriptis etiam quàm
sapissimè inculcarint, mirari preterea
hodiegs nemo solet, si videat viros celebres
subinde humilitatis causâ et ob exiguam
sui estimationem se alionum obsequen-
-tissimos servos, obediendigs promptissimos
nominare, et in familiaribus litteris
etiam subscribere. Quodsi etiamnum fieri

asso-

absolet, nec vituperabitur quid egrè ferimus, vel
negamus antiquitùs in more fuisse positum.
negs opus est aliunde petitis exemplis, quod
dixi comprobare cum domestica habeantur.
Inspiciat obsero, benevolus Lector Vel Vitam
S. Adalrici Epi Augustani Tom 4. Surij evul-
gatam, et à Bernone nostro augiensi Ab-
bate conscriptam, annon et ipse pariter
in prefatione ad Fridebodum S. Affre Abba-
tem, ejusgs monachos scribat, sibi ab ijs
injunctum, et illud scribendi onus impo-
situm sibi etiam patiendum et obediendum.
quod melior obedientia quàm Vetustina esset,
an non ijsdem Verbis dicat: Libellum de
Vita Vrgs quatergs beati Patroni nostri Adal-
rici &c cum autem omnium judicio gravis-
simè impingeret, qui hinc probare vellet,
Bernonem augiæ Abbatem aliquando ante
prelatulam Monachum sub Fridebaldo Au-
gustano fuisse, ita et sine dubio graviter im-
pingat necesse est, qui Walafridum similem
prorsus ob causam vult Monachum fuisse
sub Gosberto Sangallensi. quasi verò Walla-
frido et Bernoni, dum pro S. Galli, sanctgs
Adalrici honore laborârunt, dum illorum
res gestas literis consignarunt, non liceriit
eos patronos nostros vocare, maximè cum
pro Sangallensibus et Augustanis Mo-
nachis, utgs in ipsorum persona istud
scripserint.

Sed, ut sententiam nostram jàm alias
abundè probatam amplius confirmemus,
quæro Ego ex adversarijs, num arbitrentur

Wala-

Walafridum Vetam S. Galli scripsisse jam abba-
tem vel adhuc Monachum, Abbatem scripsisse
non dicent, quoniam, quando Walafridus Anno
Christi 842. Abbas Augiæ creatus est, jam Ao
838. desciat, in vivis esse Gosbertus, ad quem Wa-
lafridus scripsit, necesse est ergo, Monachum
scripsisse, quod quidem novo argumento Senten-
tiam nostram confirmat. Nam cùm Walafridg
prædictum Gosbertum S. Galli Abbatem Iam
in præfatione Vitæ S. Othmari, quàm etiam bis
in vita Sti Galli nominet Charissimum Fratrem,
non Video, quomodo ejus Monachus fuisse po-
tuerit, cùm non credam, Walafridum adeo in-
civilem fuisse, ut proprium Abbatem nullo
alio, quàm fratris nomine compellârit, quem
tamen ex regula Velut Dominum et Patrem
magnâ reverentiâ observantiâgs Venerari jube-
mur, deinde etiam, quod Walafridus in eadem
præfatione Vitæ Sti Galli Gosbertum ita allo-
quatur: Obsecro te Gosberte, Charissime Abba
Monasterij S. Galli, cunctosgs fratres, qui sub
te militiæ deserviunt Spiritali: ipse manifestè
indicat, se sub Gosberti disciplina non fuisse
Monachum, si enim fuisset, non diceret: Gosberte
Abba Monasterij S. Galli, sed: Abba meus, Abba
noster, vel abba monasterij nostri S. Galli. Vel
quid simile, negs diceret, cunctos fratres, qui
sub te militiæ deserviunt Spirituali, sed adderet
cunctos fratres, qui meum sub te militiæ, quod
tamen ille omisit, ut nempè etiam omnibus
qui hujus rei ignari essent, innotesceret, augiensē
se, non Sangallensem esse, quam ob causam
ibidem: Monachos Sangallenses alloquens

dicit, cujus S. Galli corporis thesaurum fide-
=libus servatis excubijs p. non servamus, ut ite-
=ratis vicibus, satisq; supergq ostenderet, se, dum
ista scripsit, in augia fuisse. Si proinde in augia
semper ante prelaturam fuit, suosq; liberos ibi-
=dem scripsit, quando diemus illum fuisse Mo-
=nachum vel Decanum sangallensem? Mior
propterea, viros oculatos et doctos ista non exa-
=minâsse, sed pro certioribus istis ac clarioribq
levieulas illas et obscuras jamq evidenter re-
=futatas conjecturas selegisse. Nullus dubito
quin se ista perpendant ipsi quoq sint veritati
cessuri, opinionemq falsam damnaturi, cùm
etiam illum prologum ex quo precipuum hue
sententie argumentum deducebant, videant,
pro nobis contra se militare, armaq non reg-
=ligenda subministrare. Sed de his satis.

Jam reliqua, siqua supersunt, adversario-
=rum argumenta discutienda sumamus. Vi-
=dentur ergo preterea, Walafridum ad se exa-
=hendi inde occasionem arripuisse, quod carmen
unum de S. Gallo, et Epitaphium Wedonis ip-
=sorum ediderit, quo dicat:

/: hujus namq loci fuerat Patronus et Abba.
Nomine Wëdo. :/

at planè conjectura hæc minùs probat, quàm
nihil, Jn primis enim dico, Walafridum ea
carmina non composuisse, quod de primo S.
Galli epigrammate certum est; nam ejus car-
=minis auctor certum fermè annis videtur
vixisse post Walafridum; siquidem in eo poë-
=mate benè precatur Henrico regi, cum illud
hoc distichо claudat:

Hen-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Henrico Regi sit presto gratia Christi,
Que fugat omne malum, jungat et omne bonum.

Sit ergo hic mentio Henrici Regis, cujus tempora Walafridus certè non attigit; nam primus hujus nominis Henricus Rex vulgò dictus Germanici Imperij thronum ascendit anno post natum Christum 919. ut preter Contractum, alios q veteres historicos refert Baronius; Walafridus autem jam Vita functus erat anno 849. Adhuc si Iam concederem, Walafridum ea carmina composuisse, nihil tamen inde contra nos sequeretur, cùm nullam de hac monachatu in ijs mentionem faciat. quod verò in Epitaphio Weldonis dicatur. hujus nanq; loci s. Monasterij Sti Galli: s. fuerat Patronus et Abba s. non inde sequitur, Walafridum apud S. Gallum fuisse, alioquin eodem jure et Rabanus quoq; in Augia Monachus fuisse probaretur cùm et ipse in Epitaphio Walafridi à se Conscripto dicat: Abbas Coenobij hujus s. augiensis: Custosq; fidelis s. quod tamen falsum esse nemo est, qui nesciat. Clarum est ergo, Walafridum et Rabanum sua Epitaphia ad Sepulchra eorum, quorum causa composuerunt direxisse.

Hæc sunt, quæ hactenus ex ipsomet Walafrido argumenta nobis objecisse adversarij visi sunt; quoniam verò Conjecturas etiam alias s. quibus animadverto eos delectari: s. supersesse video, ad illas etiam eventilandas accedo; Quando itaq; prædictus P. Mezlerus pro se adduxit librum quendam Epitaphiorum Patrum S. Galli, qui sub Francisci abbatis editus sit, quo etiam Walafridus noster celebretur, dico, nemini mirum debere videri, si et illos Walafridum pariter fuisse

Can-

laudatum, cum eorundem sanctos fundatores
Gallum et Othmarum, quorum vitas scripsit,
pro virili studuerit, exornare, unde perpetuam
apud eos memoriam facile potuerit mereri, unde
revera existimo, errorem hunc, quem de Monacha-
-ho Walafridi refellimus, non alia de causa sangal-
-lensibus adhaesisse, quam quod non potuerint sibi
persuadere, extari alicuius scriptoris industriam in
S. Galli othmarigs laudibus scripsitandis demudasse,
quod tamen certe insolitum nihil est, cum etiam
B. Liminij primi nostri sanctissimi fundato-
-ris et abbatis vitam Othlonus fuldensis sibi
sumpserit condecorandam, quam legere licet
apud Bollandum in Tomis Germaniae. Quod
denique ut nos expediamus: Mezlerus ultimo
loco adfert anonymum sangallensem antiquae
et spectatae auctoritatis, qui scholijs Walafridi
poesin illustrârit, in ijsgs scripserit, à Gosberto
abbate injunctum cuidam S. Galli Monacho,
ut vitam S. Galli lumine rectae cautionis or-
-natam capitulorum limitibus distingueret,
hoc autem Walafridum fecisse, qui et id ipsum
disertè fateatur. Respondeo non posse negari,
à Walafrido hoc egregiè praestitum; praeter
illum tamen à Gosberto potuisse alij etiam
sangallensi mandari, ut hoc ipsum aggredere-
-retur. At verò cum praedictum anonymum
nunquam viderim et nesciam, vetusne sa-
-cris sit an recens existimo, ejus fidem tantam
non esse quae validioribus argumentis nos-
-tris refundendis sufficiens esse possit.

Quare cùm, ut vidimus, Walafridus ipse
augiensem se, non sangallensem asseat, cùm

de-

Necrologium Vetus Hrabanus, Reginbertus
Hermannusq; consentiant, cùm nostra ra-
=tiones hinusq; inducta id constanter pro-
=bent, cum argumenta in contrarium objecta
sint facta clumbia, nullaq; demum alia,
quæ nos premat, superest amovenda difficul-
=tas, manebit de reliquo indubitatum, Wala-
=fridum Augiæ fuisse Monachum; Mihi
quoq; l: ut suprà claim insinuavi: / dubium
non est, Patres Sangallenses, si quæ adferimus,
argumenta vidissent, nunquam contrarium
asserturos fuisse, cùm præsertim tanto alias
Virorum illustrium gaudeant numero, qui
ipsis sufficere possit, negq; opus habeant, plu-
=res aliunde conquirere, Verò nos, quod ad-
=huc de antiqua gloria majorum nostrorum
manet reliquum, non possumus non dicere,
quis enim filius dormitaret pigritaretq;,
Cernens suos parentes tam indignè tractari,
sedibus, ædibusq; expelli, et prorsùs extra
patriam rapi, Nos alioqui sorte nostrâ
contenti, parentes claros, Viros Sanctos
et doctos nemini invidebimus, quæq; suum
libenter cuiq; tribuemus, dummodò, quod
justè possidemus, ab extraneis non appe-
=tatur, sed quietè nobis pacificeq; relinquatur.

Hæc B. Joannes Egonius de Monachatu
Walafridi Strabi, quibus plura subnectere,
superfluum nobis esse videtur.

Annus Christi 822. Augiæ 99.

Hetto, qui Alemos Diœceseos Sue Basileensis

curante Episcopatu sanctissimè docuit, hæc ut validius observentur in XXV. Capitula distincta edidit, quæ exhant Manuscripta in Bibliotheca nostra augiensi, quorum Titulus et contextus hic est:

Hæc Capitula quæ Sequuntur, Heito Basiliensis Ecclesiæ Antistes, et Abbas Coenobij, quod Augia dicitur, Presbijteris suæ Diœcesis ordinavit, quibus monerentur, qualiter seipsos, ac plebem sibi Commissam castè et justè regere, atq; in religione divina confirmare deberent.

I. Primò. Omnium discutienda est Sacerdotum fides, et qualiter credant, et alios credere doceant, ubi et Exempla proponenda sunt, quatenùs à Creatura Creator quantulumcunq; possit intelligi.

II. Secundò jubendum, ut Oratio Dominica, in qua omnia necessaria humanæ vitæ comprehendantur, et Symbolum Apostolorum, in quo fides Catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur, tam latinè quàm barbaricè, ut, quod de profitentur, corde credatur et intelligatur.

III. Tertiò. inhimandum est, ut ad Salutationes Sacerdotales congruæ responsiones discantur, ubi non solum Clerici, et Deo dicato Sacerdoti responsionem offerant, sed omnis plebs devota consonâ Voce respondere debet.

IV. Quartò: ut fides S. Athanasij à Sacerdotibus discatur et ex corde die Dominico ad horam primam recitetur.

V. Quintò: ut sciant, quid sit Sacramentum Baptismatis et Confirmationis, et quale sit Mysterium

-terium Corporis & Sanguinis Domi, quomodoin eisdem Mysteris Visibilis Creatura videtur, & tamen invisibilis Salus ad æternitatem animæ subministratur, quod in sola fide continetur.

VI. Sextò: quæ ipsis Sacerdotibus necessaria sunt, ad discendum id est Sacramentoriam, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canon, Pœnitentialis, Psalterium, Homiliæ, per Circulum Anni Dominicis diebus & singulis festivitatibus aptæ. Ex quibus omnibus, si unum defuerit, Sacerdotis nomen vitia eo constabit; quia valdè periculosæ sunt, Evangelica Mina, quibus dicitur, Si Cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.

VII. Septimò: ut sciant tempora legitima ad baptizandum in Anno, id est Sabbato Sancto Paschæ, & illa triduana Mersio in Baptismate imitetur, triduanam mortem Domini clarificatâ resurrectione. Et id circò usqs ad octavam diem ipsa regeneratio Sacra ab omni populo Christiano celebrabitur, alium verò tempus baptismatis Sabbato Sancto Pentecosten celebrandum est, Si verò necessitas contigerit, omni tempore subveniendum est, quia necessitas vix habet legem; & ut vas ad fontem Baptismatis habeant, quod ad religiosos usus nullatenùs assumatur.

VIII. Octavò: pronunciandum est, ut sciant tempora feriandi per annum, id est omnem dominicam à mane usqs ad Vesperam, ne judaismo capiantur. Feriandi verò per annum isti sunt

dies, ut supra orsi sumus, Natalis Domini Sancti Stephani, Sancti Johannis Evangelistæ, Innocentum, Octabas Domini, Theophaniæ Purificatio Stæ Mariæ, Sum Pascha, sicut in superiore capitulo comprehensum est, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, Sabbatum Sum Pentecosten, Sti Joannis Baptistæ, Duodecim Apostolorum, maximè tamen S.S. Petri & Pauli, qui Europam suâ prædicatione illuminaverunt; Assumptio S. Mariæ, Dedicatio cujuscumqs oratorij, seu cujuslibet Sancti, in cujus honore eadem Ecclesia fundata est, quod Vicinis tantùm circum morantibus indicendum est, non generaliter omnibus. Indictum verò Jejunium, quandò à Palatio, vel à domo fuerit denunciatum, ab omnibus generaliter observetur; Reliquæ verò festivitates per annum, Sti Remedij, Sti Mamertij, Sti Martini, non sunt cogendæ ad feriandum, nec tamen prohibendum, si plebes hoc caste & Zelo Dei cupiunt exercere.

IX. Nonò. jubendum est eisdem Sacerdotibus ut non permittant secum mulieres habitare extraneas, juxta Nicenum Consilium, nisi eas tantum, in quibus suspicio nulla malæ famæ oboriri possit.

X. Decimò: ut tabernas non ingrediantur, nec sedendo domi nec in itinere occupati, si verò necesse habent, ibidem aliquid emendi, missos suos dirigant, et oblata in aliam domum conferant, et cum gratiarum actione fideliter percipiant.

XI. Undecimò: ut placita Secularia non observent, nec fidejussores existant, nec Canes ad venandum, nec accipitres, nec falchones, nec

Spata-

Sparsarios, nec ullius Ludi aut Spectaculi licentiam habeant, Sufficit enim is, quod in primo psalmo dicitur, in Lege Domini eorum esse voluntatem, et in lege ejus meditari die ac nocte, et quod in Apostolo præcipitur: Nemo militans Deo implicet se in Negotijs Secularibus, ut ei placeat, cui se probavit.

XII. Duodecimò: ut sciant, quia nemo per pecunias ordinandus est, nec per munera Ecclesiam debet occupare, quia si factum fuerit, et ipse et ordinator ejus deponendi sunt, quia manifestum est, eos, qui talia agunt, Simoniacâ hæresi ægrotare, et talem non per ostium in ovile ovium, juxta Evangelij verba, et ascendentem aliunde furem esse et latronem, et non solum ipsi, qui hoc faciunt, sed et, qui consentiunt facientibus, excommunicandi sint.

XIII. Tertio Decimo: ut nullus vagantem ex aliena Parochia audeat recipere, aut secum commorandi, aut missam celebrandi nisi permissione nostrâ, nec ullius Ecclesiæ aut plebis gubernacula suscipiendi, nisi proveniente conscientiâ nostrâ, quod si fecerit excommunicabitur.

XIV. Quarto Decimò: ut in Tugurijs vel in Ecclesijs non consecratis, vel in domibus, nisi forte visitandi gratiâ in infirmitate detentis mijsteria non celebrent, quodsi fecerint propter inobedientiam degradandos se sciant.

XV. Quinto Decimò: quòd decima, quod à fidelibus datur, Dei census nuncupanda est, et ideò ex integro reddenda, cujus tertia pars secundum Canonem Toletanum Episcopum esse debet,

debet. Nos verò hâc potestate uti nolumus, sed tantùm quartam partem, usum Romanorum Pontificum & observantiam Sanctæ Ecclesiæ Romanæ, de eadem habere volumus. Quod si quis contentiosus inde repertus fuerit, sive Clericus, sive ille laicus sit, communione privabitur, & Synodali censurâ judicabitur.

XVI. Sexto Decimò. Ut unusquisque hoc provideat, ut mulieres ad altare non accedant, nec ipsæ Deo dicatæ in nullo Ministerio Altaris intermisceantur; Utpote palla altaris lavanda sunt, à Clericis abstrahantur, & ad cancellos fœminis tradantur, & ibidem recipiantur; Similiter & Presbyteri cum oblata ab ipsdem mulieribus offerantur, ibidem accipiantur, & ad altare deferantur.

XVII. Septimo Decimò: ut ipsi Sacerdotes verbo & exemplo omnibus prædicent, ut nullas usuras accipiant, nec Sesuplam nec Speciem pro Specie, quia valdè infidelis & rebellis Dei Justionibus est, qui hoc agit, quod omnibus Christianis æquè interdictum esse dinoscitur, maximè tamen Sacerdotibus, qui forma & Exemplum fidei omnibus esse debent.

XVIII. Octavò Decimò. Ut nullus ordinatus sive ordinandus migret de sua Parochia ad aliam, nec ad limina Apostolorum causa orationis, Ecclesiæ suæ curâ derelictâ nec ad palliandum causa insepeliendi, nec

nec à communione suspensus, ab alio communionem recipiendi sine permissione & presciencia Episcopi sui. Quod si fecerit, nihil valet ejusmodi communio, aut ordinatio aut demigratio. Et hoc omnibus fidelibus denuntiandum, ut, qui causâ orationis ad limina Beatorum Apostolorum pergere cupiunt, domi confiteantur peccata sua, & sic profisciscantur, qui à proprio Episcopo suo, aut sacerdote ligandi aut solvendi sunt, non extraneo.

XIX. Nono Decimò. ut aliud in Ecclesiâ non legatur, aut canatur, nisi ea, quæ auctoritatis divinæ sunt, & Patrum orthodoxorum sanxit auctoritas, nec falsa angelorum nomina colant, sed ea tantùm, quæ prophetica & Evangelica doctrina Scriptura, idest: Michael, Gabriel, Raphael, Nec diversa sentiant in judicijs poenitentium, cùm unus minus, alter verò majus, alteri adulando, alteri detrahendo, placere velit, sed consideratâ qualitate personæ juxta modum culpæ agatur censura Vindictæ.

XX. Vigesimò: ammonendi sunt, ut perpendant, quia quicquid à fidelibus datur, redemptio peccatorum est, & ideo non glorientur talibus sumptibus uti, sed magis

timeant, quod in Veteri Testamento de Sacer-
dotibus dictum est, Iniquitatem Populi
eos debere portare, et ideò cum magno timore
super eos solliciti sint, quorum donis pasci-
cipantur: quia magnum periculum est,
judicium fieri vitæ alienæ, qui nescit tenere
moderamina Vitæ suæ.

XXI. Vigesimo primò: ut sciant, et intelligant, XX
quid sit incesti Crimen, et hoc unusquisque
in sua parochia prævideat, ne fiat, et si fac-
tum fuerit, quantùm celeberrimè poterunt,
emendetur, videat, ut nullus sibi accipiat de pro-
pinquitate, usq; in quinto genu gradu, quod si
ignoranter factum fuerit, non facile credatur,
sed judicio Dei examinetur, et non speranter in
quarto genu, sed in pœnitentia cunctis diebus
conjunctionis suæ perseverent, similiter et XX
duas uxores inter se simili ratione conjunctas,
aut uxor duos Viros inter se eodem modo con-
junctos, aut Compater aut Commater, fi-
lioli aut filiola, Spiritales de fonte, aut
de confirmatione aut Deo dicata, aut al-
terius uxor vivente Marito, aut alterius
Maritus vivente uxore. his talibus nullâ
ratione in matrimonium licitum est con-
jungi; In primo verò Genu, vel secundo,
si inventi fuerint, Sceleris perpetrâsse for-
nicationis, Matrimonij jura ulterius sciant se
funditùs perdidisse, In tertio verò genu si inventi
fuerint, tali Crimine pollutos esse, digna pœniten-
tia eos subsequatur, et tamen Matrimonij jura eis
non vicissim sed ab alios non negentur; ubi verò man-
cipia non unius sed diversæ potestatis juncta fuerint
nisi consentientibus utriq; dominis, hujusmodi Copulatio
acta non erit; Quidquid verò negligendo sentiti-
tur

tur, & virtute, quâ potuerit, non emendetur, nam hujus copulæ auctor erit, qui hoc negligendo consentit. Plura sunt, quæ ad incesti crimen scribi poterant, sicut in matre & filia, & noverca, & penè innumera, quæ mentibi ad scribendum non occurrunt, hujusmodi tamen & his similibus personis copula maritalis in sempiternum subtrahitur.

XXII. Vigesimo secundo ammonendi sunt, ut sciant, populis denunciare, quæ sint opera misericordiæ cum fructibus suis, quæ evangelica & Apostolica pagina complectitur, quibus pervenitur ad vitam: quæve opera iniquitatis cum fructibus suis multiplicibus, quibus calle sinistro ad æternum tenditur interitum: Et ut perjurij crimen omni modo devitent, quia non solum in Evangelio, vel reliqijs Sanctorum crimen perjurij, sed in veritate, quæ Deus est, si mentitur perpetrare dinoscitur.

XXIII. Vigesimo 3.tio ammonendi sunt, ut sciant, qui in Ecclesijs, quibus prosunt, sponsi facti sunt, & ideo omni vigilantia, qualiter eas decorent, & eis incessanter deserviant, totius curæ suæ vigilantiam impendant.

XXIV. Vigesimo 4.to ut horas canonicas, tam nocturnas quam diurnas nullatenus prætermittant; quia sicut Romana psallit Ecclesia; ita omnibus ejusdem propositi viam tenentibus faciendum est: & non so-

=lum novi Testamenti documenta sunt, eandem formulam observandi, Pedissequam Veteris Testamenti patestatio, quia Prophetia Spiritu Sancto instinctus profert: Septies in diem laudem dixi tibi. Et: media nocte surgebam ad confitendum tibi.

XXV. Vigesimo Quinto: ut plebibus denuntient quod filios et filias spirituales, quos in baptismate suscipiunt ejus fidejussores existunt, et sponsores fidei existunt, et pro eis diabolo cui antea mancipati fuerant, abrenuntiant. Et ideo usq; cum adulti fuerint, et eis fidei suæ sponsionem et abrenuntiationis exposuerint, et reddiderint, in sua providentia habeant, et quod illi pro eis spopondérant, ab eis eadem responsa exintegro exigant.

Annus Christi 823. Augiæ 100.

Hetto Abbas Augiæ IX. et Episcopus Basileensis ex innumeris pro Sede Apostolica Imperio et Episcopatu et Abbatia exantlatis laboribus incidit in febrim et gravissimam infirmitatem corporis, quæ dulcissimo ei occasioni fuit, id quod pridem meditabatur executioni mandandi, fastidio namq; erant illi honorum culmina præeminentiarumq; fuci, quibus mortales plerumq; ab æternis avocantur, igitur Anno 18. inchoato, utriusq; dignitatis, ætatis Sexagesimo abbatiam cum

Epis=

Episcopatu resignavit, vitam in Augia deinceps ducens privatam, orationibus, vigiliis, jejuniis, vitæ cœlestis contemplationibus, atq; Scripturarum Sacrarum lectionibus insistendo; sicq; Hetto factus est ex monacho Episcopus, et ex Episcopo Monachus. Wion.

Stupuisses, si coram cernere licuisset, modestiam exemplarem, humilitatem profundam, et obedientiam exactissimam quippe teste Walafrido:

Hic pater ante fuit, modò filius ad stat, obaudit,
per natumq; regi proprium vult corde paterno
filius iste prius, ductor patris esse jubetur,
Et tamen intendit quæ sit sapientia docti
jam senioris agat sequiturq; per omnia pacis
congeries, jungitq; gregem concordia perpes
pastorum nullusq; dolus, nullum ira lacesit,
res laudanda quidem, paucis laudanda Magistris

Post Hettonis resignationem ad gubernacula Augiensia applicatur Erlebaldus Abbas X. Germanus frater Matris S. Meinradi, et Nepos Hettonis, à quo nuper Socius legationis ad Nicephorum Græcorum Imperatorem adsciscitus est; Vir magnæ doctrinæ et Sanctitatis, quas dotes præclarè ad vivum expressit in nepote suo à discipulo S. Meinrado, cujus suasu et instinctu idem S. Meinradus hoc anno diaconatus et Sacerdotij sacro ordine initiatus est.

Hunfridus quoq; Rhætiæ & Istriæ Comes, fundator Parthenonis Schennisiani, grandævus moriens Adalbertum filium Rhætiæ Curiensis Comitem, Sacro Crucis & Sanguinis Dñi simul paterno devotionis reliquit hæredem, & Burchardo alteri filio comitatum Istriæ tradit. Docum: Schennis:

Annus Christi 824. Augiæ fundatæ 101
& Sæculum II.

obijt S. Paschalis I. 11. Maji, in ejus locum ordinatus Eugenius II. die 5. Junij.

S. Meinradus monasticen in Augiâ profitetur.

Celebris hic annus, quo B. Wettinus, Monachus Augiensis, Waldonis Abbatis & Grimaldi Monachi augiensis Ludovici Archi Capellani &: qui circa hunc ipsum annum ab eodem Ludovico Rege Austrasiæ Ejj filio in aulam suam ad id honoris officium evocatus est &: Consanguineus ab Angelo suo Custode 3. Novembris è corpore ductus & reductus, stupenda jam in superis quàm inferis vidit, & sequente die, id est: 4. Novemb: non reversurus ad ea, quæ vidit in cœlis feliciter abijt. Visiones ejusdem Wettini, de quibus jam sermo frequens factus est, Hetto II. Abbas Augiæ IX. & Episcopus Basileensis soluta, & Wallafridus Strabus Monachq & Abbas Augiensis XII. metricâ oratione conscripsêre, singula ex ore moribundi Hettini

Verba

verba fideliter excipientes. Herm: Mabill: Bucel: ursperg: ad ann: 828.

Fuit caeteroquin Wettinus discipulus Hetonis et condiscipulus Erlebaldi prestantissimorum Virorum, ob eximiam rerum omnium, qua præditus erat, peritiam, ab eodem Hettone Gymnasio Augiensi Magister datus. quod Walafridus narrat: sic canens:

Nam Wettinus erat celebri rumore magister,
Artibus instructus septem de more priorum
laudibus ex hominum multas vulgatus ad auras.

In laudem Wettini sufficiat dixisse, cum fuisse Magistrum Walafridi qui obitum ejus peracerbè ita deplangit:

Scribere nulla juvat, Scriptor, quia noster obivit,
qui nova pectoribus monstravit dogmata nostris,
forsitan indigni fuimus sapiente Magistro.

Ita discipulus Walafridus, qui lucubrationem suam carminicam de Visionibus Wettini aggressus est, justu Adalgisi Venerandi Patris eamq; supra fato Grimaldo nuncupavit, cùm vix annum 18. transegisset. Idem circa hæc tempora quædam Poemata ad Agobaldum Lugdunensem Archiepiscopū scripsit.

Dum vix ter senos habuisset temporis annos.
Mabill:

Quo pertus quidem, Ludovici Imperatoris

vasallus, Adalbertum Humfridi filium è Comi-
=tatu suo Rhatiensi armata manu expellere
nititur. Docum Aug: et Schennis:

Annus Christi 825. Augiæ 102.

Ludovicus Rex confirmat Concambium seu
commutationem inter dilectam suam filiã
Irmingardam, et Abbatem Sindleozzaviæ in
honorem Stæ Mariæ semper virginis con-
=structo, in quo dicto Abbati duo Hubo
cum cunctis appenditijs earum, et quidquid
ad eas tum temporis respicere videbatur in
comitatu Ulonis in pago Bara, in Villa
Heidenheim, et in confinio ejusdem villæ, si-
=cut ea omnia illo tempore ad illam Basi-
=licam pertinebant, traduntur, ita, ut
ipse Abbas et Rectores ejusdem Monasterij
cum ijs potestatem habeant, pro utilitate
quidquid elegerint. Econtra autem supra-
=dictus Abbas pro commoditate et utilitate
Monasterij, quod Buechavia nominatur
cui præest Irmingarda, dedit quatuor Kil-
=striones cum tributis suis in villa Sulgen
et confinio ejus ita, ut sicut antea sua Ser-
=vitia et tributa ad Monasterium Sindleoz-
=zavia solvebant, ita deinceps ad Monas-
=terium Buechaviam facere non negli-
=gant. Quam commutationem ob utri-
=usq; Monasterij commoditatem et uti-
=litatem prædictus Rex regali confirmavit
authoritate. In villa Cotama 4. Cal. Majo.

128.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

f. 28. April. / Anno XXV. Monum. Aug.

Adalbertus Humfridi filius, Comes Rhetiæ, injustè à Quodperto comitatu suo exutus, Virtuti SS. Sanguinis & Crucis Christi confisus & ope fraternâ Burchardi Comitis Istriæ fultus, Quodpertum in prælio apud oppidum Curiæ Rætorum victum, equi ungulâ excussum sepeliri curat in monasterio suo Lindaviensi, ipse vespillonum & funeris pedisequus. Doc: Aug: A Schenm's: de hac pugna agunt. Gulens. in Rhet. ad annum 884. Crusius 887. Bucel: 838. Stumpf: 840.

Augia totius Alemanniæ Archigymnasium audit, Erlebaldo non minùs sanctè quàm prudenter administrante omnia, rei inprimis literariæ plurimùm consulente Bucel:

Annus Christi 826. Augiæ 103.

Ludovicus pius Imperator Tettingam cum terminis & omnibus ad se pertinentibus, videlicet domibus cæterisq; ædificijs terris cultis & incultis, sylvis, pratis, pascuis, exitibus & regressibus, aquis, aquarum decursibus, mancipijs utriusq; sexûs & ætatis in ea commanentibus, Monasterio, quod appellatur Sindleozzavia contulit, excepta portione quâdam sylvæ, quam terminis distinctam sua Majestas retinuit; contulit etiam ad idem Monasterium tributa vel servitia, quæ duo liberi homines inmerammus

Adolcardus pro eo, quod super terram fisci sue
Majestatis maneant ad partem publicam
exinde persolvebant. Preterea duas Hubas
sitas in Villa Allenspach, in quibus Cozzo, Gund-
=precht, et Walbrecht cum filijs suis manere
videntur. Terras quoq; ac possessiones, quas li-
=beri homines particulatim de eodem fisco pro
sepulturis suis, et causa elemosyne ad idem
contulerant monasterium, que in Villis Lez-
zilons dicti, Walatinas, et Nancingas esse nos-
=cuntur. Cesarea sua Majestas prefato con-
=cessit Monasterio jubens ac sanciens, ut pre-
=memorata omnia in dicti Monasterij jure
et Dominatione consistant, ejusq; emolu-
=mentis deserviant. que donatio facta fuit,
9. Cal: Majas (:23. April:) Anno Christo
propitio XXVI. Bodama in palatio regio.

Idem Ludovicus Imperator Monas-
=terio Sindleozzavie concedit ac tradit quam-
=dam partem Census seu tributi, que sue
Majestati annuatim ex Alamannia per-
=solvebantur, videlicet ex centena Brisgouua
nuncupata, et ex Ministerio Chuonradi
comitis, nuenon et Decimam de portione
Ministerij, quod Raban Comes habet, quod
pertingit fines Alamannicos Rubeoa, seu
et nonam ex fisco, cujus Vocabulum est Ror-
=bach. atq; etiam et nonam partem tri-
=buti, quod ex Brisachgouua solvebatur.
Que omnia sua Majestas pro Emolumento
anime sue ad idem monasterium contulit

pro-

precipiens ac jubens ut prefatus census atqs tributum None & Decime absqs cujusqs re-
-tractione et diminoratione Monachis in prememorato monasterio degentibus juxta
sue Majestatis concessionem haberi permit-
-tantur, nullaqs subtractio & insuetatio eis
à quoquam sue Majestatis successorem in-
-feratur. Quo donatio acta est Wormatie
12. Kal. Julij /20. Junij:/ Anno Christo pro-
-pitio. XXVI.

Claus habetur circa hunc annum She-
-gammarus Monachus augiensis, qui Mo-
-nasterij Decanus, Præpositus, & eunetis
Augiensium fratrum Cetui à Secretioribus
fuit confessionibus. obijt Grandævus 1. Sept.
fuit Shegammarus inter eos quinqs unus, qui-
-bus Wettinus in extasi visa Scandita mani-
-festavit. de quo Walafridus Sequentes panxit
versus.

Quartus erat Senior, multis provectus in annis,
Shegammar Domini famulus, cui longa senectus,
contulit æterno Venerandas munere canos
Grandis honor Capitis major Sapientia mentis
Confessor fratrum, gnarus consurere medelam
moribus antiquos Sequitus sine crimine Patres.

Egon

Annus Christi 827. Augiæ 104.

Obijt Eugenius II. 27. Aug. ordinatur pro eo Va-
-lentinus 1. Septembris & 10. Octobris huyus
anni fatis concedit.

floret circa hæc tempora Tatto Monachus

Augiensis Vir incomparabili Scientia praeditus,
Lycei Augiensis post Wettinum moderator
à Walafrido Strabi Magister doctissimus, qui
obijt 26. Martij. de anno non constat. His
eum idem Walafridus encomijs extollit, dum
Patres augienses Wettini relata ansenelan-
-tes enumerat.

Quintus adest Patto, cui gratia magna benigno
contulit eximios vitae perducere mores,
nempe Palatinas puer est translatus ad aulas,
Sed Christi fervore calens, meliore sodales
servitij gaudere suos, dimisit, & istud,
Coenobium ingrediens, monachum se lege ligavit.
Hoc recolens, quod prima ibi documenta recepit.
Est Rodiegs probus, felix, spectabilis, aptus.
gaudeo, quod tali meleos parere magistro,
cujus ob auxilium praesens me continet etas.

Kerardus Iam Monachus Augiensis hunc an-
-imum illustrat, qui liberis humanioribus
quam optimè instructus Synonima uno vo-
-lumine comprehensa ad Augiensis Scholae com-
-modum comportavit. Egon.

Annus Christi 828. Augiae fit.
Ordinatur in summum Pontificem die 8.
Jan: Gregorius IV.

S. Meinradus, Doctor nuper ab Erle-
-baldo fratribus Coenobij Bollingensis ad
Lacum Turicinum datus, amore Solitudinis
captus de licentia abbatis in Etzelio monte

Sibi

sibi constructo habitaculo, & secum sumptis missali, sacra regula, & opusculis Cassiani ad septennium ibi eremiticam duxit. Chron: aug:

Fuit Bollinga Monasterium Benedictini ordinis, Diœcesis Constantiensis, in dextro olim Tigurini lacûs margine conditum, haud procul Jovavio, nec, quo tandem casu monasterium hoc perierit, reperitur. Ducel:

His fortè temporibus D. Kathboldus, natione Germanus, Egenonis Veronensis in Insubria Episcopi primo Clericus & Capellanus dein in Cathedra successor, more Egenonis patriam invisens ad augeam deportatur, ubi ab abbate Erlebaldo in Consortium fratrum Augiensium adlectus monasticæ studiosissimus vixit. Egon.

Annus Christi 829. Augiæ 106.

Erlebaldus, quo tempore ad Augiensis Coenobij clavum sedit, multos ad se suâ & suorum fratrum sancta conversatione & exemplo attractos genere, doctrinâ, vitæ integritate, moribus, & nobilitate prosantes atq; insignes in religionem Confœderatam Augiensem suscepit vivos, inter quos præter alios 29. circiter sacerdotali gradu & dignitate initiatos quorum hæc sunt nomina:

Sacerdotum: Theganmanus. Walramus. Wilibaldus. Richramus. Bruandus. Salomon. Mathrudus. Wettinus. Cunibertus. Hart-

=mannus. Wadalhardus. Cotinus. Fatto.
Reginboldus. Angelus Lincensis. Othmarus.
Rudolphus. Hattolphus. Wacus. Matthe=
=us. Hatto. Lutbertus. Adamus. Notkegus.
Eberhardus. Otto. Waldgerus. Grenfridus ex
francia. Otpertus. qui scum Gaetanum.
A D. Gregorij Homilias cum multis alijs
egregijs libris attulit, quos tamen libros
postea, Gaetanum videlicet, A D. Gregorij
Homilias obtulit Imperatori Ludovico, ut
fratris suæ filiam libertate donaret.

Diaconorum verò nomina hæc sunt. Simon.
Coldinus.

Monachorum: Erpramus. Notkerus. Un=
=ucus. Sigifridus. Sigibertus Medicinæ
Doctor. Chron: aug:

Annus Christi 830. Augiæ 107.

Hebo sanè, imò rubicundo capillo notandus
hic annus est, quo D. Ratholdus ex Episcopo
Veronensi Monachus Augiensis in Italiam
iter faciens Venetijs à Duce Justiniano cor=
=pus Beatissimi Evangelistæ Marci, una cum
reliquijs S.S. M.M. Synesij & Theopompi, vel
Theoponti acquisitum ad augiam transtulit,
quod Erlebaldus Abbas omni apparatu Cleri=
=cali & pompâ solemnissimâ obviam
ei procedens, cum sacra fratrum Augien=
=sium psalmos & canticia spiritualia magnâ
devotione exultatione & cordis jubilo mo=
dulantium summâ summa Veneratione sus=
=cipiens

=cipiens quinto idus Aprilis [9. April.] Basilicæ
Augiensi feliciter intulit, ubi multo tempore
Sub nomine Valentis conditum jacuit. de
hoc alibi plura.
B. Vero Ratholdus postmodum reliquias SS. MM.
Synesij & Theopompi Parisij aquisitas ad
cellam, de suo nomine Ratholdi cellam dictã,
asportavit. Ms. Historia antiquiss: Herm:
& alij

Hoc anno B. Erlebaldus interfuit Dedi=
=cationi Basilicæ S. Galli, quam spatio Sep=
=tem annorum ad plenum ædificando per=
=duxit Gozbertus S. Galli abbas, ad quam Er=
=lebaldus quoq; invitatus cum aliquantis fra=
=tribus, propter Episcopos Constantiensem
Wolfleoz, & Udalricum Basileensem, alijsq;
non paucis Alemannorum Principibus, non
hic signorum claritate celebratam venit,
interfuit, cohonestavit, Chron: aug: Hanc
dedicationem alij contendunt factam esse
anno 834. ut Duel: alij 835. ut Mabil:

Annus Christi 831. Augiæ 108.

Vixit hoc tempore Monachus quidam Au=
=giensis Anonymus qui translationem qua=
=ndam S. Genesij Martyris Hierosolymitani
reliquiarum in Schirensi Ecclesia, de qua supra
positarum & historiarum nonnullorum
miraculorum, ijs temporibus ibidem evenire
solitorum Jussu Erlebaldi Stylo non inconcinno
conscripsit Mss. Aug.

obijt Wolflevon seu Wolfleoz Episcopus Con=

=Stanciensis cui Successit Salomon ejus nominis
I. Episcopus XIX.

Annus Christi 832. Augiæ 109.

Ludovicus I. Imperator erga D. V. Societatem fratrumq; Augiensium devotionem singula-
=rem gratiam atq; munificentiam maximè
piam, qua eos amplexus et prosecutus est,
largissimè circa hoc tempora commonstra-
=vit, nam pro animæ suæ, suorumq; Ca-
=rentium ac progenitorum Salute remedio,
nuncupatione majori fratrum Augiensium Sus-
=tentatione veluti alius quoq; fundator
sequentibus donavit pagis: Ashein. Rude-
=linga hodie oppidum muro circumdatum,
Walhusen. Ostheim. Beringen. Tettingen.

Annus Christi 833. Augiæ iio.

Annus Christi 834. Augiæ iii.

Ludovicus Cus Erlebaldo ejusq; Successoribus
Abbatibus hale concessit Privilegium:

In Nomine Domini Salvatoris Jesu
Christi.

Ludovicus divinâ favente gratiâ Augustus.
Notum facimus fidelibus nostris præsen-
=tibus et futuris dilectum filium nostrum
Ludovicum Regem Bavariæ clementiæ
nostræ

nostro proposuisse eo tempore, quo ad nos Wormatiam ad Comitia venit, Venerabilem Ebelbaldum Augiensem abbatem et non nullos suorum Monachorum ipsum informâsse ut nostra clementia referret, veterem esse consuetudinem, ut nobis et dilectis filijs nostris in via per constantiam et curiam, commeatu, et in alijs serviant, modo non in hac solùm, sed in alijs quoq; vijs servitia exhibere cogantur, id nos ex relatione filij nostri Ludovici cognoscentes, eos nobis in alijs professionibus et vijs servire non posse, mandavimus, ne ad alia loca nobis et filijs nostris si contingat nos uestrà citrogq; commeare, subministrent, quàm antiqua consuetudo habet, id est per constantiam et curiam. ut autem hec nostra immunitas firma permaneat, predictus noster dilectus filius Ludovicus supplicavit nobis, ut literas nostras veneranda coenobio sigillo nostro munitas traderemus, ut quivis eis ex singulari gratia collatas intelligat. ſ.

Annus Christi 835. Augie 112.

S. Meinradus invisam sibi hominum familiaritatem declinaturus, ad interiora deserti progreditur, in Sylvam, tunc nigram dictam, ubi ad annos 26. angelicam traduxit vitam. Bucel: Hartmann: Wion. ſ.

B. Ratholdus insigne condit coenobium sub regula D. Benedicti propè cellam suam, in qua Sanctorum Martyrum Senesij, seu Synesij, et Theopompi seu Theopontij reliquias, nuper Pharisij aquisitas Venerabiliter deponit, Monachorumq; Coloniam ex Augia petitam inducit, cui insigne oppidum, hodie Ratholdicellense dictum accrevit, olim sub Jurisdictione Augiensi, modò austriacâ, Coenobium istud, ne vestigio quidem relicto evanuit.

Clarissimo hoc Seculo anno nimirum gratiæ 857. Nanderinus quidam Celensis monachus qui eodem anno chartas scripsit, quæ inter alias extant Tom. 2. Goldasti, ordine quinto p. tenoris sequentis:

Nanderinus Monachus &c. Notum sit omnibus tam presentibus quàm superventuris, quòd ego Wolatinus cum manu advocati mei Engilboldi duo manepia mea, id est: Thietonem et Wadindem in Dei amore libertate donavi, eâ tamen ratione, ut singulis annis ad cellam Ratholdi in censu quatuor denarios conducant. actum in loco, qui dicitur: Rota publica, presentibus his, quorum hic signa continentur:

✠ Wolatinb. et Advocati ejus Engilboldi qui hanc notitiam fieri voluerunt, et aliorum testium ✠ Engilhemi.

✠ Cundhari. ✠ Ruadker. ✠ Vicano. ✠ Adelvart.

✠

✝ Welfleifs. ✝ Reginfer. ✝ Tagaperl. ✝ Selchod.
✝ Sindeat. ✝ Otto. ✝ Watolo.
Ego itagś Nanderin indignus Monachus ad
Vicem Richperti rogatus Scripsi & Subscripsi.
Notavi diem Joannis Octavo Calendas majas
anno Vicesimo Secundo. Regni Ludovici Sub Goz=
=berto Comite.

N. minor qualis sit Joannes.

Annus Christi 836. Augiæ 113.
B. Hetto II. Abbas Augiæ IX. Episcopus
Basileensis libera Solitudinis dilecta
amore resignatus, multis bonis operi=
=bus atgś diebus plenus, non absgś certis
magnæ Sanctitatis Indicijs atgś Signis post
se relictis ad Christum migrat 17. Martij
anno ætatis 72. Abbatiæ & Episcopatui
præfuit laudabilissimè annis 17. post
resignationem numeravit annos 13. Cor=
=pus ejus in Augia magno honore, sicuti
optimè promeruit, ejus vitæ Sanctitudo,
multis Cachrijmis juxta Chori altaris latus
Dextrum Commendatum est, ab Erlibaldo, ce=
=terisgś patribus & fratribus. Herm: Mab:
ustis.

Compendium Vitæ & gestorum Het=
=tonis tradit Walafridus, qui eo tempore
in Augia Monachum & discipulum
agebat, postea factus Abbas XII. in
carmine Visionum Wettini Dali poemate:

Tempore sub quorum juvenis velut aurea Surgit,
Stella tenebrosum cuius vulganda per urbem
Coenobium quinquennis enim Insula mense petivit.
Nec latet urbs homines in Vertice Structa levato
Sed neq; secta Subit modium peregrina Volando,
Sancti fama viri regales verberat aures:
post rapitur non Sponte foras de Carcere Charo,
Et qui liber erat, fit libertate soluta
Pastor ovile Iuens, cujus pars magna profanis,
Actibus insistens christi de Valle viavit.
provida quippe Dictatis Sapientia patrem
constituit, qui cuncta Sacris Sub legibus arcens,
ruentem destructa novat, geminamq; ruinam,
Elevat, ingq; Dei varium transmutat honorem,
Interiora mutens, atq; exteriora reformans,
cujus ad Ingenium nullus mihi Sermo redundat,
Narrandum, quandò Specialis in orbe refulsit,
doctus in incultis jaciens Sacra Semina Sulcis,
largus in auxilio, vita probus, aptus amori
justus in arbitrio arte Sagax, perfectior actu.
quid moror ista canens, cùm possem jure fateri,
me nescire alium, qui compensetur ad istum,
cogitur interea Monachorum Pastor haberi,
Discipulus dudum disponitur ipse magister
carceris ipse fuit custos, quo sæpe cupivit,
finitimum expectare diem, dum morte revicta
perpetuaq; frui, Christo donante Coronâ,
Voebus in Septem si promat verba palatus,
non erit ulla tamen narrandi cuncta facultas,
in quibus immensum perfecerit ille laborem

Quid =

Quidquid erat Christi per ovilia jure regendum,
fecit et assidua cunctanter pace Salutem,
Christicolis statuit regali munere fretus,
dirigiturq maris trans cequora vasta profundi;
grecorum ad proceres scopulisq illisa carina,
fudit onus, cunctûmq virum; sed Cresul abundis
segq suosq manum Domino prebente recepit,
nulla maris post hac rapidi discrimina passus,
sed potius recto cursu, fabisq secundis
Argivum responsa rato tulit ordine fratris.
Denigq longa tulit postquam fastidia capit,
mente sub obscura refugus tractare recessum,
ordine de tanto ne captus honore tenendi,
linqueret eternum, cui semper munus inhesit;
Anno igitur decimo Ludovici Cesaris atq
bis cesserc novem illius ordinis anni,
Sexagintq quoq etatis jam tempora clausit,
morbus in exitium traxit lethale patronum,
Ille dolor dilectus erat charissima febris,
mors contempta, fuge hec occasio prima patebat,
venit ad optivum redeundi in carceris antrum
tempus et ulterius contemplans ota jubentis,
quod prius injunxit, jam tunc servaret agendo,
solvitur exonere, atq sibi subjecta refutat,
pacuitq quiete sibiens feliciter exin,
fare, precor, quicunq velis quesitor honoris,
quod tibi munus erit, cujus mala fama cerebrum,
turbat, et hanc famam durissima poena sequatur?
conspicis ecce meum dulci rumore refectum,

pro nihilo duxisse volans et inane favoris
molle decus, multumq; viris miserabile justis
one magna dies damnans inhonoret, honores
Spernite, per normamq; sacri respiscite Patris,
Versibus in paucis Hettonis gesta parumper,
Depinxi brevitate tamen majora potestis
nosse sub invidia timens non vestra gravatus.

Annus Christi 837. Augiæ 114.
Circa hunc Annum Erlebaldus abbas in Con=
=gregationem Augiensem suscepit Leutpra=
=num, futurum Archi Episcopum Mogun=
=tinum, qui vir fuit valde venerabilis, unde=
=cunq; doctus, sapiens, largus, patiens,
humilis, benignus, et de omnibus bene me=
=ritus. Egon.

Annus Christi 838. Augiæ 115.
D. Erlebaldus Abbas Augiæ X. exemplo
prædecessoris sui Hettonis Abbatiam Solitu=
=dinis porthabens, eam post annos quinde=
=cim Patribus resignat, ob divinarum con=
=templationum amorem, a filiorum Lu=
=dovici Imperatoris contra patrem rebel=
=lionem, ne se immisceret, Cœnobiumq; inde
aliquod patiatur detrimentum, in com=
=modum aut damnum.

Ad Clavum proinde Augiensem pro=
=motus unanimi patrum voto et Imperia=
=toris consensu est Liudhelmus, Liodhelmus,

Qui he=

Quithelmus, Quodhelmus, vel Quinthelmus
Abbas XI. Monachus & Presbiter augiensis,
Vir Sancte Conversationis, eximie Virtutis
& pietatis, & tam in divinis quàm in Sæcula-
ribus Literis eruditus. Ham: Mabill:

Præfuit Quithelmus /: quod jam ante pru-
dens previderat Erlebaldus :/ in multis an-
gustijs & difficultatibus propter discordias &
Bella inter fratres reges filios Ludovici pij
Imperatoris, qui de regnorum partitione
concordare diu non potuerant, annos quatuor
Sancte & laudabiliter. Nonnullos insigni
pietate & doctrina tam nobiles quàm in-
genuos in Societatem augiensem adscripsit
viros, inter quos tanquam Speciosa ac odo-
rifera rosa præcipuè floruit Bernwidus,
Scholæ Præfectus, qui nonnulla pro augi-
ensis Monasterij utilitate conscripsit,
quæ tamen ad nos, vel non, pervenerunt, vel,
dictu pro humilitate nominis ejus, in Scrinijs
nostris continentur. Chron: aug:

Annus Christi 839. Augiæ 116.

Sub hoc tempus vitâ excessisse autumat
Bucellinus Erlebaldum nostrum, quem
tamen ad decennium fere post resignatam
abbatiam superstitem fuisse comprobatur.

Inter celebriora Germaniæ Cœnobia,
in quibus literarum Studia præcipuè floruere,

numerat ad hunc annum Trithemius Augiense quintum.

Annus Christi 840. Augiæ 117.

Ludovicus pius Imperator Largus Augiæ Benefactor, à filijs suis multa indigna passus, diram Carceri mancipatus, morbo correptus, Arii quondam Rheni Insulam prope Ingelheim ductus, obijt 20. Junij. an: æt: 64. Imperij 27. et Metis in Ecclesia S. Arnolfi sepultus est; Cui quo in Imperium designatur Lotharius filius ejus. Ludovicus verò Germanicus, filius ejus alter fit Rex Franciæ orientalis. Hum.

Eo in tempus caterva dæmonum S. Meinradum circumfusa angelica vi dispergitur choon: Aug.

Pernoctus Monachus Augiensis hoc anno Argentinensi Ecclesiæ præficitur. Egon. Hemochares.

Annus Christi 841. Augiæ 118.

Grimaldus Monachus Augiensis, qui jam anno 824. ob varias tum animi tum corporis dotes à Ludovico rege pii filio in aulam suam, ubi magistrum et Capellanum ageret, evocabatur, et inter inquietorum Cohortium strepitus quietam tamen et religiosam hucusque duxerat vitam, hoc anno ab eodem Ludovico

Ab-

Abbatiam Sangallensem in beneficij loeum acquisivit, ubi flumine eruditionis suæ, quod â puero in Augia eum omni disciplinarum genere imbibit, Sangallensium fratrum pectora velut amœna quædam prata irrigavit, ut paulo post in celeberrimos evasuri doctores nobilissimamq; Scholam instituerint, ex qua dein Yso, Notkerus, Tutelo, Ratpertus, et similes per plures Virtutum Sectatores prodierunt. Herm: Nabil:

Grimaldus porrò, ut primum S. Galli Monasterium regendum assumpsit, cum Augiensibus suis fratribus antiquum fraternæ charitatis et amicitiæ vinculum inviolabiliter conservandum renovavit, et veluti ex duorum Monasteriorum hominibus unam communitatem vel congregationem efformavit. Egon.

Annus Christi 842. Augiæ 119.

Viam universæ Carnis ingreditur Rudhelmus Augiæ Abbas IX. 8. Octobris quem Bucelinus habet, præsulatu se sponte abdicâsse ne se regum Abbus commiscere cogetur p. de quo tamen annales ejusdem silent, ne ullius alius auctor mentionem facit.

Succedit Rudhelmo Walafridus Strabo vel Strabus, vel Valefredus scientiâ præstantissimus Abbas, XII. qui licet Juvenis p. annos ætatis tum habebat 36 p. moribus tamen et dexteritate

maturus & gravis Spiritualia & Temporalia curavit optimè, & multa Ingenij sui monumenta prosa & metro reliquit. Heim:

Ludovicus Rex francie orientalis, dictus germanicus, confirmat largitionem factam à Ludovico pio Imperatore patre suo, de qua supra ad annum 803. in qua sua Cesalea Majestas Monasterio in Augia majori ad proprium res, que sunt in Alamannia in pago qui dicitur Apsha, in villis nuncupatis Aetheim, Liedinga, Waethusin, et ostheim cum domibus, edificijs, Mancipijs Utriusq; Sexûs cum terris cultis & incultis, Sylvis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, & cum omnibus ibidem conspicientibus, concessit & tradidit, quam largitionem & traditionem hic regia Majestas ad petitionem Grimaldi Abbatis, S. Galli, & Monachi Augie & Summi Cancellarij confirmat, jubet ac precipit, ut is Abbas & successores sui prememoratas res cum omni Integritate, jure hereditario teneant, possideant; & ut hec confirmatio per curricula annorum inviolabilem & in eternum obtineret firmitatem, manûs propriæ subscriptione & annuli regalis impressione signata ac communita est. Anno Christo propitio Tertio regni D. Ludovici regis in orientali francia Indict. IIII. acta sunt hec Wormatia. Mon: Aug:

Annus

Anno Christi 843. Augiæ 120.
Walafridus Abbas Augiæ Majoris cum Con-
=silio & Consensu Seorum Capitularium Con-
=stitutionem seu ordinem disposuit, quid
utilitatis à singulis Monij incorporatis
locis et quot census et tributa et quale debi-
=tum singulis annis communi Cellerario de-
=beret conferri. quæ Constitutio Scripta est,
& Sigillo Cæsareo roborata fuit Kal: Sept.
anno Incarnationis Dominicæ 843. Con-
=stitutio verò ipsa sic sonat.

Amichbergensis pagus Haspas 10., Al
alio nomine Harpas, haustra quoq; vulgò
nin Gesetzl Eimbrisch Dilt.

Atelingen totidem
Marchelfingæ mansarij sex Harpas.
Beringen 10. modios Warmosij, hoc est
leguminum / Jungmunde / 40. Caseos,
ovem unam, 4. Haspas funium Cina-
lium, quingq; funium Cannabaceorum:
unum mellis modium Vel cadum.
Empfinga totidem.
Einsdorff totidem.
Wehinga totidem; addita unâ patellâ,
& St: orbe mensario
Tufslinga totidem et ad natalitia Christi
4. Vasa paropsidum, unum catinum.
Item: in Assumptione D. Virginis 50.
catinos: 40. verò Sabbatho Sancto Casche
fictilia Vasa.

Mesinga dat, quot Wehinga: deinde 12. ad natalitia Christi chuttas: id est: ollas fictiles, et 50 cacabos, matulas, tegulas fictiles, et ad festum S. Michaelis iterum 12. cacabos et patellas fictiles 50 totidem ad festum Easche.

Tullinga dat, quot Empsinga.

Ex dictione Daar parvum et magnum lebetem fictilem, excepta Wahinga, quae duas naves unam parvam alteram majorem annualim pendere tenetur.

Rudelinga A Homsetten vo. Haspas frumium linteorum: 40. caseos, cadum mellis unum, 52. quartarios salis, 12 modios cuppi à Eascha usq; Michaelis singulis Septimanis 5. pondo, et semissem lardi, singulis quoq; diebus 20. panes ponderatos, pomum copas, bulbum ad sufficientiam, denique legumina.

Ad Warmosij verò, id est, legumininum preparationem meliorem. Celerario Radanhus quatuor Vacas, una à Trefslinga, altera ab Aetheim, tertia à Mukeheim, quarta denique à Tetlinga.

Istarum autem Vaccarum curam gerat Celerarius, pascat in horto fratrum, ut pinguescant, si verò contingit unam istarum Vaccarum mori, iste Vicus, de quo fuit mortua, aliam loco demortuae statuat.

Quotidiè Warmosium fratribus detur, exceptis ijs diebus quibus fratribus plenaria

Servitia

servitia exhibentur, et hoc ideo, ut, quia quando aliquis fratrum de tribus ferculis, quae sibi quotidie apponuntur, propter stomachi infirmitatem edere non potuit, saltem suavitate Warmosij, hoc est, benè praeparatorum leguminum refici possit.

Quadraginta Viinitores de Steckboren in horto fratrum parrum, cepas, bulbum plantent, quilibet 12. lineas, cellerarij famuli 12. lineas. servitores portae 6. lineas. Hospitalarij 6. lineas.

Unlangen 100. casos, 10. modios Warmosij. mellis unum modium: ovem unam, et 6. haspas de lino.

Altheim totidem.

Bergingen totidem.

Austriau duas naves, magnam unam, alteram parvam, 4. denigs domos pro piscatoribus edificent.

Baar totidem.

Ex Longobardia 12. modios Castaneorum.

Item 12. modios olei de regali Villa, et 40. modios mellis ex favis expressi. ex camera abbatis rete parvum, et duas naves.

Almansdorff 12. haspas de canabo, et navim unam.

Wolmatingen 10. haspas.

Wolmatingen et Tettingen navim magnam.

Haegne & modios tritici ad Conficiendas has
-pas.
Wolmaringen conficiat has pas.
Almansdorff. Currus ramis vel frondibg
onustos ad capiendos pisciculos.
Wolmaringen 12. Currus palis onustos ad
loca piscandi solita, gratis à privilegio
piscatorum semotis: Siquis autem alicujus
infidelitatis aut astutiæ culpabilis in-
-veniatur is coram judicio interrogatus à
convictus, puniendus est.

Quando cum Sagena stratum in Supe-
-riori lacu pisces capiuntur, mane pisca-
-tores vadant piscatum, & tempore justo
pro prandio apportent pisces, tum à cel-
-lerario sumant & ipsi prandium.

Quilibet piscatorum Sagenâ stratum
in piscando utentium sumat unum Vini
Ciathum, si eo anno bonum vinum creverit,
& unum panem: Si non creverit, sit Steculi,
id est: cervisiæ mensura consentiri. Cellera-
-rius præbeat ad capiendos piscium flores
rete, duo piscatores id in aquam mittant,
duo verò pisces perurgeant & propellant,
circa loca Rheni, quibus Cellerarij famulus
offerat unum Ciathum Vino plenum, & quo-
-ties à Cellerario nuntius ad eos missus
fuerit, sint ad laborandum prompti, nemo

habitet

habitet in eo loco, qui dicitur Loch praeter istos quatuor piscatores. Quoties autem Celerarij famulus Episcopi piscatores ad piscandum monuerit, prompti sunt propter commodum, quod à nostro Monasterio conse=cuti sunt. Et quoties post pascha prope Stagne in arenosis et arundineis locis ibidem quatuor illi piscatores ad piscandum vocati et admoniti fuerint, sint cum In=strumentis ad piscatoriam artem per=tinentibus ad serviendum parati, postea verò accedant Celerarium, à quo acci=piant prandium. à Nativitate autem Christi usq; ad Pascha singulis diebus Do=minicis cum suis piscibus veniant ad Celerarium. Actum Augiæ in festo S. Verene Cal: Septembris anno ab Incarna=tione Domini octingentesimo Quadra=gesimo tertio. Item: Chron: aug:

Annus Christi 844. Augiæ 121.

Obijt Gregorius IV. 11. Januarij, cui Successit Sergius II. 27. Ejusdem.

Floruit circa hæc tempora Ermenricus, seu Ermentricus, aut Ermanricus Mo=nachus Augiæ et ejusdem Lycei Magis=ter clarissimus eruditissimusq;, qui librum

de Grammatica ad Grimaldum Ludovici Regis Archicapellanum, Monachum Augiensem et Abbatem S. Galli Scripsit, cujus fragmentum refert Mabillonius Tom: IV. Veter: Analect. Scripsit etiam opusculum de Inceptione sui monasterij idest: augiensis, et fratrum ibidem Deo famulantium Vitas: quod ad nos non pervenit. Mabill: l.c. et in annal: Benedict. ad annum 838.

Annus Christi 845: Augiæ 122.

Circa hunc annum Walafridus et omnes fratres Insulanenses cum Adalrammo Abbate et fratribus Ecclesiæ et Monasterij Schirensis confraternitatem arctissimam iniit, teste Necrologio nostro Vetustissimo jam circa annum 815: scripto, ubi post nomina fratrum Vivorum de Coenobio, quod Scira nominatur legunter sequentia:

"In die, quo hæc nomina hic conscripta
" sunt adfuit præsens Walahfredus
" cum omnibus fratribus Insulanen-
" sibus, necnon et Abbas Adalrammus,
" prædictorum fratrum, placitisq; cane-
" tis, una congregatis ut pro defunctis
" æquali modo oratio peragatur, id est,
" sicut pro nostris fratribus defunctis,
" aguntur preces, ita etiam pro ante
no-

nominatis fratribus in omnibus compleantur, similiter & illi pro nobis faciant.
Hac circa tempora in magno studiositatis & scientiæ flore vigebat Reginbertus Monachus Augiensis sub quatuor Abbatibus Waldone, Hettone, Erlebaldo, et Ruthelmo. Bibliothecarius & Scriba solertissimus; tot enim propriâ manu exaravit, ut membranis codices, adhuc extantes ut fidem omnē superent. Libris suis plerumq; hoc premisit Colloquium.

In Nomine Dei Patris et filij et Spiritus Sancti amen.

Hunc Libellum Ego Reginbertus Scriptor, Servorum Dei servus, cum permissu et voluntate Seniorum ad Servitium Dei et Sanctæ Mariæ, ceterorumq; Sanctorum quibus in Auna servitur, meo studio ac labore consecui, eumq; usibus fratrum mihi deo famulantium aptari et conservari deposco, perq; Deum obtestor ut nulli â quoquam extra monasterium donetur aut præstetur, nisi; qui ibi fidem et pignus dederit, donec eum sanum et salvum suo loco restituat.

Hæc Reginbertus idem metricis legibus illigavit, hoc Epigrammate:

Magno in honore dei, Domini genetricis et almæ,
Sanctorum quoq; multorum, quibus Auna fovetur,

condidit hoc Corpus permissu adjuta priorum,
Cura Reginberdi Scriptoris, in usibus, optans
hoc fratrum durare diu, Salvumq; manere,
Ne fortè labor pereat confectus ab illo,
adjurat cunctos Domini per amabile nomen,
hoc ut nullus opus unquam concesserit extra,
ni prius ille fidem dederit, vel denique pignus,
donec ad has edes, quo accepit, salva remittat.
Dulcis amice! gravem scribendi abstrude laborem,
tolle, aperi, revita, ne lædas, claude, repone.

Idem Reginbertus Walafrido auctor fuit,
ut Tractatum de rebus Ecclesiasticis compo-
neret, quod ipse Walafridus testatum fecit,
tum in prologo ejus libri, tum in Epigrammate
eidem prefixo talibus:

Hoc opus exiguum Walafridus pauper hebesq;
collegit, Patrum dogmata casta sequens.
Sed non sponte sua tam magnos venit in ausus,
sed Reginberti justio adegit eum.

Annus Christi 846 Augusti 123.

Adalbertus, Humfridi filius, comes Rhetiæ
curiensis et Brigantij, fundator Cœnobij Lin-
dauiensis hoc anno satis concedit, relictis
filio suo Udalrico vel Odalrico, seu Adalrico
comitatu Rhetiæ, et pretiosissimo The-
sauro SS. Crucis et Sanguinis D. N. J. C. Doc:
aug: et Schennis:

Annus

Annus Christi 847. Augiæ 124.
obijt Sergius II. summus Pontifex 27. Januarij,
cui successit Leo IV. 12. Aprilis.

Morte piâ hunc annum consecrat Regin-
=bertus Monachus Augiensis 9. Maji, Scriptor
& Bibliothecarius Augiensis diligentissimus,
& patet ad hodiernum usqs diem, ex codicibus
à se in membrana scriptis. Egon.

Annus Christi 848. Augiæ 125.
B. Erlebaldus Monachus & Abbas X. Augiæ
qui piè sanctèqs iam in spiritualibus quàm
temporalibus res monasterij auxerat, post
Decimum resignati abbatialis numeris an-
=num, jugi Cœlestium caducarumqs rerum
meditationibus intentus, tandem magnæ
sanctitatis post se relinquens indicia, cœ-
=lestis gloriæ particeps evasit 13. Martij
sepulchus in Augia. Chron: aug.

Annus Christi 849. Augiæ 126.
Naturæ legibus satisfacit, heu! nimium
maturè, longiore enim, imò æternâ vitâ
dignissimus B. Walafridus Strabo, Mo-
=nachus & Abbas augiæ XII. in Legatione,
quam jussu Ludovici Germaniæ, & Francie
orientalis Regis ad Carolum ejus fratrem
cognomento Calvum susceperat, 18. Augusti,
vel ut Mabillonius 18. Julij, anno ætatis 43.

Cadaver reductum ad angiam, ibiq; tumulatu,
cui Epitaphium posuit Hrabanus Maurus
Archi Episcopus Moguntinus, olim Abbas
fuldensis in hæc verba:

Noscere quisq; velit, tumulo hoc quis condatus extet,
perlegat hunc titulum, omnia sicq; sciet,
Ergo Walachfredus tumulatus sorte quiescit,
Presbyter et Monachus ingenio hic validus,
Abbas Coenobij huius, custosq; fidelis,
hic fuerat caudè dogmata sacra legens.
Nam docuit multos, metrorum jure peritus,
dictavit versus, prosa facundus erat,
Invitans constanter oves ad pascua Christi
distribuit dulcem fratribus ore Salem.
moribus ipse probus Virtutum exempla reliquit,
Discipulis pastor plebis Almus amor,
mors fera sed juvenem rapuit, damnumq; fecerat
multis sed Christus hunc tulit ad superos.
Quisquis hunc titulum lectas pro hoc posco fidelis
funde preces Christo, sicq; place domino.

Philippus Bergomensis in Supplemento
Supplimenti ad annum 833. Walafridū,
nescio quo jure, Monachum gallum vocat,
cùm Mabill: Fridhem: Alij Germanum
seu Alemannum scribant, nisi Sphalma
typographi sit, qui omiserit: ad Sanctum
Gallum, qualem videtur Bergomensis de-
dixisse.

Walafridus

Walafridus denique, quantum doctoribus Wettino, Mattone Monachis Augiensibus, quorum consuetudine & Institutione in Juventute licuit uti, quantum inquam, Scientiae Thesaurum aquisiverit, liquet ex doctissimis ejus post se relictis monumentis; Scripsit enim.

Glossas seu Commentaria in Genesin, Exodum, Leviticum, quae extant apud nos.

Glossas in librum Numeri, quae extant apud S. Gallum.

Glossas in VII. Canonicas, quae extant apud nos.

Expositionum in Psalmos Davidis cujus prima tantum pars in Augia adhuc reperitur.

Glossas in Epistolam S. Hieronymi ad Marcellam de Hebraicis nominibus.

De Officijs divinis ad Reginbertum Augiensem Lib: I. qui est etiam impressus P. I. Tom: IX. Bibliothecae vel P. P. A cujus Authographum in augia asservatur.

De Comparatione Ecclesiasticarum et mundanarum dignitatum Lib I.

De Eminentia unitatis Episcopi et gratia Lib: I. qui extare scribitur ad St. Gallum.

Epistolarum Lib: I.

De Subversione Hierusalem Homeliam longam, quae est in Bibliotheca P. P.

De Omnibus Sanctis Sermonem, cujus Exordium. Hodie dilectissimi:
De Revelatione S. Stephani Papæ, & de consecratione Summo ara. SS. Petri & Pauli Romæ.
De vita S. Galli prosaicè Lib: II. qui extant apud Surium Tom: V.
De ejusdem vitâ metricè Lib: I. hoc initio:
Promissi memor esse mei Gosberte, quod olim. extat in S. Galli Bibliotheca.
De vita S. Othmari Lib I. qui extat apud Surium Tom VI.
De vita S. Mammetis Martyris metrice Lib I. qui est in Bibliotheca Casinum.
De vita S. Blailmaic Monachi Hiberni versus plures reperiuntur ibidem:
De visionibus Wettini Monachi Augiensis metricè Lib: I. qui habetur ibid:

Cæterea Scripsit Poemata alia, Epigrammata, Epithaphiaq quàm plurima, quæ Tom: IV. Antiq: Lect: apud Henricum Canisium & Tom: IX. Bibliotheca Patrum extant. Composuisse item videtur alia Poemata quæ extant ibidem inter Carmina Theodulphi Episcopi Aurelianensis nempè Epitaphium Gerôldi Comitis in Augia Sepulti, Carmen gratulatorium in adventu Caroli ad Augiam quod incipit:

Ecce

Ecce vobis apta vestris. Item aliud in ad=
=ventu Lotharij Imperatoris, cujus initium:
Innovat ut nostra Cetos Terra flores proferens.
Reperiuntur insuper multa alia, presertim
commentaria in plures Sacre Scripture=
libros, que ipsius esse creduntur, tam in nos=
=tra Augiensi quam Item Sangallensi Bib=
=liotheca.

Septennale Walafridi regimen suscepit
soleminus, Volemimus, vel solevimus qui Ad=
=citur Chalcionius Abbas XIII. multorum
Cater Monachorum, Vir doctus, insignis, re=
=ligiosus, atq; prudens, abbatiam Sancte et
laudabiliter rexit annos novem; Res ejus
gestas, Siquas Sunt, vel antiquitas exedit.
Vel Scriptorum inertia annotare neglexit.
Item.

Annus Christi 850. Augie 127.

Annus Christi 851. Augie 128.
His fere Temporibus S. Meinradus Confrater
noster Jesum in Specie Septennis pueri, Com=
=precatorem meruit Chron: aug:

Annus Christi 852. Augiæ 129.

Folcuinus Abbas noster Consilio Gene-
-rali Moguntiæ interfuit hoc anno,
ubi unâcum S. Rabano Metropolitano
Moguntinensi & Salamone I. Episcopo
Constantiensi ac multis alijs principi-
=bus apud S. Ludovicum Germaniæ re-
=gem per intercessionales confirmatio-
=nem fundationis Monasterij Beatæ
Mariæ Virginis in Rhen-augia, hoc
anno factæ, & simul consensum super
Electione primi Abbatis ejusdem Mo-
-nasterij Gozperti impetravit; Extatur
ad initium Diplomatis Ludoviciani
nobis Rhenovio transmissi, in hæc verba:

Diploma Ludovici Germaniæ Regis,
traditum Monasterio Rhenoviensi

Anno domini 852.

In Nomine Domini, & Salvatoris
nostri JESU Christi.

Ludovicus Divinâ ordinante Provviden-
=tiâ Rex.

Quoniam

Quoniam Principem ac defensorem Eccle-
=siarum nos fecit Dominus, ne ejus ingrati
esse videamur gratiæ, servitium suum
augmentare, Ecclesias dilatare, bene &
oportune constructas defendere, destructas
vero nos oportet restaurare.
Ideirco notum sit omnibus fidelibus
nostris, presentibus scilicet & futuris,
qualiter Rabanus Metropolitanus Mo-
=guntinensis, & Salomon Episcopus Con-
=stantiensis, necnon goleminus Venera-
=bilis Abbas Augiensis cum multis aliis
Principibus in Generali Consilio Mo-
=guntiæ Celsitudinem nostram adje-
=erunt, & quendam nobilem Virum de
Alemannia, nomine Wolvene, cujus
Avus & Pater, necnon ipse quoddam Coe-
=nobium Rinawa nuncupatum in Ale-
=mannia in Pago Turgave in Comitatu
Adalhalmi, ob laudes divinas & regu-
=lares disciplinas constituxerant, ob-
=tutibus nostris representaverunt,
humiliter deprecantes, quatenus Mo-
=nachum quendam nomine Gotpertum,
quem idem Wolvene à fratribus et à
se electum dixerat, in prefato Co-

-cello Abbatem Constitueremus. Quod A
sa fecimus. F. F.

Annus Christi 853. Augiæ 130.

Annus Christi 854. Augiæ 131.

Annus Christi 855. Augiæ 132.

Obijt Sanctus Leo IV. tus 17. 9a Julij:
Successit Benedictus III. 1. Septembris.

Lotharius I. Imperator, relictô mundô
divisogs inter filios regnô, Monachum se
in Prumiensi ordinis S.ti Benedicti
Monasterio fecit, non multo post, nempè
29. alij 28. Septembris ad regnum Coelestè
migravit, postquam regnâsset annis 15.
Successit in Imperio Ludovicus II. filius
ejus ad annos 20. Herm: Contr:

Annus

Folcuinus Abb. XIII. Waltharius Abb. XIV.
Annus Christi 856. Augiæ 135.

Annus Christi 857. Augiæ 134.
Pernoltus Episcopus Argentinensis, Monachus Augiæ vitæ suæ diem claudit extremum 17. Aprilis. præfuit annis 17. Goon, Demochares.

Annus Christi 858. Augiæ 135.
Obit Benedictus III. 10. Martij, succedit Nicolaus I. annus 7us. ejusdem.

Mortis sulcæ similiter succumbit Folcuinus Augiæ Abbas XIII. 16. Martij quem Ermenricus Monachus Augiæ in fine libelli de Grammaticâ, ubi ait, se scripsisse libellum de incæptione Monasterij sui, et de vitâ ejusdem loci Monachorum, post laudes Augiæ talibus beat votis

" Cujus adest Folcwinus custos, candidus Abbas,
" Tempore qui longo salvus sit carus, adopto,
" Et multis annis tranquillâ pace fruatur. p.

Folcuinum insequitur, Patrum ac Fratrum electione Walthavius, Waltherus, et Valtherius, Abbas XIV. monachus Augiensis, Vir bonæ ac Sanctæ Conversationis et eximiæ eruditionis, Pater multorum Monachorum in hoc Coenobio, quod sub gubernatione suâ S. Meinradus Monachus et presbyter Augiensis, Eremita Sanctissimus Martyrii Palmam obtinuerit. Herm. mabill.

Annus Chri. 859. Augiæ 136.
Mortuo Rudolfo Abbate Centulensi, fratres Librum

rotularem, qui ejus obitum nuntiaret, per Ecclesias et loca Sanctorum, cum quibus Suffragiorum Societate contraxerant, misisse dicuntur. Post mortem Abbatis, vel insigniorum Monachorum Rotulus, id est, Encyclica de ejus morte Epistola, per singulas Ecclesias seu Monasteria quibuscum inita erat Societas, per nunthium mittebatur, ac mors defuncti Abbati- Præposito vel Decano Loci significabatur. v. mabil.

Ejusmodi Rotuli multi exstant apud nos in Necrologio nostro Vetustissimo de quo supra an: 815. de Rotulis item infra pluribus locis.

Annus Christi 860. Augiæ 137.

Huc referunt aliqui Martyrium S. Meinradi Confratris nostri, ut: Surius, Trithem: Wion, Chronica australis, quæ cum Maginhardum vocat, Wolfgangus Lazius. Aubertus miræus, ijepses Baronius.

Annus Christi 861. Augiæ 138.

S. Meinradus, 26. annis sanctissimè in nigra Sylvâ exactis, à duobus latronibus fustibus mactatus, et strangulatus Martyrij Laureolâ donatur 21. Januarij. Candelis ad caput et pedes positis illicò angelicâ manu accensis, et tota eremô cœlestem spirante odorem, Sacrum ejus corpus devehitur ad augiam, non tamen absque prævio insigni prodigio, nam ubi ex interiore deserto ad montem Etzelium ventum est, sactactum onus ita immobiliter constitit, ut nullâ humanâ vi moveri posset, donec instinctu divino, tanquam locus ille quidquid sui prioris incolæ prætenderet, intestina sacra ibi defossa fuerint, ex quo facili negotio iter cœptum prosequi datum et Reliqiæ S. Martyris à Walthario Abbatibus summâ devotione, ut decebat, excepto, et in augia tecto mandato-

Sunt,

sunt, in finibus miraculis, ut ait, Trithemius, multo tempore coruscantes.

Et hunc pro purpurato Abbate S. Meinradi Statuimus annum non vanibus suffulti argumentis; praeterquam enim quod Sententiae nostrae suffragentur, Hermannus noster Contractus, Marianus, Scotus, Mabillonius, Bruschius, Brentano Cimarollo, Chemnitius, Stumpfius, etiam ratione ostenditur; Si namq; S. Meinradus puer novennis ad augiam deductus est, ut noster P. Egonius. Si 25.ta aetatis annum agens Diaconus, et Presbyter, ac anno sequenti monachus factus est, ut habent acta; Si anno 828. Etzelium monte petijt, et ibi ad septennium mansit, ut vult Mabillonig et quoad septennium Hartmannus ipse in annalibus clemi: Si tandem 26. annis in nigra Sylva Solitarius habitavit, ut idem Hartmannus ait, profecto computato calculo annus Nativitatis S. Meinradi erit — 798.

Adventus ad augiam	— — — 807.
Diaconatus et Sacerdotij	— — — 823.
Monachatus	— — — — — 824.
Secessus ad Etzelium	— — — — 828.
Transitus in nigram Sylvam	— — 835.
Mortis	— — — — — — — 861.

Adde rationem aliam: Si reliquiae S. Martyris Meinradi Anno 1039. adeogs annis 178. ab obitu ejus, Einsidlensibus Monachis restitutae sunt, ut asserit Hartmannus, et Chronicum Einsidlense, quo idem anno inclytus Christi Martyr à Benedicto VIII. Sanctorum Catalogo est adscriptus, Si, inquam, haec acta sunt centum septuaginta octo annis à nece S. Confratris nostri, sanè ut leviusculè ducto calculo resultet annus 1039. non ab anno 863. sed 861. mortis sacrae tempus est numerandu.

861
178.
1039.

Annus Christi 862. Augiæ 139.

Conradus à Lichtenaw Abbas Urspergensis hunc annum assignat S. Meinrado à Latronibus caso.

Annus Christi 863 Augiæ 140.

Luitpertus Monachus Augiensis, Pater Venerandus, nobilis, doctus, prudens, facundus, multisq nominibus celebrandus favore Ludovici II. Regis magno cum Populi et Cleri plausu in Archi Episcopum Moguntinum VIII^vo^ electus 30. Nov. Ehem.

Hunc annum, quo Martyrij Coronâ donatus sit S. Meinradus, asserunt Hartmannus in annal: Erem: Bucelinus, qui tamen in menologio suo Benedictino statuit passionis annum 860. Otto Aicher. August: Rogg: de Epp: Const. Casp: Lang. Brentano Cimbrolo, qui bis agit de S. Meinrado martyrizato, anno videlicet 861: et 863.

Annus Christi 864. Augiæ 141.

Valedicit Mundo et Dignitati Abbatiali 9. Sept: Waltharius Abbas Augiensis XIV. pedô pastorali dato à fratribus Hettoni III. qui et Heijlo, Heito, alijs Hatto II. alijs Hatto III. Abbati XV. Viro docto ac pio Conversationis. Herm:

Bucelinus putat, hoc primùm anno sacrum fuisse S. Meinradi à fratribus augiensibus jussu Walthary abbatis curatum esse, quod nobis verosimile non est, Vix enim sacrum Corpus integrum et amplius anno in sacra Eremo insepultum jacuerit, Credimus itaq; eo, quo occubuit, anno, sacras exuvias terræ augiensi fuisse mandatas.

Dubium est, inquit Mabillonius ad hunc annum an Waltharius, an Hetto III. Synodo Constantiensi, pro Canonizatione S. Othmari Abbatis, S. Galli à Salomone Episcopo Collecta interfuerit, et alios inter primas tenuerit.

Annus

Annus Christi 866. Augiæ 173.

Luitpertus Archi Episcopus Moguntinus, Monachq Augiæ pro Sanctitatis suæ reverentia, Sapientia, aliarumq rerum experientia jussu et Mandato Nicolai I. Romani Pontificis ad Synodum Suessionensem à Galliæ Episcopis celebrandam evocatur. Chron: aug:

Ermenricus Coenobita Augiæ, de quo suprà, eximiâ rerum agendarum peritiâ præditus, Pataviensis in Bojaria Antistes designatur; Egon: Hundius: qui eum vocat Hermenricum, Ostrogothum et Alemannum.

Annus Christi 867. Augiæ 174.

Hujus Nicolaus I. Pontifex maximus ibi: Nov: subsequitur Adrianus II. creatus 14. Decembris.

Hoc anno Grimaldus Monachus augiensis, Ludovici Regis Archicapellanus, et ab eodem constitutus Abbas S. Galli præclarum S. Othmaro extruxit templum, per pictores excellentissimos ex Augia vocatos exornatum, cui Viri Sancti SS. Reliquias inhulit. Dedicatio et Translatio peracta est 24. Septembris, cui etiam præsens fuit Hetto III. Abbas Aug: cum aliquot è suis fratribus, Reliqijs quibusdam ejusdem S. Othmari donatus. Postera die Abbatem, fratresq augienses cum canticis prosecuti Monachi Sangallenses, dato pacis osculo, ad sua reverentes dimiserunt. Mabill: et Egon: ad an: 864.

Sangallenses porrò Monachi collatis sibi à Grimaldo beneficijs, non futuri ingrati, insigne eidem jam Grandævo palatium condiderunt, quod ijdem pictores ingenioso penicillo variis emblematis expressis condecorarunt, ut carmen illud in altera pariete exaratum ostendere scribit noster Egonius

Aula palatinis perfecta est ista magistris,
Insula pictores transmiserat augia claros.

Annus Christi 868. Augiæ 145.

Annus Christi 869. Augiæ 146.

Annus Christi 870. Augiæ 147.

Celebratus Coloniæ Sext. Cal. Octob. / 26. Sept. / sub Adriano II. Synodus, in qua Willibertus Agrippinensis Archi Episcopus à Luitperto Archiepiscopo moguntino ordinatus est, præsidentibus metropolitanis ijsdem Archiepiscopis Luitperto Moguntino, Willeberto Coloniensi, & Berthulpho Trevirensi cum cæteris Saxoniæ Episcopis eorumq; Suffraganeis, ubi cum plurima ad utilitatem Ecclesiasticam & reformationem tam Cleri quàm populi pertinentia piè sanctèq; ventilassent, conshituissentq;, tam Dominum Sti Petri hactenus minimè consecratam dedicaverunt. Item:

Annus Christi 871. Augiæ 148.

Mortalitatis exuvijs solvitur 9. Sept. Hetto III. Abbas Augiæ XV. Sepultus in augia cujus ultimo regiminis anno singulari Numinis providentiâ provisum est Augiæ de novis Tutelaribus reliqijs nempe Sanctorum Martyrum Januarij Beneventanæ urbis Episcopi, & Sociorum ejus Proculi, Eutychetis, & Acutij, de quarum S.S. Reliquiarum Translatione auctor quidam Anonymus in m.s. Codice Vetustissimo Bibliothecæ aug. hunc in modum agit.

„ Qualiter autem Corpora Sanctorum ad nos, id est Au-
„ giam Insulam delata sint, pauvis monstrabimus.
„ Lotharius Rex duos filios Regni, quod in partem
„ suam contra fratres suos susceperat, moriens reliquit

hæredes,

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

// hæredes, Hludovicum scilicet & Lotharium, Hludo-
// -vicum præposuit Italiæ, sei cohærentibus pro-
// -vincijs; Lotharium autem parti, quam in Francia
// tenuit; Iruentibus autem in Campaniam Sara-
// -cenis, & non per pauos annos ibidem cuncta vas-
// -tantibus, prædictus Rex ad eripiendam dictæ Pro-
// -vinciæ obviam Saracenis perrexit exercitu undiq;
// contracto. Contigit autem, ut cum domino suo
// quidam Vasallus ex Allamannia nobiliter natus
// eidem exercitui interesset, qui literis non mediocriter
// doctus, ingenio etiam subtilis, & ad omne Bonum
// vivaciter strenuus. Hic quendam Presbyterum inibi
// habuit hospitem, quem de diversis rebus prædictus
// Juvenis sciscitatus est, maximè de reliquiis San-
// -ctorum, si alicubi inveniri possent, quas suo Juri
// adsciscere valeret; Annuit Senior, & voluntati Ju-
// -venis paratissimus indicavit, ubi Corpora de numero
// prædictorum Martyrum Januarij videlicet, Proculi,
// Euticetis, & Acutij essent, in quadam Ecclesia jam
// propter timorem hostium ab avolis deserta, recondita.
// Sequitur ergo Juvenis cum socijs præcunctem sene
// -xum ad locum Sepulchri, quod premissâ oratione,
// aperientes invenerunt, pulcherrimo Marmore
// subtus & supra, dextra lævaq; tumbam compos-
// -tam; Tollentes ergo ipsa Corpora cum timore &
// reverentia condiderunt in Scrinijs, & abierunt ad
// diversorium. Quæ post statim, ut spatium ha-
// -buit, prædictus Juvenis ad nos detulit. Anno
// ab Incarnatione Domini D. C. C. C. L. X X I. Indictio
// -ne IIII. X X X II. Hludovici Regis regnante in
// orientali francia

// Hæc prædictus anonymus in Codice Venerandæ An-
// tiquitatis, quia hoc Sæculo Scripsit; Celebratur autem

in hodiernum usq; diem festum horum S.S.orum M.M. in Au-
-gia sub ritu Duplicis 1mæ classis cum octavâ sicut et
S.S. Martyrum Fortunatæ Virginis Alexandrinæ, et Fratrum
M.M. Item S.S. Martyrum Joannis et Pauli Fratrum eodem
ritu, de quorum, prout etiam S.S. Felicis et Regulæ, Eme-
-rami, Bartholomæi Apostoli, Pelagij M. Mariani Dia-
-coni &c. et plurimorum aliorum ad Augiam translatio-
-nis tempore certi statuendum nil est. De S.S Bartholo-
-meo et Fortunata agit L. L. Bucelinus in Sacrario
suo Benedictino.

Hettoni successit in abbatiali Augiensi Dignitate
Rudolphus I. qui et Rudelo, Ruthe, Radlo, et Rudilo
ac Hrodolchus scribitur, Abbas VVI. Monachus augiensis
vir doctrinâ, pietate, religione, et rerum experientiâ
valde insignis, pater multorum Monachorum, qui eodem
quo electus est anno, confirmationem sui et privilegio-
-rum Monasterij sui ac Benedictionem Romæ ab ipso-
-met Christi in terris Vicario Adriano II. obtinuit. Herm:
Chron: aug:

Annus Christi 872. Anno 149.
Hujus Adrianus II. Pontifex Maximus 28. Novemb:
claves tradidit Joanni VIII. creato die 14. Decembris.

Similiter Grimaldus Monachus Augiensis et Abbas
S. Galli terrenis valedicens æterna ingressus 13. Junij.
sepultus ad S. Gallum Herm:

Liutpertus Archiepiscopus Moguntinus cum Exercitu
in Bohemos et Sclavos, Carolomanno Regi cum maxi-
-ma multitudine rebellare nitentes, missus, eos in fu-
-gam vertit, et alios quidem occidit in ore gladij, alios
verò in fluvio Fuldaha submersit, qui autem evadere
potuerant, in civitate desecerunt; duasque duces pugnâ
vicit, ac parte non modica illius provinciæ depopulata,
in Columis reversus est victor insignis. Herm:

Annus Christi 873. Aetatis 180.

Salomon I. Episcopus Constantiensis XIX. mortalia deseruit 7. Aprilis, postquam regnavit annis 47. Ad Cathedram imponitur Bathego, vel Baltego, A Patachus monachus augiensis, cujus tempore maxima rerum omnium carishia fuit, plurimis fame pereuntibus, ubi Bathego Episcopus XX. providum patrem pauperum egit. Mersig. Herman: ad an: 871.

Luitperto Archiepiscopo Moguntino sanè congruentissimum ad Dei Ecclesiæ gloriam multò illustrissimum fuit illud quod hoc anno gessit Francofurti, dum in illustri totius regni luce, Ludovico Rege, proceribusq; spectantibus, celerrimum, non è viliore aliquâ persona, sed ex ipsius Regis Carolo filio, qui caecus, seu grossus dictq; dæmonium ejecit, quod miserrimè atrocissimeq; illum exagitabat, et discruciabat toties, prout Carolus ipse postea publicè fassus est, quoties in Patrem consilia prava, insidiasq; animo concepisset, vel covitasset, Sicq; qui Patri suo insidiosè laqueos tendere consiliatus est, ipse in laqueos Diaboli incidit, qualenus ex Vexatione diabolica disceret, non esse consilium contra Dominum. Herm: Chem: Tabulæ Francorum, Gaderus in Bavaria pia.

Annus Christi 874. Augiæ 181.

B. Rathboldus ex Episcopo Veronensi monachus Augiensis, postquam ultra quadraginta annos in cella sui nominis [: Rathboldi cella :] sanctitate ab Erlebaldo et Patribus Augiensibus impetratâ, piè ac sanctè, in magna abstinentia fermè continuis jejuniis corpus affligendo vitam duxisset Eremiticam, post plurima coelitùs edita signa, et miracula, grandævus migravit ad Dominum 13. Septembris. Herm.

Sepultus est in templo Rathboldi-cellensi à se extructo,

in medio ejus, ubi Clathrum nunc ferreum Separat Chorum à Nasi Ecclesiæ in Tumulo lapideo elato, in cujus Arco hæc incisa leguntur verba: Hoc Saxo tegitur Corpus boni Ratholdi, Episcopi Veronensis, qui sub Imperatore Ludovico I. à Stephano Papa IV. prima fundamenta hic jecit.

Sed meo saltem, salvo meliore Judicio, Error in hac inscriptione deprehenditur, non enim Ludovicus I. Cognomento dictus, à Stephanus IV. uno eodemq; tempore res Ecclesiæ & Imperij administrârunt;

Ludovicus Imperium suscepit regendum Anno 814. Stephanus IV. quem alij potiore jure III. indicant, Ecclesiam Anno 768., Stephanus verò IV. qui alijs est V. Pontificio Summo functus est, ao 816. et sequente defunctus. At verò Beatus Ratholdus primùm sub Erlebaldo Abbate X. ad regimen augiense ao 823. applicito monastico professus est, circa annum 828., circa annum autem 838. prima Cellæ suæ jecit fundamenta. Ergo Stephano IV. proinde subsituendus foret Gregorius IV. qui Thronum Papalem conscendit ao 828. et eum deseliquit Ao 844.

Ceto mantissa hoc de B. Ratholdo prætereundum silentio non est, nam Conspirationem Bernardi Ludovici pij nepotis in eum pijssimo Imperatori fidelitâ detexit, atq; ab instanti vitæ et mortis periculo magnâ cautione liberavit, sed et augustam ejusdem Conjugem à propriis filijs in Italiam relegatam, Gregorij IV. authoritate in Imperium restitutam ad Imperatorem maximo omnium tripudio reduxit.

Annus Christi 875. Indictio 15.

Mortis telo prosternitur Ludovicus II. 28. Augusti Mediolani, ibiq; in Ecclesia S. Ambrosij Sepelitur, regnavit annis

annis 20. nullo relicto hærede, hinc Carolus II.dus Ludovici I. filius, Ludovici II. Patruus, frater Lotharij I. cognomento Calvus fasces Imperij obtinuit, rebusque ad triennium tantùm, anno sequente à Romano Pontifice coronatus. Herm:

Ludovicum ad æternitatem præivit 2. January Ermenricus Patauiensis antistes, Monachus Augiæ Episcopatûs sui Anno IX. Egon. Hundius Tom: 1. metrop: Salisb: Ermenricum arguit, sive justè, sive injustè, dubium est, quod sine cuia Pallij ohio dedicus sedeis.

Annus Christi 876. Augiæ 183.

Ludovicus Rex Germaniæ frater Caroli Calvi fortis et Felicissimus morbo tactus apud Francofurtum V. Kal: Sept: f. 28. Augusti vitâ decessit, anno regni XXXVI. et apud Laurisheim Cœnobium sepultus est, regnumq; ejus tres filij, Carolomannus Bojariam Ludovicus Germaniam, Carolus Alamanniam singuli cum adjacentibus provincijs accepêre, pacemq; inter se sacramento firmavêre. Herm:

Annus Christi 877. Augiæ 184.

Lost Balheconis Monachi augiensis, Episcopi Constantiensis XX. obitum, qui hoc anno contigit, ad Insulam postulatur Gebhardus I. Episcopus XXI. ex Comitibus Habsburgicis sub Ludolpho Abbate augiensi, Monachus. Meref: Egon: Buel:

Circa hunc annum Luitwardus Monachus Augiensis, germanus frater Chadoldi monachi itidem augiensis, et Episcopi Novariensis à Carolo Crasso rege ad aulam suam excitus, Archi Capellani, pariter ac Archi Cancellarij munus sustinet, et Abbatiæ Bobiensi in Insubria ad tempus præficitur. Egon: et alij

Carolus II. dictus Calvus, vix triennio in regimine Imperij
inter continuas cum fratribus et nepotibus lites expleto
à requissimo Hebræorum quodam, cui nomen Sedecias,
quo Carolus tanquam Medico nimis confidenter usus
fuerat, ex porrecto Veneno, decedente Dysenteriâ exstinctus
y. vel ut alij 6. octobris in Burgundia Agauni sepultus
est. pro eo regnavit filius ejus Ludovicus III. cogno-
mine Balbus. L. Kolb: S.J., Crusius. Herm:

Annus Christi 878. Augiæ 155.

Carolus III. cognomento Crassus, Rex hoc anno in
Augiam Veniens, omnia prædecessorum suorum
Privilegia eidem concessa confirmat juxta sequens
Diplotma.

" In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Karolus
" divinâ favente Clementiâ Rex. Enim verò, si' antecess-
" -orum nostrorum Regum videlicet sive Imperatorum,
" maximè quoqs Monasteriorum Cœnobiis concessa pri-
" -vilegia nostræ authoritatis huitione roboramus, non
" solum Regium morem in eo decenter implemus, verum
" etiam cum tranquillitatis securitate Virentium
" fratrum orationibus plurimum adjuvari confide-
" -mus; Ideoqs noverit omnium fidelium nostrorum
" præsentium scilicet & futurorum industria, quia
" Venerabilis Vir, Hludochus Abbas monasterij Mariæ
" quod dicitur Augia deducens nos ibidem in capitu-
" -lum Conventientium fratrum, obtulit obtutibus
" nostris quædam antecessorum nostrorum præ-
" cepta gloriosissimi videlicet Avi nostri Hludowici
" Imperatoris, necnon etiam Serenissimi proavi
" nostri Karoli Imperatoris Augusti, in quibus con-
" -tinebatur, qualiter Supradicti Francorum Principes
" eidem Monasterio per authoritatis munitionem

con-

" concesserant, ut nullus publicus Judex aut quilibet ex
" judiciaria potestate Ecclesias, Casas, aut loca vel ae-
" -ros seu reliquas possessiones memorato Monasterio
" presenti tempore subjacentes, vel que deinceps in jus
" et Dominium ejusdem Monasterij divine potestatis
" augmento pervenerint ad causas audiendas, vel freda
" exigenda aut mansiones vel paratas faciendas, sive
" fidejussores tollendos, aut homines tam ingenuos quàm
" et Servos super terram ipsius Monasterij commanan-
" -tes injustè distringendos nec ullas exhibitiones vel
" bannos aut inlicitas occasiones requirendas nullis
" temporibus ingrede, vel ea, que supra memorata sunt,
" exigere presumat, sed liceat ejusdem Monasterij recto-
" -ribus sub Dñica immunitatis tuitione quieto or-
" -dine possidere per omnia, et quicquid piscus sperare ex-
" -inde poterat, totum fratribus ibidem Dño famulan-
" -tibus perpetuâ firmitate auctoritate regiâ esse
" concessum. Quandò verò divinâ vocatione ab-
" -bates ejusdem Monasterij ex hâc luce migraverint,
" quam diu ipsi Monachi inter se tales invenire po-
" -tuerint, qui ipsam conversationem secundum re-
" -gulam S. Benedicti benè regere prevaleant, firmissi-
" -mam inter se licentiam habeant eligendi abbates.
" Nos quoq; supra nominati honorabiles abbates
" fratrumq; ibidem Dño famulantium Voluntati
" satisfacere cupientes, vitaq; et tranquillitati eorum
" consuetiùs agere gestientes; etiam antecessorum
" nostrorum concessa privilegia firmissimâ largitate
" roboramus, et jussimus hoc nostre auctoritatis
" preceptum inde conscribi, per quod decernimus atq;
" jubemus, ut sicuti ab eisdem supra nominatis
" antecessoribus nostris Monasterio illi et fratribus
" regiâ vel Imperiali largitate concessum est, ita dein-

" =ceps Nostris futurisqs temporibus serenissimâ ra-
" =tione permaneant, De privilegio verò Electionis sentimus
" per omnia, ut deinceps nulla se aliena immittat per-
" =sona, sed nostris futurisqs temporibus familiariter in-
" =trinsecus in electione paterna permaneat. Ut hoc
" nostre auctoritatis preceptum in succedentibus annis
" firmius habeatur, et diligentius observetur, propriâ ma-
" =nu nostrâ firmavimus, et annuli nostri impressione jus-
" simus sigillari.

Signum Karoli  Serenissimi Regis.

" Hermulfus Notarius ad vicem Luitwardi Cancellarij recog-
" novi. Data pridie Idus Januar. Anno incarnationis Dñi Nri
" Jesu Christi D.CCCLXXVIII. Indictione XI. Anno
" verò supradicti Regis Karoli secundo.

Actum Christi 879. Augiæ 156.

Ludovicus III. cognomine Balbus in ætatis et regni-
=nis flore vel subito morbo, vel verius veneno clam por-
=recto 10. Aprilis ætatis anno 38. Compendij extinctus
est, succedente Carolo III. cognomento Crasso vel grosso, Lu-
=dovici Germanorum regis filio ad annos octo. Herm:
Kolb: Ann:

Luitwardus Monachus Augiensis, Vercellensis Epis-
=copij apicem Caroli Crassi favore ascendit, unicus ejusde
Caroli ac fidissimus consiliarius, etiam ab Joanne VIII.
P.M. summus elatus laudibus; sic namqs idem Summus
Pontifex Epistola 255. apud Binium P. II. Tomi 3.ij
ad Carolum regem data dicit.

" Cæterùm quod dicitis, ut Luitwardum Venerabilem
" Episcopum communem fidelem nostrum ad nos
" premittatis, valde in domino gloriamur, et cùm

cum

" cum pro communi utilitate semper desudare cogno-
" -verimus, magnum nobis gaudium in adventu illius
" nascetur, cogitod in ipsius praesentia Vestram in-
" -tuebimur excellentiam f. Regino A alij.

Annus Christi 880. Augiæ 187.

Carolus Crassus Rex, Romam petens à Papa Joanne VIII. in Natali Dni. unà cum Richarde Conjuge in Cæsarem coronatus est; Herm: in Chron: apud Ziziow. alia Exemplaria habent annum sequentem. Carolomanus Rex Bojariæ, frater Caroli Crassi, fortis, prudens & pius XI. Apr: f. 22. Martij / apud Villam Ottingam obijt & Sepultus est. Herm:

Wichingus, Winechindus, Wichindus, & Bichingus f. Sic enim Vatiè scribitur / in Augia optimis moribus, ac Scientiarum Disciplinis instructus & educatus, cum Venia Rudolphi abbatis in Morasiam profectus, multis Christianâ vitæ imbutis, à Wendibaldo Romam mittitur ad Joannem VIII. à quo in Episcopum Nitriensem Consecratus est. Brunnerus, Hundius, Egonius.

Annus Christi 881. Augiæ 188.

Hoc Anno Carolo Imperatori obtulerunt ostenderunt que fratres Augienses, sub Rudolphi abbatis Disciplina militantes quoddam Serenissimi Regis Carolomanni, fratris ejus, Diploma, annulo suo Signatum, continens, qualiter idem Bojoariæ Rex Monasterio augiensi pro parentum suorum animarum remedio, necnon pro suorum delictorum remissione, quædam non spernenda Bona temporalia ad Lacum Lumensem in Italiâ sita, pro luminum & Ampullarum in Ecclesia augiensi sustentatione alijsq fratrum necessitatibus, cum omnibus suis jurisdictionibus ut ipse possedit, piè, devotè, ac munificentissimè in perpetuas obtulerit, tradiderit, donaverit que æternitatis: nempè

Lucam, oppidulum vel Castellum: Trimelis Castellum:
alla monte novem mansus: Grabedonam, Vicum ad Caum
Camensem, Androbium: Findela: Castanado cum suis aedib,
Ecclesijs, Decimis, Villis, Domibus, incolis, viris, ac mu-
-lieribus, Servis, et ancillis, Terris cultis et incultis, olivetis
Vinetis, portubus, navigijs, naulis, piscationibus, fundis,
pascuis et similibus multis. NB. alia Scriptura haec
habet nomina: Tremelis, Veminas, et Quancilona, et
Androbium, Vel Vordela, sive Castenado. Itaq; interdecenti-
-bus Summo Pontifice Joanne VIII. à quo paulo ante Im-
-perij Coronam acceperat, Richarda Imperatrice, ac multis
principibus, id bonum, quod Pater suus Carolomannus Baja-
-riae quondam Rex fratribus et Monasterio contulerat,
gratiosè confirmavit, mandans serio, ut Donatio ista haec
à Rege Carolomanno Patre suo Coenobio Augiensi facta,
modo, et in futuris temporibus inconvulsa permaneat,
nec minus nec imposterum quisquam mutandi vel minuendi
avellendigs potestatem habeat; Actum Romae in presen-
-tia Summi Pontificis Joannis VIII. Richarde Imperatricis
multorumq; Principum tam Ecclesiasticorum, quàm
secularium Regni V. Imperij vero Romani I. Monum: Aug:

Idem Carolus Imperator hoc eodem anno donat Augiae
vel potius Richardae conjugi suae, et per consequens cum
Carolus in Augia Sepultus sit, eidem loco oppidum Turi sacha
una cum Abbatia illic condita, nunc Canonicorum Saecula-
-rium Collegiata expeditis aliis in Castro Cotamo die M.
octobris, in haec Verba:

" In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Amen.
" Carolus divinâ favente Clementiâ Romanorum
" Imperator semper Augustus. Noverit omnium
" Nostrorum fidelium tam praesentium quàm futu-
" rorum industria, qualiter Richarda Charissima con-
" jux nostra, nostram Imperialem Celsitudinem precata

sit,

// Sit, ut minorem Abbatiam Zurzach dictam ad dies
// vitæ suæ potestativè et tranquille habendam, eigs
// prospiciendam, sibi dignaremur concedere, placidè
// et amanter nostram monendo majestatem, ut eandem Ecclesiam post obitum suum in perpetuam
// sibi tradere liceat possessionem ei loco, in quo nos divina admonitione abgs ordinatione contigerit
// sepeliri; luminaria ibidem et ampullæ habeantur, et ardeant, et quam primum ultimum vitæ
// diem clauserimus, mox eadem Ecclesia, in qua sepulturam nostram habebimus, eadem donaria firma
// ratagś possideat. cujus salutarem animo perpendentes et judicantes admonitionem profitentes constituimus, hæc ita esse acta, in quorum confirmationem Diplomate nostro ea roborare jussimus,
// mandantes ut ea, qualiter ipsa præcepta est, absgs
// ullius impedimento et contradictione firmiter
// stabilitegś serventur, et maneant; Siquis autem
// hanc constitutionem nostram impedire vel infringere attentaverit, sciat se Dei indignationem
// incursurum, nec non in Imperiale et regium fisco
// numeraturum mille purissimi auri libras.
// Ut autem nostræ Majestatis Constitutio ab omnibus inviolabiliter servetur, manu propriâ
// infra roboravimus, et sigillo annuli nostri aurei
// impressione consignari mandavimus. Actum
// in Palatio Latarano v. pridie Idus Octobris Anno
// Incarnationis Dñi nri Jesu Christi D.CCC.LXX
// XI. Indict. XIV. anno regni V. Imperij I. Zeiler.
// Zuccal. monum. Aug.

Annus Christi 882. Magiæ 189

Hyl. Præsul Romanus Joannes VIII. Fratribus Augiensibus singulariter affectus, 18. Dbris. Subsecutus Martinus II. Creatus 23. Ejusdem.

Hunc circa annum Carolus Imperator Chadoldum Monachum augiensem, Germanum fratrem Liutwardi Episcopi Vercellensis & Cancellarij Cæsaris, præfecit Diœcesi Novariensi. Egon.

Annus Christi 883. Augiæ 160.

Carolus Crassus donat & tradit Augiensi Cœnobio quicquid sua Majestas proprietatis habere visa est, in Loris Jonan et Chentepraten numeripatis in Pago Turgoue sitis in jus et perpetuam donationem ejusdem jam dicti Cœnobij cum omnibus ad ea legitimè pertinentibus, hoc est Curtibus, ædificijs, mancipijs utriusq sexûs, terris, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarum decursibus, cultis & inultis, mobilibus, & immobilibus, p. eâ conditione, ut fratres in eodem Cœnobio Deo militantes inde sustententur, & eorum necessaria subleventur. Actum Ratisponæ.

Idem Carolus Imperator confirmat Donationem in qua sua Majestatis Archi Cancellarius & Episcopus Liutwardus seu Liutharduus Capellam Deringen sitam in Alamannia cum omnibus ad se justè pertinentibus vel conspicientibus, quam ipse antea à sua Majestate obtinuit, eâ conditione Monasterio S. Mariæ in Augia jure perpetuo tradit ac donat, ut ei interveniente licentia Cæsarea & spontaneo consensu abbatis omniumq fratrum ibidem Christo famulantium Cellam infra monasterium constructam in honorem S. Petri quæ vocatur Thegemari cella, cum omnibus ad eandem Cellam justè pertinentibus per vitæ suæ dies possidere liceat, quæ tamen post illius decessum cum omni integritate sua Rerum ad prescripti monasterij potestatem sine aliquâ molestia redire debeat. Quæ consensu Cæsareo & Sigillo roborata sunt. Papiæ 7. Id: Oct. [9. Octob:] anno post Christum natum D.CCCLXXXIII.

Nota. Ex his apparet, quod Cella S. Petri pro Diœcesi eam

eam incolentium nomenclaturam sit sortita. Sic cum beato Eino ejus fundator eam incoleret, dicta est Eginonis Cella, hic autem cum Shegemanus quidam ibi degeret, nuncupata est Shegemari Cella. f.

Hoc etiam tempore Luitwardus Confert augiæ curtem suam, quæ vocatur Erchinga vel Erchingen, cum consensu Caroli, ut patet ex Instrumento desuper à Chadoldo confecto hujus tenoris:

" Cum Dominus Carolus Serenissimus Serthas Imperator Augustus omnibus in se fidentibus ineffabili benignitate copiam suæ largitatis exhiberet, mihi quoq; quamvis immerito et indigno Chadoldo Episcopo consuetam benignitatem hilari ac promptissimo animo manifestare dignatus est, qui me, non dico pro aliquo meæ religionis studio, sed pro suæ Sanctitatis desiderio de Anna monasterio mole anteccessorum suorum fulcit, et in suum servitium coaptavit, ac Sancte Novariensi Ecclesiæ Pastorem atq; Pontificem constituit. Deinde fratre meo intervenient videlicet Luitwardo Archicapellano curtem suam, quæ vocatur Erchinga placidâ ac benignissimâ mente in proprietatem concessit. Postea coepi flagitare pijssimum supradictum Principem suffragante fratre meo prenominato Episcopo ut eandem curtem ad prefatum monasterium ubi ego ipse ab ipsis eduatus fui cunabulis, pro suæ mercedis augmento pa sui præcepti firmitatem post obitum meum in propriètatem concederet; Ab ipse benignissimus Princeps in hoc etiam nostræ satisfaciens petitioni per sui præcepti firmitatem eidem Sancto loco confestim supradictam causam jure perpetuo confirmari decrevit. Cumq; hæc et alia multa bona à pijssimo

pissimo percepissem Imperatore tanta benignitatis non
immemor cepi pensare cum abbate prefati mo-
=nasterij meum ceteris fratribus in capitulo simul
conjunctis, qualiter singulis annis memoria tam
benigni Imperatoris perpetualiter continuata
perseveret. Et illi unanimiter libenti ac benigno
animo suscipientes hoc ita per omnia sibi placere
et opere adimplere velle confessi sunt. Tunc demum
inter nos disposuimus, ut singulis annis uno
die à prenominatâ curte in commune cunctis
fratribus cum omni abundantia plenum servitium
pro anima Imperatoris perficeretur, et eadem
die pro illius amore in refectorio plena Charitate
hillares atqs gaudentes efficerentur, et illo ipso die
omnes Presbyteri intentâ mente ac benignissimâ
voluntate missam suam cum oblationibus
decantarent: Ceteri autem fratres cuncti pa-
=riter intentâ mente singuli pro Imperatore tri-
=ginta psalmos adimplere studerent; Et hac com-
=memoratio fiat in die consecrationis sue, id
est Epiphaniarum die. Post obitum verò Augusti
volumus, atqs disposuimus, ut in illo Kalendas obi-
=tus illius omni tempore de anno in annum in
ipso aniversarij die predictum servitium in com-
=mune fratribus fiat, ac prefate commemora-
=tionis orationes pro anima illius procul dubio
perficientur. Statuimus etiam in eodem con-
=ventu ut ego et frater meus videlicet Liutwardus
Episcopus pro bone voluntatis studio aliquam
commemorationis meredem reciperemus, ac
disposuimus, ut post obitum meum in ipso Kalen-
=das obitus mei singulis annis dies anniversarius
omni tempore celebretur, et ab eadem curte nostra

Erchinga

Eichinga fratribus in commune plenum Servitium
" sicut prediximus cum omni abundantia pro ani-
" -ma nostra perficiatur, et eodem die Aliam in re-
" -fectorio pro amore nostri nominis plena Charitate
" gaudeant, et illa ipsa die, sicut supra memoriam
" nostri Senioris facere prediximus, ita Aliam nostri
" commemorationem intenta mente facere non
" pretermittant, id est Presbyteri omnes missam
" unam cum oblationibus decantent; Ceteri au-
" -tem fratres illa die universi XXX. psalmos ad-
" -impleant. Ipsum vero supradictum Servitium
" in illius abbatis cura singulis annis constitua-
" -tur, qui hunc temporis monasterio praesse, et
" eandem Causam in sua potestate habere videtur.
" Ideogs hanc Conscripsimus Commemorationem
" facere disposuimus ut haec Conventientia firma
" ac stabilis et intemerata perpetualiter omni
" tempore perseveret, et eandem Conventientiam
" in illorum regula conscribi rogavimus, ut
" tam Senes, quam Juvenes, tam presentes,
" quam sequenti tempore Venientes ibidem as-
" -picere valeant, et opere adimplere non preter-
" -mittant. Et hos omnes vos, atgs conjuro,
" per Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum,
" ut supra dicta Conventientia nullo unquam
" tempore oblivioni tradatur, sed singulis annis
" ut dictum est, pleniter perficiatur, et per ujs-
" -uscungs negligentiam aliquid inde imperfectum
" quod absit, remaneat, ante tribunal Christi ra-
" -tionem reddat. M.SS. aug: Mabill: Egon.

Hoc anno Adalricus seu Adalricus, aut Adalricus, Adal-
-berti filius, Hungridi nepos, Comes Rhetiae Curiensis

obijt, relinquens Hemma, unicæ filiæ suæ, hereditatem sanctissimam, quem scilicet Sanguinem Dñi; Hemma verò postea Arnoldo Comiti de Lenzburg nuptui tradita unà secum sacratissimam rotem ad Domum Lenzburgicam transfert. MSS. aug: Doc: Schennis Alia. Stumpf: L. 7. C. 37.

Annus Christi 884. Augiæ 161.

Martinus II. Pontifex Romanus obiit die 23. Febr: Succedit Adrianus III. creatus 1. Martij

Carolus III. Imperator Augustus ad petitionem Liutwardi viri honorandi, Vercellensis Ecclesiæ Epi & archicancellarij Imperij Romani, algs Rudolphi monasterij Augiensis Venerabilis Abbatis omnia præcepta sive ab antecessoribus Regibus & Imperatoribus eidem Monasterio concessa, sive ab alijs fidelibus & viris nobilibus delegata, & cum diversis traditionibus collata, robborat algs confirmat, jubens algs decernens, ut supra dicta omnia sine aliquâ contradictione perpetualiter eidem Monasterio subjaceant, nullusqs sine regali certamine & publico conflictu aliquam violentiam aut subreptionem aut diminutionem eidem monasterio inferre & facere presumat; Siquis autem hujus confirmationis Statutis violentiam inferre tentaverit, centum Libras auri optimi medietatem palatio nostro, medietatem vero Monasterio, cui vim inferre conatus est, persolvendum culpabilis habeatur. Quæ acta sunt Augiæ Monasterio 10. Cal: Majas f. 22. Aprilis: / Anno incarnationis Dominicæ D. CCCLXXXIV. monum: aug:

Annus Christi 885. Augiæ 162.

Obijt Adrianus III. 8. Julij. Pontifex summus creatur Stephanus VI. creatus 28. ejusdem.

Hoc

Hoc anno S. Marcus Evangelista tertiò apparet Gebhardo I. Episcopo Constantiensi XXI. Monacho augiensi, ubi reliquiæ Corporis sui, ante 55. annos ad augiam advectæ, latebant, monstrat, sub ætate nempe S. Joannis Baptistæ: effodi jubet jam putrescentes; Gebhardus hæc reputans somnia, bis, tertiò, increpitus, jussionem quidem Abbati Rudolpho exponit, à quo mox sacra ossa levata, in poenam tamen incredulitatis Constantiam reversus, post paucos dies cum morbo et morte luctatus ex hac vita ad Christum migrat, 17. Aprilis defunctus in lectulo suo, non vero s. ut plerique neoterici, documentorum nostrorum Vetustissimorum ignari, fabulam vendunt s. à Normannis captus, ac immaniter trucidatus s.r. Sed agedum! non pigeat audire certamen hâc super re in arena benè exercitati P. Joann. Egonygni, qui in Tract. de Vir. illustr. augiæ Part. III. Sect. I. Cap. XV. ita fusè concertat:

„ Hic mihi gravis quorundam recentiorum auctorum
„ lapsus et intollerabilis error nequaquam praeter-
„ eundus videtur. Nam plures non modò Constan-
„ tiensium rerum scriptores, ut Wernherus Comes de
„ Zimbren, Jacobus Manlius, Gaspar Bruschius,
„ et nuper Jacobus Merckius in suis Constantiensium
„ Episcoporum Catalogis, sed etiam alij s. inter
„ quos Martinus est quoqs Cursius annal. Suev. Tom.
„ 7. l. 3. c. 1. s. scribunt et asserunt, Gebhardum
„ hunc nostrum, primum nempe hujus nominis
„ Constantiensem Episcopum à Normannis
„ Christiani nominis hostibus Anno 888. fuisse
„ captum ac immaniter trucidatum. Qui certè auc-
„ tores, cùm antiquo de S. Marco ex nos translato

historiæ fidem authoritatemq; omninò enervent, et
per consequens ejusdem S. Marci in augiensi cœ-
nobio præsentiam quodammodo labefactare
videantur, non possum non, cum etiam pro
aris et focis rem agi videro confertis manibus,
et arrepto acerbioris subinde calami stilo cum
illis pro veritate certare, et D. Marci maximè
[cui nunc nostra desudat industria:] præsidio
rectus adversum plures intrepidè dimicare.
Si enim Gebhardum à Normannis in prælio oc-
cisum esse concessero, falsum sit necesse est, quod
ex vetustissimo auctore [Anonymo Translatio-
nis S. Marci] supra scripsimus, eum ex morbo
à D. Evangelista inflicto obiisse. unde dein tota
S. Marci ad augienses translatio et præsentia
suspecta dubia, et solum fictis quibusdam reve-
lationibus facta credi posset.

Proinde existimo in rebus gravi et antiqua neo-
-tericis scriptoribus non esse facile fidem adhiben-
dam præsertim si omni Veterum Scriptorum tes-
timonio aut aliunde allata vel auctoritate vel
ratione destituantur. Equidem cum primo apud
horum aliquem Gebhardi Credem legerem, non mul-
tum stomachabar, sed videbam hominis impetibi
insaniam, quod contra veterum monumentorum
auctoritatem solus mihi sentire videretur; cùm
vero deinde, alios etiam et plures id ipsum con-
firmare viderem, movebar aliquantulum, et
unde hunc errorem hausissent, non parum de-
mirabar.

Sciebam enim, Anonymum à me citatum auc-
torem tam antiquæ et spectatæ fuisse sempe
authoritatis, ut ne minimâ quidem suspecta
veri-

" veritatis labeculâ adspergi jure posse fuerit Creditus.
" Cùm enim ante annos ferè septingentos eum vixisse
" ex ipsius historia constare possit; Gebhardo non lo-
" -tis Sexaginta annis posterior esse poterit, ut prop-
" -terea, si tempora obitus Gebhardi ipse non attigit,
" facile à Majoribus suis Genus & Qualitatem
" ejus mortis addiscere potuerit, unde quis aquus &
" prudens rerum arbiter censebit auctorem hunc nost-
" -rum Gebhardo fermè Cæsum rem adhuc recentem
" & etiamnum multorum memoriæ tenaciter in-
" -fixam ausum fuisse, in publicas Ecclesiæ nostræ
" tabulas referre, si sciret, aut etiam dumtaxat,
" dubitaret fuisse falsam? nonne statim ab omni-
" -bus, qui nossent, Gebhardum ante annos non
" omninò Sexaginta à Normannis Cæsum, merito
" fuisset explosus, si iam ridicula de Gebhardi Vi-
" -sione & morte excogitata fabula D. Marci in
" Augia præsentiam conatus fuisset redstruere?
" Quapropter si nullum aliud, quo neotericos istos
" Scriptores refutaremus, argumentum supppeteret,
" quàm iam antiquum supradicti Anonymi testi-
" -monium sibi tamen aliquis homo antiquitatum
" peritus & in historijs versatus satisfactum non
" inficiaretur.
" Ut tamen aliquid amplius addamus, audacter
" asserimus, nullum unquam Veterum histori-
" -graphorum tale quid de Gebhardi per Normannos
" illatâ Cæde vel somniasse quidem. unde licet ab
" ao Chti 880. per totum subsequens Decennium
" & ultra Normanni aquilonaribus provincijs
" effusi turbinis more bonam inferioris Germaniæ
" partem & universam propemodum Galliam
" pervagarentur, omnia incendijs, cædibus & adulterijs

" descedarunt, certum tamen est, patriam nostram, quæ
" Alemanniam olim nunc Sueviam dixêre, ab hos-
" tili illorum incursu Suisse omninò liberam ac im-
" munem; ubi ergo, & quo loco Gebhardus Præsul Nor-
" mannorum gladio occubuisset, cum ab eo illi nun-
" quam & uspiam fuerint visi. Sed animadverto,
" quo ictum hunc astu declinare velint; inquiunt enim,
" Gebhardum cum ejusmodi Normannorum in in-
" feriori Germania & Lotharingia devastationem
" audijsset, pluribus sibi adjunctis Germaniæ proce-
" ribus permotum communi patriæ succurrere vo-
" luisse, et ita in bello primo captum, dein miserande
" in modum trucidatum fuisse. Verùm cùm anno
" 885. hoc dicant factum, mirum valde est, omnes
" antiquos Chronologos & Historiographos hoc præ-
" terijsse, & tam magnæ per omnem Germaniam
" adversum normannos expeditionis anno prædicto
" facto ne minimam quidem mentionem fecisse.
" Ego, ut, quod res est, candidè loquar, hanc ob lau-
" dem plerosq; veteres Germaniæ historicos ac-
" curatissimè evolvi, & magno studio investigavi,
" num obiter quid de Ali ad annum 885. habito
" prælio insinuarent, apud nullam quid reperi,
" unde probabiliter id possem conjicere, non volo ut
" hac in re mihi credatur, neq; vacat nunc alio-
" rum verba rescribere. Legantur si placet:
" Regino Prumiensis, Marianus Scotus, Herman-
" nus Contractus, Lambertus Schaffnaburgensis, Si-
" geberthus Gemblacensis, aliiq; Germaniæ veteres
" Chronographi, & mentiar, si tale quid in illis fuerit
" inventum. Ij enim omnes ad annum 885. quo
" Gebhardum adversarij occisum adfirmant, prælij
" & Germaniæ depopulationibus abstinuisse Nor-

=mannos

Normannos scribunt. Anno autem 882. concorditer
asserunt, ab ijs multas urbes ad mosam & Rhenum
sitas, ut Trajectum, Leodium, Tungros, Aquisgranum,
Coloniam, Bonnam, & paulò ante post Treverim
spoliatas & exustas, & cum Mediomatricum quoq;
urbi imminerent, Walonem ejus urbis Episcopum
cum paucis armatum incautè sejs objicientem initâ
pugnâ cecidisse, nullâ mentione de Gebhardo Constan-
=tiensi factâ. Deinde Anno 891. Normannis iterum
fines suos transilientibus scribunt, Sunderoldum
Archiepiscopum Moguntinum prope Wormatiam
esse interfectum. Alium è Germanicis Episcopis
legi nullum in ijs vel alijs Normannorum preliis
fuisse desideratum.

Nunc ante breviter: ut hanc Controversiam
finiamus: delegere cubet scopulum, cui primus ad-
=versarionum, qui deinde Veteris Arcæ Cabendi Cau-
=sa quid, impegit, ut aly deinceps facti circumspectio-
=res erubescant dum Jupiter tabi. at verò ut majori
fide & auctoritate id prestemus, juvabit plurimum
prius audire Reginonem antiquum scriptorem, &
omnium calculo laudatum, qui eo ipso tempore
vixit, cùm anno 892.: ut ipsemet testatur: sui
Prumiensis Monasterij abbas constitutus, ejus enim
ad annum 890. hæc sunt verba: [per id tempus Nor-
=manni à Matrona fluvio exeuntes Parisios rever-
=tuntur, & quia commodus descensus fluminis per
pontem prohibebatur, tertiò castra locant, & iterato
certamine urbem impugnant, sed civibus audacter
reluctantibus Normanni desperatis rebus naves
per terram magno studio trahunt, & sic alveum re-
=petentes Britannicæ finibus classem trajiciunt, quod-
=dam Castellum in Constantiensi Territorio, quod ad

Sanctum

Sanctum Lolh dicebatur, obsident, sit dedicio eo pacto
ut vitâ tantùm concessa cætera tollerent, Oppidanis
à munitione progressis Gens perfida fidem & pro-
-missa profanat, omnesqs absqs respectu jugulat, inter
quos Episcopum Ecclesiæ Constantiensis interimunt.
Hactenus Regino; qui & mox subjungit, Norman-
-nos eodem à Britonum deinde Duce ad interne-
-cionem fermè fuisse delectos. Hanc ergo Regino-
-nis narrationem cum primus ex ejusmodi Con-
-stantiensium Episcoporum Catalogi Concinna-
-toribus puerili inscitiâ deceptus non intelligeret,
tamen legeret circa annum 890. Normannos
Constantiense territorium depopulatos, tandem
cum promiscua plebe Constantiensis Ecclesiæ
Epum jugulâsse, statim credidi Gebhardum
I. ejus nominis Constantiæ in Alemannia
Episcopum necessariò fuisse interemptum, quod
scilicet Salomonem II. ibidem Epum immediatè
præcesserit, cui è vita abeunti Regino itidem
paulo post scribit, Salomonem III. abbatem
Sangallensem Successisse. Sed desiderarem in ejus-
-modi historiis maturiùs subinde judicium,
& pleniorem in Cosmographiæ studio peritiam,
ac cognitionem. Num credunt, nullum aliud
constantiense territorium cum ejusdem nomi-
-nis Episcopatu in rerum natura extare, nisi
in Suevia nostra, nonne vident Reginonem
de alterius alicujus Constantiensis urbis Epis-
-copo, qui fuerit interemptus loqui? Quomodo
Normanni mox cum Parisios obsidere desie-
-runt, tam citò potuissent territorium Constan-
-tiense in Alemannia situm ingredi, castella &

urbes

urbes expugnare, & Constantiensis Ecclesiæ Antis-
=titem trucidare.' Distinguenda est ergo Duplex Con-
=stantia: una est ista, de quâ loquimur, cujusqs Geb-
=hardum Pontificem fecimus, sitaqs est in Suevia ad
Lacum Acronium, ubi à Rhenus præterfluit, & ha-
=bet Episcopum Moguntino metropolitæ subjectum.
altera est sita nunc in Normannia Galliæ provincia,
f. quæ non longè ab agro parisiensi & Britannia
minore distat, ùt in Cosmographia sua scribit Bole-
=nus L. I. C. I. f. habetqs pontificem Rothomagensi
Archiepiscopo pariter subjectum; De utraqs Con-
=stantia Episcopali urbe vide Albertum Mirœum
in Geographia Ecclesiastica verbo Constantia, &
Politia Ecclesiastica L. I. C. 23. & 33. Iam ergo
longè aberrant à vero tales scriptores, quàm longè,
à Normannia, nostra distat Suevia, atqs istius
posterioris Constantiæ Pontificem narrat Re-
=gino à Normannis cùm à Parisiensi obsidione
reversi Britannicæ fines ingrederentur, fuisse occisum.
Porrò de appellatione Normanniæ Sigebertus
Gemblacensis ad annum 888. ita scribit f. Carolus
Imperator f. dictus nempè & crassus dictus f. cum
Normannos nequiret expellere, tandem facto fœdere
concessit eis regiones, quæ erant ultra Sequanam,
quarum incolæ contra se rebellabant, quæ pars
Franciæ à Normannis Normannia appellata
est, cùm Neustria ante vocata fuisset: f. magna
est ergo aliorum scriptorum ignorantia & stul-
=titia, qui ubi quid apud alios legerint, quod ipsis
arrideat, id mox absqs ulteriori examine pro pura
& pura Veritate venditare non erubescant,
etiamsi eorum auctorum quos legerunt, & ni-

" intellexisse videri volunt, mentem et sensum nequa-
" quam adsequantur. manet ergo vera et irrefra-
" gabilis nostra sententia, qua diximus, Geb-
" hardum Episcopum ex morbo per D. Matrum
" immisso obijsse, non verò à Normannis cæsum,
" is enim qui ibidem prope tempus à Norman-
" nis trucidatus est, Constantiensis in Norman-
" nia, non Alemannia fuit Episcopus, ut sa-
" tis evidenter demonstratum est ss. Hæc P.
" Egonius.
" Gebhardum I. Epum Constantiensem, in
" lectulo suo somnum mortis 17. Aprilis ca-
" pientem ut supra diximus, subsequitur Sa-
" lomon II. idem Monachus augiensis, mire
" sanctitatis et eruditionis Vir Episc: XXII.

Annus Christi 886. Augiæ 163.

Carolus III. Imperator Augustus confirmat Donationem Proavi sui, Caroli M. Imp: in qua sua Majestas Villam Rormang cum omnibus supra ao 780. memoratis rebus Augiensi monasterio plenissimè tradidit decernens ac statuens ut traditiones suæ Majestatis Proavi Caroli M. in illis officinis, quibus eas largâ manu distribuit, ibidem inconvulsæ permaneant et perseverent, si autem ab aliquo infringantur, vel mutatæ in alias officinas transferantur, retrorsum ad fiscum suæ majestatis undè primitùs translatæ sunt, revertantur. Quæ confirmatio acta est Colonia in Palatio 16. Cal. Maji [16 Aprilis] anno Dni 886.

Idem Carolus Crassus confirmat Donationem

Ludovici

Ludovici Imperatoris assistit, in qua sua Majestas Tettingam cum multis alijs rebus, quæ supra ad annum 826. memorate sunt monasterio augiensi tradidit, & hic prædictus Carolus illam donationem in Augia, cum à Luithardo Vercellensis Ecclesiæ Episcopo & venerabili Ruedhoho ejusdem monasterij abbate in capitulum Conventui proximum deductus & obtestatus esset, in optima forma roboravit. Quæ acta est anno Dominicæ 886. Chron.

Rudolphus quidem Monachus Augiensis, aliis ab Abbate nostro Rudolpho Vir Sacrarum Literarum & Secularium peritus Cathedram Basileensem Gubernandam suscepit ad annos 16. eô nomine dictus primus. Egon.

Annus Christi 887. Augiæ 869.

Carolus Crassus Luitwardum Episcopum Vercellensem, Monachum Augiæ & Archicancellarium suum adversus cum Castissima Richardæ Cæsaris Virginea conjuge perpetrati facti & abinvitis simulatum aulâ eliminat, & simul cum eo omnem reliquam fortunam suam. Richardæ ipsa Carolo certe intemerata Virgine, in Andelaviense à se fundatum Cœnobium concedente Augsad S. Gallum suum in Virginitate persecurante; Carolus namq; mox Corporis Amentis inops à Proceribus Imperij mense Novembri die 11. regnô exutus, sicq; potentissimus nuper Avus Carolo magno in multitudine regnorum & provinciarum non secundus, erga omnes præsertim Monachos augienses, liberalissimus, jam non nisi Vitæ precario ab Arnulpho fratris sui filio, nunc Cæsare, acâ Luitperto Archiepiscopo moguntino, & Monacho Augiæ, emendicato,

reliquos paucos vitæ dies resignatissimus in
divinam voluntatem, et exosculans manum
justi judicis Dei, paulatim ac salubriter se se cas-
tigantem, consumit in Villa Indinga, ut vocat
ms. Codex Chronici Hermanni vel Nedling â,
ut Bucelinus, vel Neydingi, ut Buschius et
Brunnerus, Vadianus. Mabill: annal. sæc: Chron:
Laurisheim, Chron: australe, Aspius affirmat,
Villam illam Nyndingum ad Danubium Istam
esse, juxta quam â Comitibus Fürstenbergicis
Monasterium Virginum, nunc Ordinis Cisterciensis
ex ædificatum fuit. P. Gregorius Lucb. S. J. nescio
quo fundamento scribit, Carolum hoc anno in-
cidisse, monasterio inclusum, vel dato veneno vel
animi mœrore s. factus est ergo Carolus, si quisquam
aliis, præclarum fortunæ cadentis illudentis
exemplum.

Anno Christi 888. Augiæ 16s.

Carolus Crassus, regnô jam privatus s. Verbis ubi-
nam nostri S. Hermanni Contracti? Deo devotè
servens in Villa Indinga s. Videtur esse error calami
amanuensis, scribæ debentis: Nidinga? in finibus
Alsatiæ quidam patiens, â suis strangulatus idibus
Januarij vitâ excessit, et quibusdam videntibus foedo
aperto et lumine superesse apparente Augiam
delatus juxta altare S. Mariæ sepultus est, ita
Herm: Ad gaudia ergo coeli in carmine paupertatis
et lentationis probatus transijt Carolus 13. Januarij
quodie in Necrologio nostro notatur: alij ponunt 12.
ejusdem, sepultus vero est in Augia, juxta Chronicon
nostrum 6. Februarij. Epitaphium ejus est tale.

Carolus

" Carolus Crassus Rex Suevie, Pronepos Ca-
" -roli Magni, Italiam potenter intravit,
" eamq; devicit, Imperiumq; Romanum,
" ubi Cæsar Coronatur, obtinuit, de mortuo
" Fratre suo Ludovico universam Germaniam
" et Galliam jure hæreditario acquisivit, de-
" -mum animo, mente, et corpore deficiens,
" ab imperio, sine magno cum fortuna Ludo-
" -vico dejectus, à suis omnibus postpositus
" humili hoc in loco sepultus jacens obyt Anno
" Domini 888. Idibus Januarij.

" Pannonas et Cimbros diverso Marte subegit,
" Carolus à Crasso corpore nomen habens.
" Sed benè quas Juvenis regni tractaret habenas
" His iterum Senior despoliatus obit.

Epitaphium hoc ejusq; Caroli effigies in panno no-
-viter anno 1732. depicta, nunc cernuntur supra
Januam Sacristiæ novæ, Lapis autem Sepulch-
-ralis extra eandem Januam, propè foldistorium
monstrantur videre cupientibus duo dentes mola-
-res grandes de eo, ex ejus Tumulo anno 1726.
desumpti; Stumpfius Carolum obijsse ait Anno
889. vel secundum alios 890. qui illi alij sint, vel
quo auctore Stumpfius annum illum astruat,
alijs disquirendum relinquo.

Carolum ad æternitatis iter præeuntem Sequi-
-tur Rudolphus I. Abbas Augiæ XVI. 15. Cal.
Sept. /:18. Augusti:/ cùm Annos 17. in Augiensi
Solio sedisset, prædecessorum Vestigijs & Virtutibus
inhæsisset, & multa sanè ac præclara pro Augiæ

perpetrâsset, sepultus in eadem. post quem

Hatto, qui et Otto, et Hiddo scribitur, Mo=
=nachus Augiensis, Vir acutissimi Ingenij, facun=
=dus, prudens, doctus, in rebus agendis exercitatis=
=simus, ac venerabilis multorum Monachorum
Pater, antecessoribus suis non dissimilis, nec in=
=ferior, unanimi Patrum Augiensium Consensu
ac Voto suscepit S. Augiensis Coenobij guberna=
=cula, Abbas XVII. Qui Româ, ubi confirma=
=tionis et Consecrationis munus à Stephano
VI. accepit, domum reversus, Ecclesiam Paro=
=chialem in superiore Insulæ parte, quæ post=
=modum Colla Hattonis et Superior, vulgò Ober=
=zell appellata. in Præposituram ex Canonico=
=rum evecta est, magnis sumptibus in honorem
Sancti Georgij Megalo-Martyris extruxit. Heim:
Seratius.

Arnolphus Rex anno 2do regni sui confir=
=mat donationem Caroli gloriosissimi Imperato=
=ris suæ Majestatis Patrui, in qua is Carolus
Imperator cuidam Venerabili Episcopo Sancto
Novariensis Ecclesiæ Cathedræ, nomine quandam
curtem in Pago Turgoiae, et in Villa quæ dicitur
Erchinga cum omni Integritate circumquaque
positis rebus ad eandem Curtem aspicientibus
in proprietatem Concessit, eâ videlicet ratione,
ut omnibus diebus Vitæ suæ easdem res cum ea
Integritate Securus possideret, post obitum verò
illius ad Monasterium Augiæ perpetualiter
possidendas, relinqueretur, excluso videlicet dein=
=ceps omni beneficiario jure, sed specialiter ad
communes utilitates fratrum cum omni In=
=teg=

Integritate deservirent, Circa cujus Constitutionis normam prædictus Rex Arnolphus amore Episcopi provocatus eandem hanc donationem suæ authoritatis firmitate præsenti roborare decrevit confirmatione, Statuens, ut quemadmodum Suprà nominatus Imperator Carolus concessit, ita quoq; per cunctis temporibus firma et stabilia permaneant, quæ facta est Anno Domini 888. Monum: Fuldæ.

Eodem Anno 888. Hatto ab Arnolpho rege constituitur Abbas, Principalis Monasterij Elwangensis XI. vel ut alij XII. cui utiliter præfuit annis 17.

Annus Christi 889. Indictione 16.

Luitpertus Archiepiscopus Moguntinus, Monachus Fuldæ, de quo in superioribus pluries, cùm præsul sedi suæ magnâ laude, fructu, et sanctitate annos viginti sex, constructisq; templum S. Mauritij Moguntiæ, laborum suorum præmia consecuturus hâc vitâ decessit, humatus Moguntiæ ad S. Alexandri succedente Sunderoldo. Herm: ejus vita explicatur his versibus, qui Epitaphij vices supplere possunt.

Largus erat multùm, patiens, humilisque benignus,
omnibus exemplum, in bonitate manens
Hister, qua fluitat, currit Rhenusq; bicornis,
Liberulis doctus, doctos ipse fuit. Annal: Fuld:

Arnolphus Rex largitur Hattoni dilecto Abbati quasdam res in pago Ingeri in Villa Hiringa, quæ ad Comitatum Adalberti, qui Sterra dicitur, pertinebant, ad Montium Sindleoz Ronna dictum, cui idem Hatto præesse videtur, pro remedio animæ Ludis sui, ædeinde propria

jure perenni in proprium donavit, cum omnibus ap-
-pendicijs et terminis p. quæ donatio facta est Anno
Domini 889. in Forchheim.

Idem Arnolphus Rex donat cuidam suo fideli
nominato Diotkelm p. à quo devolutio ad augiense
Monasterium facta est p. in Pago Turgoue in Comi-
-tatu Adalberti in Villa Gachnang nominata cur-
-tem unam cum decem dominicalibus hobis in eodem
loco, et in alijs locis ibi in circum circa jacentibus
illuc pertinentibus, Insuper quicquid jure videtur
illuc pertinere. Et in villa Wigoltinga curtem
aliam cum omnibus illuc legitimè respicientibus,
cumq; omnibus ad supra dicta loca per-
-tinentibus jure perenni in proprium donavit,
cum mancipijs, casalibus, edificijs, terris cultis
et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, syl-
-vis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis,
piscationibus, vijs et invijs, exitibus ac reditibus,
quæsitis et inquirendis, mobilibus et immobi-
-libus, p. eâ condicione, ut in his omnibus præ-
-dictus Diotkelm ab illo tempore et deinceps,
liberrimo potiatur arbitrio habendi, donandi,
vendendi, commutandi, aut quodcunq; sibi libue-
-rit faciendi; quæ acta sunt Ulmæ Anno Incar-
-nationis Domini 889.

Idem Arnolphus Rex ad petitionem Hal-
-donis Venerabilis Cœnobij Augiensis abbatis,
confirmat loca illa, quæ ab Antecessoribus
suis ad idem Monasterium Sindleozhanna no-
-minatum in honorem S. Dei Genetricis con-
-structum, Ludovico videlicet piissimo Rege,
avo suo, Patruoq; Carolo Imperatore Augusto,

con-

concessa fuerunt, hoc est duas curtes Perningga et Erchingga in pagis Turgouue et Regalsgouue, sive Zeringen in Riegovia et Erchingen in Turgauia, cum Ecclesijs, familijs, ac mancipijs utriusq; sexûs, omnibus rebus quesitis et inquirendis, illuc justè respicientibus, curtilibus, edificijs, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, sylvis, censibus, vineis, vijs et invijs, exitibus ac reditibus, mobilibus ac immobilibus, omnibus appendicijs et adjacentibus finibus, illuc ritè pertinentibus, ut plenissimè confirmans, jubens ac decernens, ut prædicte res ad sæpè nominatum Monasterium perennitèr possidenda consistant, nulligs unquam in beneficium concedantur, nec à quoquam coacta exigantur, exinde servitia, seu quælibet judiciaria persona quidquam ibidem inquirere aut regere presumat; actum Francofordij 14. Cal: Decembr: / 18. Nov: / Anno Dñi

D.C.C.C.LXXXIX.

Annus Christi 890. Augiæ 167.

Arnolphum Regem Constantiâ in Alsaciam grandi gratiâ cum magno Comitatu venientem Hatto venerabilis Pater una cum sancta Patrum Augiensium congregatione summo, ut decebat, honore, veneratione et gratulatione suscepit, quod deinceps sæpius factum est, Hermannus, Hartmannus, Annal: Francofurt: fuld:

Salomon II. Episcopus Constantiensis

XXII Monachus Augiæ Sanctè defunctus, 7.7. Aprilis, Succedit Salomon III. Ebro, seu ut alij volunt Comes de Ramschwag Rhætus, Monachus & Abbas S. Galli, Hattoni nostro amicissimus, Episcopus XXIII. Hermanng contra quem Merkius hos duos Salomones, ad annum sequentem transfert.

Diximus Salomonem III. Hattoni fuisse amicissimum, non eâ quidem amicitiâ conjunctum, quam varij auctores, præsertim hetrodoxi, in reprobum accipiunt sensum, dicentes, Ottmngs & Salomonem & Hattone versutissimum astutissimumgs Veteratorem fuisse, simulgs studiosissimum, qualiter alter alterum circumvenire quacumgs in re valeret, sed tali quam Scriptor Sangallensis Eckehardg à Buccelino in Aquila Imperij Benedictina citatus manifestat, ubi protestatur: Eos inter Spectatissimos Convivij delicias jejunos consedisse, & cum vinum haurire putarentur, aquam potitâsse; Hæ sunt pie fraudes omnibus imitandæ, & iam in Cordium inspectari deo approbandæ.

Annus Christi 891. Augiæ 168.

Obijt Stephanus VI. 7. Augusti, pro quo Gubernacula S. Petri navicula Suscepit formosus, creatus ig. 7bris.

Sunderoldo Archi Episcopô Moguntino incautè Normannis occurrente, abijsdemgs interfectô, Hatto noster ad eandem Archi-cathedram Moguntinam evehitur, factus Episcopus L. Archi Episcopus X. ejus nominis

I.

I. Qui mox ne fratribus ex sua absentia damnum aliquod emergeret, Abbatia Augiensi fratribus ipso Arnolpho annuente, resignatâ liberam Abbatis eligendi potestatem reliquit; at illi pro singulari in patrem suum Venerabilem et Monachorum amatorem Charitate eundem Hattonem concordibus votis eligentes, Abbatem suum resalutarunt, simul et Archiepiscopum. Deque Rex Arnolphus mirificè delectatus, utrosque singulari affectu deinceps est complexus. Hermann: Mabill: Duc: Serrarius.

Luitwardus Episcopus Vercellensis, Monachus Augiensis, nuper aulâ Cæsaris exclusus, aulam Cœlestis Regis ingreditur, viam pandentibus Hungaris Italiam depopulantibus, à quibus vitâ et rebus spoliatus est 24. Junij. Egon et alij.

Hic Luitwardus Vercellensis, Regis Germanus frater Cadoldus Novariensis Episcopus, juxta Condictum supra anno 888. relatum unà cum Carolo Augto obsigentia in Augiam merita anniversaria precum memoria in hodiernam usque diem à fratribus mihi revoli jure merentur, assignata pro eis in Necrologio nostro 18. Januarij, ipsâ obitûs Caroli die.

Annus Christi 892. Augiæ 169.

Quam Anno priore Arnolphus Rex complacentiam ex Itinere ad Hattonem fratrum augiensium amore conceptam verbo et affectu commonstrârat, hanc nunc effectu et insigni pri-

privilegio comprobârat, ut fratres Augienses
liberè ex se Abbatem sibi eligant, subditis
nullum judicem, nisi abbatem agnoscant. P.
Privilegium notatu dignissimum, et Hattoni
Honorificentissimum tale est.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis.
Arnolphus divinâ favente Clementiâ Rex;
Si loca Sancta et divino cultui dicata,
nostro juvamine augere studuerimus,
eterni muneris portionem nobis inde
conferri non dubitamus. Proinde com-
-periat omnium fidelium nostrorum
quam presentium quam post succeden-
-tium temporum spatia futurorum
solertia; Qualiter nos Hattonem vene-
-rabilis Augiensis Monasterij abbatem
et Monachum, Dei preordinante Clemen-
-tiâ, quia cum in divinis et humanis negot-
-ijs religiosum cautumq; cognovimus,
salubri fidelium nostrorum consultu
Moguntie Civitatis Archiepiscopum
fieri censuimus. Hoc facto idem preti-
-tulatus illustris Pontifex formidans fra-
-tribus ipsis eodem Christo die ac nocte mi-
-litantibus posse inde aliquod periculum
vel scandalum oriri, eandem abbatiam
nobis reddit, potestati eorundem fratrem
recognignandam. Nos quoq; iam salutife-
-ram petitionem libentissimè audientes,
eorum arbitrio concessimus, ut, quem-
-cunq; inter se vellent, vitâ moribusq;
probatum in suam successionem eligerent,

Illi

Illi etiam, quia prius ipse eos in suis necessita-
-tibus bene procuravit, et maxime ob nostrum
amorem, quem nobis apstum esse cognoverunt,
sibi Abbatem preesse secundum regulam Sti
Benedicti, pariter communi voto denuo deli-
-beraverunt, nos pio monitu ejusdem Antis-
-titis in recompensationem bone volun-
-tatis eorum sedulegs orationis presens
preceptum conscribi jussimus. Statuentes
regiâ authoritate nostrâ, ut omnia privi-
-legia eidem Coenobio ab antecessoribus nostris
concessa, sive in electione suâ, aut etiam
variis donationibus, unde ipsum Monaste-
-rium accumulatum est, seu in immunitate,
Mundiburdio, ac defensione firmâ, Stabilegs
nostra per omnia minimine roborata
perpetualiter consistant, sine ullius Suc-
-cessoris nostri seu alicujus persone obsta-
-culo. Insuper etiam pro remedio anime
nostre genitorisqs nostri, Caterorumqs
Parentum nostrorum, eidem Coenobio con-
-cedimus, ut omnes homines ejusdem Mo-
-nasterij in Pago Unterwasa, et in villis ibidem
eorum nullo Comite aut Misso nostro seu
qualibet Judiciaria persona, quiquam in-
-quirant aut regant, sed jura regiminis super
eos, Solus Abbas illius Supradicti Sancti
Loci, secure exerceat, et quicquid utilitatis
fisco nostro inde obvenire poterat, totum
ex integro in jus et Dominium ipsius Mo-
-nasterij ab hodierna die ac deinceps per hoc
largitatis nostre preceptum sit concessum,
ut melius patres ibi Christo famulantes

pro nobis exorare dilecti. Et ut hæc concessio
nostra nullo unquam tempore violetur,
sed Christo favente perpetim fixa consistat,
manu propriâ eam firmavimus, annulo
nostro assignari jussimus.

Signum Dñi Arnolphi

S. Invictissimi Regis.

Ernestus Notarius ad vicem Otmari Archicancellarij recognovi. Dat. 12. Cal. febr. die. Anno Incarnationis Dñi DCCCXCII. Indict. 10. Anno Regis Arnolphi, Actum Gussmarahuse in Dei nomine feliciter. Amen. Chron. S.

Annus Christi 893. Regnè 170.

Natalem Regi Arnolpho ex Utta Regina, secunda uxore, Ludovicus filius, quem Adalbero nobilis Episcopus Augustanus baptizavit, sacroq; unxit Chrismate, et Hatto ex sacro fonte levavit, factusq; est Regis Cognatus. Herm: Annal: fuldens: S.

Hoc Anno Hatto ab Arnolpho impetravit conventualibus Elwangensibus potestatem inter se eligendi Abbatem: Sequenti Diplomate

In Nahmen der Heiligen und Unzertheilten Dreyfaltigkeit.

Arnolph von Gnaden der Göttlichen Mildthätigkeit König.

Sie

Die Ritterschaft aller unser Getrewen gantzen
wirdigen und auserkornen Stadt Collen, wie
dass unser lieber Hatto der Heiligen Kirch
zu Mentz ein Ertzbischoff, von dessen wegen
seiner Treue und Frommen, wegen zu
Rath zu uns kommen ist, und hat gebotten,
die Wurde unser Kayserlichkeit, dass wir
den Frieden in dem Lande Thuringen ge-
meret, dass er unter der Ee des Heiligen
Hochstifts gantzwerthig ist, Christo dem ewigen
König Himmel fahrt, die Ankunft seiner Er-
wehlung, die sie unsern vorfahren jemer
mit seinem gewerb und gebott bevohlen
haben, und die unterschiedt oder unbedacht
gesetzt haben, als lang bis dass sie die Ein-
tracht der Königlichen Kronen verwahren
haben; Ist uns in unser gnedigsten Kommen,
dass wir von Gott wegen der Heilig König Carl
-manns Lande bestetigt, und dessen unser
selbst und unsern vorfahren jem
so grossen Frewigkeit aufgeben, und verlie-
-hen wollen, und dieselben mit gesetzt
unsers gewerbs bestettigen; haben wir
angesehen den Hochmuth Rath und endlich
alle desselben Ertzbischoff, und dieweil dass
wir desselben closter seinem Stamm angehoren
haben, so sein wir des gantz, und sagen zu
Rath worden, die die also besetzen, allmechti-
-gen mit seinem gebott unserer bevelhung,
dessen haben wir vor uns gedachten Ein-
trecht lieben hertzog von Lutringen und unsere

Und Erklärung geschehen, seitzen und ge-
benedeyen, das dasselbe dennoch an dem
vorgenannten Orth, wie auch sonst an allen
Ihren Closter ab zu thun. und das ge-
nue auch die bey zu allen Zeiten, Ordens
und Regeln gemäß Leben, mit gemeinem
Rath aller Brüder einen Abt unter ihnen
zu erwehlen, als lang die weil sie einen
solchen unter ihnen haben mögen,
der nach S. Benedicten Regeln dasselbe
Stimmung oder Closter regieren, und meis-
tern könne, und wisse, auch sonsten der Sa-
che und Seitzen, ob sich wohl, oder sich sonsten
unter ihnen nicht einen finden, sich gott-
sicht zu wehlen, oder sich von allen Ordens
nach ihren Willen zu anderen Orthen,
wo sie wollen, ziehen und machen
können, und wenn sie sich einen, oder sie Ihr
erwehlen, und die erwehlte hoch setzen, und
halten ihnen nicht allein sonsten Er-
wehlung, sondern auch weil nützlich und gemein-
samen anziehenden Closter von unseren wohl
herkommen herrühren ist worden, als verspre-
chen wir mit diesen gebott. Und wollen
die gebotte, die sich sie Ihrigen Closter
verliehen seyen worden, in allen Punkten, und
sich alle ding bestgestalten seyen worden,
und befehlen die auch und geben, das
sie in ihren Heiligen gebott desto fröhlicher
und gesunder, wieder und Ordens sich gemachen
halten, und unseres unseres getreuen ge-
thanen gehorsam beweisen, und dem Göttlich

dienst

" sinnt obligem, vnd Ihr Ihr gebott vnsers gnedigs
" sten Herrn Vnsserm Nachkommen beywonet
" werde, oder sich dasselbe zu beywonen oder zu beur-
" theylen; so haben wir vnser Innsigel wissent-
" lich, vnd haben dasselbe mit vnserm aufgedruck-
" tem Insigel bewissnet; Geben an dem Achtzehen-
" den Tag Decembris, da man zehlet von Christi geburt
" achtzehenhundert jahr; vnd darnach in dem drey
" vnd neunzigisten jahr, in dem zwölfften
" jahr der Königlichen Herrschafft, vnd in dem sechsten
" jahr des Hoch Königlichen Königs Arnulphi. Geschehen zu
" Worms in dem Reichen des Heyligen
" Reichs.

Hoc diploma produxit reverendus D. Carolinia-
-nus Schamm. professus ad S. Adalricum et
Afram, O.S.B. in Hierarchia Augustana Au-
-ctario ad partem I. Cathedralem Ecclesiæ
Elwangensi - Cap: III. fol: 17. post Crodromum.

Idem Arnolphus Rex confirmat denuò do-
-nationem Caroli Gloriosissimi Imperatoris
in qua sua Cesarea Majestas cuidam religioso
viro Catholdo, videlicet Sancte Novariensis
Ecclesie Venerabili Episcopo quandam curtem
in pago Burgonne, in Villa quæ dicitur Cri-
-chinga cum omni integritate circumquaq;
positis rebus ad eandem curtem aspicientibus
in proprietatem concesserat, tam terris quàm
domibus, pratis, pascuis, Sylvis, mansis,
Mancipijs, Marchis, necnon et duabus hobis,
in Villa, quæ dicitur Thuorndorff, quas ideo Se-
-motim illi in proprietatem perdonaverat,
quia cùm antea supra dicta curte injustè fue-
-rant abstracte: quam Largitionem hic Arnolphg

Rex, amore venerabilis Episcopi provocatus confir=
=mavit, et ipsas duas hobas et omnia ad pre=
=fatam curtem pertinentia sicut prefatus
Imperator illi perdonaverat, simili modo do=
=navit, et in proprietatem concessit, cum tali
integritate sicut temporibus illustrium
virorum, videlicet Werneri et Isenbrandi filij
sui illuc plenissimè pertinere videbantur;
ita duntaxat, ut nullus comes nec alicujus
potestatis persona, per aliquod occasionis
ingenium, nihil sibi inde tollere, aut minorari
audeat, vel aliquam de eadem causa inferre
molestiam, sed securus omnibus diebus vite
sue in proprietatem possideat, et post obi=
=tum illius universa res prenominata pro
remedio D. Imperatoris et pro regie sue
Majestatis anima ac parentum merito ad
Augiam Monasterium absq; ulla contra=
=dictione perpetualiter redeant possidenda,
excluso videlicet duceps omni beneficiario
jure, sed specialiter ad communes fratrum
utilitates cum omni integritate deserviant.
Statuentes etiam, sicut Imperator fecerat, ut,
siquis nostre largitatis concessionem violare
aut infringere tentaverit, muletam com=
=ponet, id est auri optimi libras centum, medie=
=tatem Palatio nostro, et medietatem illi, cui
damnum inferre conatus est, et ut hec nost=
=re largitatis concessio, plenioremi Dei
nomine obtineat firmitatem, hoc idem
preceptum propria manu Regis roboratum,
et impressione annuli assignatum est.
Due acta sunt Curte regia Tribuariâ, Calendis

Au=

Augusti Anno Domini D.CCCXCIII.

Annus Christi 894. Augiæ 171.

Annus Christi 893. Augiæ 172.

Hattonis opera, et Formosi Papæ authoritate hoc anno mense Maio apud Triburias celebrata est Synodus 22. Episcoporum presente Arnolpho rege, Præsidente eodem Archiepiscopo Moguntino Hattone, in qua Synodo Statuti Canones 58. quos invenire est apud Severinum Binium Concil: Tom: III. P. II. fol 120. Col: 2. maximo cum totius Germaniæ bono, ubi Hatto ad restituendam, ut Baronius loquitur collapsam Ecclesiasticam disciplinam plurimùm laboravit. Herman: Scrarius. p.

Hatto quoq; sibi arctissimè devinxit Theodemarum Archiepiscopum Salisburgensem, Episcopos Waldonem Frisingensem, Erchembaldum Eystetensem, Zachariam Sabionensem, Tuttonem Ratisbonensem, et Richarium Catalaunensem; utpote quorum causam apud eundem Papam Formosum, Separatis Literis fortiter egisse, Testis est P. Andreas Brunnerus S.J. Annal: Boior: T. II. L. VII.

Eodem tempus regiâ Institutione Hatto Laurishamensis Cœnobij curam Suscepit ad annos 13. cui maximâ utilitate præfuit, et plurima Bona S. Nazario comparavit Chron: Laurish:

Arnolphi Regis gratia Ernesto Cancellario suo, et per hunc Augiæ, quædam res in proprium donantur, hoc est, quidquid quidam nobilis vir Chunimund in Alamannia à Villeis Sunthusa à Schwaninga dictis, proprietatis habuit, cum portione Ecclesiæ in Schwaninga, curtilibus, ædificijs, familijs à Manentibus, omnibusq; rebus parvis à magnis illuc juste respicientibus &. Jubens ut memoratus Ernestus in ipsa proprietate omni tempore liberam teneat potestatem habendi, donandi, vendendi, commutandi, aut quodcunq; sibi libuerit faciendi. facta Placentiæ 13. Cal. Martij I. 17. Febr. / Anno Dominj DCCCXCV.

Annus Christi 896. Augiæ 173.

Hujus Formosus Papa 4. Ann. Successit Bonifacius VI. creatus 11. Ejusdem, eodemq; Mense die 25. mortuus.
Creatus pro eo 2. Maji Stephanus VII. quem alij VI. dicunt /: est enim in alijs pontificibus, qui nomine Stephani appellantur apud Auctores in numero diversitas :/

Arnolphus Rex hoc anno Romam veniens à Formoso Papa ante initium Mensis Martij Imperator Coronatus est; Huic Coronationi una cum alijs pluribus cum Ecclesiasticis tum Sæcularibus Principibus interfuit à Hatto noster: Quâ occasione is à Formoso impetravit Monasterij augiensis Privilegiorum iteratam confirmationem, Sicuti

ab

ab Episcopatu Constantiensi per Adrianum, ita per Formosum, consentiente Hattone Moguntino Archi Episcopo Monasterium Augiense ab Archi Episcopatu quoq; moguntinensi exemptum fuit, Quod Joannes XIX. Dom. in Bulla quam Bernoni Abbati nostro super confirmatione suorum Privilegiorum benignè dedit, expressè refert.

Obtinuit idem Hatto eo tempore à Formoso inestimabilem SS. Reliquiarum Thesaurum, caput nempe et aliud membrum quoddam de Inclyto Martyre Christi Georgio, quas in novum à se nuper in honorem ejusdem gloriosi Regalo-Martyris constructum, et consecratum templum in Superiore Insula Augiensis parte intulit. de quibus SS. Lypsanis Notkerus Sangallensis in Martyrologio suo apud Henricum Canisium tom IV. affert sequentia:

" In Cæsid S. Georgij Martyris, juxta Calendarium Sagacissimi Hieronymi, cujus passio apud Romanos, et penè alios omnes Nono Calendarum Majarum celebris habetur. Quod id citò significandum putavi, ut Patriarcha noster Hatto Moguntiacensis qui hoc anno item ab Incarnatione Dni / S. hic habet asteriscum * et non numerum, sed Supplendus est annus Octingentesimus nonagesimus Sextus / Caput ejus et aliud quoddam membrum cum plurimis et maximis Sanctorum reliquijs in Alemanniam ad novum Monasterium

suum à formoso Apostolico impetratis aspor-
-tavit.

18. Monasterium vocat Nobkens Cellam
Hattonis et Ecclesiam S. Georgij, quia
habitacula pro canonicis vel regula-
-ribus, utpote Monachis ex nostro
coenobio illuc expositis circum adi-
-facta erant, ad amussim monaste-
-rialem.

Rebus in Moravia Morte Zwendibachi turbatis,
Wichingus de quo anno 880. ad Arnulphum
Imperatorem profugere compellitur, à quo
vacanti per mortem Engelmari Ecclesiæ Cala-
-riensi præfectus, post triennium ad prio-
-rem revertitur Sedem. obijt Wichingus 12.
Septembris de anno non constat. Ejdem qui
supra.

Arnolphus Imperator nunquam non benè
affectus erga augiam confirmat Testamentum,
in quo inveteratus miles Hubert mansum
illud, quod Supra Carolus Magnus Imperator
Wernhardo Venatori in Villa Romang conces-
-sit, cum Majestatis suæ licentia et confir-
-matione ad lavatoriam domum, de quâ
ad annum 780. Augiensium fratrum ob-
-tulit, ut infirmi fratres ò certius, alijs ce-
-lerius dum sanantur, et recreantur, ipsi pro
eodem Huberto Deum diligentius deprecentur,
petens preterea, ut liceat sibi supra dictis
fratribus in eadem domo famulari, et eorum
eleemosynis deinceps sustentari. Et ut hæc
Huberti donatio firma maneat et irrefragabilis
jussit

jussit Sua Majestas ipsius rogatu hujus Testamenti confirmationem conscribi, Jubens et praecipiens, ut Caroli Magni largitio robusta perduret et inconvulsa, et sicut ipse in suo Privilegio antiquitus disposuit, ita perseveret. Si autem quisquam in feudando alienaverit, ut donatio illa deficiat, volumus ut pariter Villa Romang cum Piscatorum Sylva in nostrum fiscum redeat. Actum Summa curte regia 27. April. Anno DCCCXCVI.

Anno Christi 897. Augiae 174.

Stephanus VII. Mense Augusto Obiit. Succedente Romano die XI. vel 17. Septembris.

Arnolphus Caesar, pro dilectione, qua Stationem prosequebatur eidem et Successoribus Abbatibus Augiae privilegium tradit, ut cujus Advocatas malas deponere, et utiles sibi liberè eligere valeant. Privilegium in hac verba sonat.

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis amen.

" Arnolphus divinâ favente gratiâ Rex.
" Si nos praedecessorum nostrûm Regum et
" Imperatorum consuetudinem et bona
" opera sequamur, loca Monasteriorum olim
" summa religione et temporali potentiâ
" clarâ, nunc autem incuria improvidorû

args

atqs insipientium rectorum et Advocatorum
debilitata atqs collapsa restauramus, non
solum Imperiali dignitati convenienter
satisfacimus, verum plurimum etiam
confidimus Viventium fratrum precibus
secure quieti et stabilitati consultum
fore. Quale omnium fidelium presentium
et futurorum Sancte Ecclesie Dei cognoscat
industria, Venerabilem Hattonem Archi-
-Episcopum Moguntinum et Abbatem Mo-
-nasterij Sinthacis Augie dicti, cum multis
Principibus majestatem nostram adisse,
conquestumqs esse lamentando, quod nos ante
sufficienter audivimus, atqs veraciter cogno-
-vimus, multos Ecclesiarum Tutores posi-
-tos, authoritatem suam male usurpare,
et qui discreti debuerunt esse Defensores, facti
sunt invadendi Raptores, injusti Calum-
-niatores, Censores atqs Spoliatores. Hac
de causa placuit nostre industrie in
predicti Archiepiscopi et Abbatis ejus
Successorum et fratrum potestate collo-
-care perpetuam, ut cum Consilio Sapien-
-tum ex ijs, quos in hoc mundo bonos et ido-
-neos cognoverint, eligere, et in suis Locis
et possessionibus Prefectos et Defensores
pro sua Commoditate prefigere valeant;
Nullus cujuscunqs conditionis sit, hanc
curam et authoritatem sibi vendicare,
et quasi hereditario vel alio jure proprio
arripere

arripere praesumat, nisi Abbas et Monachi suo optimo consilio et consuetudine eum admittant, hac tamen conditione, ut si advocatus earum Pensionum Ballmund dictum, tam in bonis quam in hominibus transgressor inventus fuerit, mox absq; mora et Judicio praefecturam amittat. Cum autem praedictus Statto ubumq; locum fideliter ac sapienter regat, et conqueratur, qualiter monasterium Augiense per tales iniquos planè depravatum sit, tantum Dei servorum Damnum cognoscentes, consilio prudentum praependimus, num forsitan huic malo et hujus Ecclesiae incommodo succurrere valeamus, praehabito consilio constituimus, quid vel quantum pensionis praedictus Archiepiscopus et Abbas et successores ejus Abbates Augienses Advocato decernere debeat, ne ultra pensionem et officium suum aliquid ad se temerè trahat; hoc privilegium, ut in eo est, partim in Privilegijs à Carolo Magno eidem concessis invenimus, partim constituimus et confirmamus, ut nullus advocatus in Insula Augiensi habeat jus Statuendi placitum, diem et Judicium vel violentiam decernendi potestatem usurpet, vel enim nullus Laicus ibidem Imperium debet et potest habere, nisi ab Abbate vocatus, satisfaciendo ejus voluntati et petitioni; tria verò constituimus loca extra Insulam ex antiqua consuetudine ad id deputata,

In quibus concedimus semel in anno placi-
-tum seu Judicium exercere, idest: Tettingen
cum majoribus & nobilioribus ministe-
-rialibus: deinde Ermattingen & Wollma-
-tingen, vel si abbati & Advocato placuerit,
Obendorff. cum minoribus & senioris
fortune clausstralibus, eâ conditione
tamen semel in anno, ubicunq; sit, fiat.
Et in istis locis nullus publicus Judex,
Dux, Comes, Vice-Comes, nec ullus alius
Dominus horum & aliorum locorum,
laici Inferioris cujuscunq; status vivos
aut foeminas jure aliquo puniendi, die
placitum & Judicium constituendi, prop-
-rio jure inquirendi potestatem habeat,
& contra nostram constitutionem ta-
-cità semetè usurpandi, & ad se trahendi,
presumat authoritatem; Sed abbas
cum Advocato omnes causas & negotia
absq; Impedimento, Securè, quietè atq;
pacificè possideat, regat, ordinetq;. Con-
-sio quoq; constituta est, Advocato ad
Intà ista loca, ad quemlibet locum; Si semel
vel iterum statuat diem aut placitum,
quinq; mahre, aliaq; ad istam pensio-
-nem necessaria semel in Anno, quæ simul
computata toto anno faciunt quindecim
maltras, non plus; Advocatus absque
Abbatis voluntate nemini placitum
aut

aut diem constituat, Excreeat, Ccccnnia-
-rum poenalium duo Cartes Abbati, Ter-
-tia advocato. Nullum ex Coenobio Augiensi
famulorum absqs licentia abbatis ad tri-
-bunal cogat, vel puniat, nullum locum
venientem absqs consensu Abbatis decernat,
privata nulla honoraria vel Scavitia à quo-
-cunqs loco, Vino vel Cellarijs tanquam jure
debita exigat, hospitia Sepius absqs abbatis
consensu frequentare intermittat, Siri allen-
-spachij diem instituat, Suo Abbatisqs Gene-
-rali Anamno de tertia poenarum parte, ab
ijs repetitarum, sibi sumptus ad Sustentatio-
-nem provideat absqs procuret, nisi ab Abbate
propter Specialia negotia eò vocatus fuerit,
tunc Abbas illi, prout decet, necessaria mi-
-nistret. Ordinamus denin et precipimus,
ut predicta loca advocato pro die Statuendo
destinata, videl. Tettingen, Ermattingen
Wolfmatingen Atalia his annexa et à
Carolo Magno Monasterio Augiensi con-
-cessa ministeriales quoqs tam viri quam
foemine in ijs habitantes ad dictum Mo-
-nasterium pertinentes, à nullo abbate
nulli hominum in feudum concedantur,
sed ut Monachi ibidem Deo Atparenti
ejus in obedientia disciplina Atonestate
viventes, Secure, pacifice Et tranquille Ser-
-viant, ut eorum privilegia antiqua demonstrat.



Signum Illustrissimi
Regis Arnolphi.

Ego Ernoldus Notarius ad Vicem Diotmari Archi
cancellarij recognovi. Datum 3. Januarij In=
=carnationis Dominicæ DCCCXCVII. In=
=dict. 6. anno Imperij primo Arnolphi Impe=
=ratoris clementissimi. Ratisbonæ.

Idem quoq; Arnolphus Cæsar Augustus
provisurus Cellæ Hattonis et fratribus Deo
et S. Georgio ibidem famulantibus de Suf=
=ficientibus proventibus donationem illuc
facit, In qua sua Majestas res sui Imperij in
pago Erachtoldes Bara, in Villis Eschingen,
Sunthaim, Uffhaim, quæ ad Comitatum Adal=
=beri, qui Scherra dicitur, usq; huc pertinebant,
ad Cellam Hattonis in Insula Sindleozzavia
dicta, cui idem Hatto præesse videtur, nuper
ab eo constructam pro remedio animæ
Patris ac deinde sue Jure perenni in prop=
=rium donavit; ea videlicet ratione, quate=
=nus fratres Deo et S. Georgio ibi famulan=
=tes plenius sustententur; eatenus pro
Regni sui Stabilitate et pro animæ Salute
instantius orare conentur. Et tantem
quod donavit prædictus Dominus Rex,
quidquid idem Adelbertus Comes Impe=
=rialis Juris in eisdem Villis sub benefi=
=cio tenuit, cum Mancipijs utriusq; sexûs
Mansarijs et Tributarijs Terris cultis et in=
=cultis, agris, pratis, campis, pascuis,
Sylvis, aquis, aquarum decursibus, Vijs et In=
=vijs, egressibus et regressibus, quæsitis et in=

qui=

inquirendis, mobilibus et immobilibus. Voluit autem ac precepit prememoratus Rex, quod homines super terram ipsius Cellule in Uff-haim iam manentes, quam posthac venturi pacem habeant, et coram nullo Judice, Abbate videlicet, vel precepto sive advocato vegantur, aut bannum persolvant, vel aliquod seculare negotium habeant, sed ipsi suigs successores easdem res, quieto ordine, per omnia possideant, et coram nullo Judice, nec coram censuali Magistro ab Abbate vel suo preposito eis constituto sine communi deliberatione pedant. Siquis autem hanc donationem aliquâ temeritate transgrediens res ejusdem loculi minuere vel destruere et homines prefatos infestare vel vi opprimere presumpserit, ante tribunal Summi Judicis reus existat, ac 30. libras, medietatem suæ Majestati ejusdem successoribus Medietatem Abbati persolvat. Quæ donatio facta est in Forchheim Anno dominicæ DCCCXCVII.

Annus Christi 898. Augiæ 875.

Obijt Romanus C.M. mense Februario. Sequitur Theodorus II. creatus 13. ejusdem quo mortuo 3. Martij Joannes IX. creatur die 12. ejusdem Mensis Martij.

Rogatu Archi Episcopi Hattonis dilectissimi Compatris sui Arnolphus Imperator, cuidam

Suo

suo Vasallo nomine Cennoni quandam rem
juris Cesarei in Turgouia in Comitatu Adal
-berti Senioris, hoc est, curtem in Villa Gach=
-nang nominata sitam, cum Salica terra
et decem dominicalibus huobis plenitèr ves=
-titis in eadem Marchia jacentibus, et ad
eam prefatam curtem semper jure pertu=
-entibus, edificijs, Mancipijs utriusq;
sexûs agris, terris cultis et incultis, pra=
-tis, campis, pascuis, sylvis, aquis, aqua=
-rum decursibus, vijs et jnvijs, egressibus et
regressibus, quesitis et inquirendis, omni=
-busq; intùs et foris intensilibus habendis
justè legitimèq; ad eandem prescriptam
curtem respicientibus in proprium posti=
-dendum donavit, jn cujus rei fidem hoc fieri
preceptum jussit, per quod Jmperator pre=
-dictus voluit, ut idem Cenno prelibatus
nunc et deinceps de ipso proprio, nullâ re
-sistente personâ, licentiam habeat, ac po=
-testatem habendi, donandi, vendendi, com=
-mutandi, seu quid quid libuerit faciendi.
Que acta est anno D.CCCXCVIII. apud
Kirchheim.

Annus Christi 899. Augie 176.

Arnolphus Jmperator, insignis ob merita
Nationis nostri, Compatronus sui, Augie
Benefactor, ex porrecto Veneno lente labes=
-cens, vel ut Hermannus habet, ex eodem

Veneno

Veneno paralysi dissolutus, vel secundum alios morbo pediculari infestatus moritur 29. Novembris anno regni 13. Imperij 4. In Basilica S. Emmerammi Ratisbonnæ Sepult⁹. Successit sequente anno Forchheimij electus Ludovicus IV. filius ejus septennis ad annos 13. cujus Tutor à Principibus designatus erat Hatto noster. Ham: Aaly.

Annus Christi 900.
Redempti Orbis Seculum X.
Annus Augiæ 177.

Obijt Joannes IX. 26. Martij. Successit Benedictus IV. creatus 5. Aprilis.

Floret hoc tempore Rudpertus ex Monacho Augiensi Episcopus Mettensis, Vir excellentis ingenij et eruditionis, ad quem B. Notgerus Balbulus Monachus S. Galli, quædam Græmata scripsit. Egon.

Annus Christi 901. Augiæ 178.

Annus Christi 902. Augiæ 179.

Vitæ excedit magnâ cum laude Rudolphus I. Episcopus Basilensis ex Monacho augiensi 29. Julij. Egon.

Annus Christi 903. Augiæ 180.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Annus Christi 904. Augiæ 181.
Defuncto Benedicto IV. 20 Octobris succedit Leo V. creatus 28. Ejusdem, quo etiam 6. Decembris mortuo, creatus est 9. ejusdem Christophorus.

Ludovicus IV. Arnolphi filius confirmat donationem cujusdam Isanrici, qui 6. Hobas in pago Apha in villa meningisinga ad monasterium Augiense contulit. Mon: Aug.

Annus Christi 905. Augiæ 182.
Mense Junio defungitur P. M. Christophorus, cui succedit Sergius III. creatus die 9. Junij.

Designat Hatto post septem supra decem Annos Abbatiam Elwangensem S. Adelberoni, S. Adalrici Augustæ, seu Castro magno, postea Episcopo Augustano.

Annus Christi 906. Augiæ 183.

Annus Christi 907. Augiæ 184.
Hatto Laurishamensis Cœnobij curam reliquit Liutherio ejusdem loci post se Abbati.
chron: Laurisham:

Idem Hatto Archi Episcopus Moguntinus reprehensibilem se fecisse traditur, ex duplici capite, 1mo. quod Ludovico IV. Adalbertum seu Aebertum Comitem Babenber-

=gensem

-gensem vel Bambergensem prodidum nec des-
-inaverit; 2dò, quod tempore Conradi I.
Henrico Aucupi Othonis Saxoniæ filio Duci,
postea Cæsari, torque aurea intoxicata mortem
machinatus sit; Sed planè grandis torquetur
injuriâ in Virum, gravissimis de Ecclesiâ &
Imperio meritis conspicuissimum, Virum
religiosissimum, summâ auditione, mag-
-nisqs Numinis favoribus plurimùm conspi-
-cuum, clarum Ingenio & Sanctitate, Ger-
-maniæ Decus &. prout ab auctoribus mitio-
-ris Sententiæ passim depræedicatur, Virum
Ingeniosum Herm: Hominem subtilis
Ingenij: annal: Fuldens: & Iamen ab ad-
-versarijs ceu hominem vaferrimum, calidis-
-simum, astutissimumqs homicidam ita
proscissum, & Iam alijs depictum coloribus,
ut Mabill. Tom III. Annal. Bened. ad annu
912., & novissimè Monachi Congregationis
S. Mauri Tom V. Galliæ Christianæ Parisijs
editæ 1731. circa folia 451. & 985. Hattonem,
quasi probrum Ordinis Benedictini ex numero
Monachorum expungant, dicentes, cum cum
Augiensi etiam Abbatias Laurishamensem
et Ellwangensem &. etsi non Monachum, in
Episcopatu retinuisse; Et Item: Successisse
Sundecoldo in Sede Moguntinense, simul
Abbatem augiensem, quanquam non Mo-
-nachum &. Cousqs tandem Deducuntur au-
-tores, ut pessimis alionum, fixè radicatis
& vix ac ne vix quidem eradicandis opinio nibus

Se-

seduci malint hominem à consortio suo eliminare, quàm innocentis, rerum et temporum circumstantijs pensiculatiùs discussis, causam defendendam suscipere. Nos, quod possumus, agemus, licèt authorum contra nos castra consistant, ut Hattonem confratrem et abbatem nostrum, decus ingens ordinis S. Benedictini defendamus, et opprobria in eum congesta, si non penitùs abstergamus, saltem dubia reddamus.

Quod Hatto Monachus S. O. B. et quidem in Augiâ Professus et Abbas fuerit, testis sit solus et unicus, sed omni exceptione major, Arnolphus Imperator, in Diplomate Augiâ Anno 892. descripto, ubi sua Cesarea Majestas Hattonem vocat: Venerabilis Augiensis Monasterij Abbatem ac Monachum - in divinis et humanis negotijs religiosum cognitum. Hoc testimonium Coronati testis repugnat non solùm Monachis Gallis, sed et Ekkhardo cuidam Sangallensi in Vita S. B. Notkeri, qui exstat Tom. 6. Antiq. Lect. Henrici Canisij cap. 18. ac Arnoldo Wioni Lig. Vit. lib. 2. cap. 26. qui scribunt, Hattonem istum Monachum et Abbatem fuisse fuldensem, non attendentes, se nomine aequivoco esse deceptos, et ignorare, alium quendam Hattonem non longè post in Coenobio fuldensi Monachum et Abbatem floruisse, qui in Anno 967. Metropolita Moguntinus consecratus fuerit.

Contra hos militant Regino Prumiensis, et Hermannus Augiensis in Chronicis ad annum Christi

Christi 899. Prior enim hoc illum encomio descri-
bit: Hatto Venerabilis Abbas in Mogontiacensi
Ecclesia Metropolitanus consecratur, qui hac-
tenus in Augia monasterio multorum Pater ex-
stitit Monachorum. Posterior verò ita habet,:
pro quo:/ Sunderoldo:/ Hatto Augiensis Abba
vir ingeniosus Archi Episcopus promovetur.
His refragantur Trithemius, Browerus, Sven-
timus et alij, qui omnes communi voce cla-
mant, Hattonem Augiæ fuisse abbatem, non
fuldensem. Certè si Monachi San-Mauriani
Reichardus, Mion, et alij Diplomata Arnolphi
inspexissent, fortè aliùm induissent animum.
Sed verùm hæc sunt respectu eorum, quæ dis-
quirenda restant.

Percurramus breviter Auctores, et consideremus circum stantias temporis, quo prodito Adalberti, vel Henrici Archipiscopatus ab Hattone fac-
ta aut tentata sit, et postea genus mortis, quo Hatto obierit.

Aliqui Auctores referunt, Adalbertum dolo Hattonis in mortem traditum Anno 888. ut Sigfridus Presbyter apud Cistercium. Sed Nota: Hatto eodem anno necdum erat Episcopus, sed Abbas Augiæ electus. Alij Ao 901: ut Ur-
spergensis Abbas, qui tam de hoc 908. alij 905. ut Otto Frising: apud Usserium, alij 906. ut alibi Bucelinus. alij 907. ut item Bu-
celinus, Hermannus, Chronica australis. alij 908. ut Marianus Scotus, alij 910. ut Sige-
bertus Gemblacensis, Ausius. alij 913. ut

Huldrius Mutius apud Cistonium. Quidam preter proditionem Adalberti Aram tentamen contra Henricum aucupem adnectunt, ut Mabill: Ao giz. Sigeb: Gembl: de Adalberto gio. de Henrico giß. Sed Nota: Hallo jam giz. obijt. Huldr: mut: giz. Busch: Brunner: Aus: Sclar. quidam vero abstinentes ab Henrico, solius Adalberti meminerunt, Velut Arnold Wion, Mar: Scot: Sifrid: Herm: Chr: austr: Otto fris: Raul: Zazius, Luitprand: urs: Stumpf: Alij item addunt Hattoni complicem in proditione Adalberti, Luitpaldum. ut Herm: Mar: Scot: Brunner. ursperg: Eue Concordiam Sed: authorum ni Specie facti maligni A anno recensendis.

Sed forte in genere A Anno mortis magis convenimus, audiamus. quibusdam febri Italica correptus discessit. ut Mabillonius. à quibusdam Morbo A angore ob detectam fraudem in torque aurea intoxicata, Collo Henrici injiciendo consumptus, vel sublimis ictu percussus scribitur. ut à Sigeb: Gembl: et alijs. modò dicitur devotatus à muribus, ut à Sifrido, et Wolfg: Lazio et alijs. modò à Demonibus in puteum ignis in monte Sicilie Athna Vivus precipitatus. ut in Compilatione Chronologica, Ausio, et alijs infensissimis Ecclesie Rustibus reperitur.

Annus quoq; obitus ejus diversimodè notatur, nam annum giz. habent Regino. Mabill: Lamb: Schafnaburg: Mar: Scot: Brunfano Cimarobo, An: giz. Herm: et Nos. Rudel:

Wion

Vion: Brusch: Otho Aicher: Hartm: Aus: Stumpf: Anno 914 Trithem: Compil: Chron: Anno 918: Urspperg: an: 918. Sigeb: Gembl: tandem annum 923. Sifridus. Quis queso ex tanta authorum discordia veritatem eruet? certè, cùm non sint conveniencia eorum testimonia, presumpho ni bono Habet pro Hattone accusato quidem, sed nondum convicto.

Atinquis, numquid & Hermannus, quem vestrum comprofessum esse contendistis, & supra cum alijs allegastis, eadem de prodi-tione Adalberti refert, respondemus: Numquid & Bucelinus & Brunnerus & Seratius referunt, quid inde, nego tamen illi factum impudens assertivè, sed narrativè, aut dici-tur relabaverunt, sic & Hermannus, ne videatur esse ignarus eorum, que vulgi ru-more spargerentur, rem sive factam sive fi-ctam nudè ac simpliciter recensel, cum ad-dito: ut fama est, fama autem tam tenax falsi, quam nuncia veri est. Sanctè proinde judicio usi sunt authores illi, qui de prodito-ne ejusmodi & probroso mortis genere, tan-quam de re minùs certa prudenter abstraxerunt.

Nunc audiamus Andream Brunnerum, Reginonem, Hattoni coevum, & Nicolaum Seratium, de hac materia pluribus disserentes. Brun-nerus quidem in Annal: Bojorum T. II. l. VII. post recensitam adversùs Adalbertum pro-ditionem inquit:

" Apud Reginonem tamen, nequid dissi-
" mulem, de Hattonis Vasramento Verbo
" nullum est, is enim Adalbertum obsidionis

" malis obsaturatum ultrò Suppliis habitu
" Ludovico se permississe scribit: quod eâ simu-
" -latione modestiæ illi se gnarum factumm
" crederet, eademqs opera Veterum malefacio-
" -rum impunitatem et novorum licentiam
" impetraturum; sed nimium improbâ
" spe excidisse, et factorum justa consilio-
" -rumqs poenas capite exolvisse V. id: Sept:
" 19. Sept:/

Ecce, ut videas amice Lector, quàm vera sint Bu-
-nei verba, ipsum Reginonem de Adalberto
ad Annum 905. loquentem audias.

" Eodem Anno inquit, circa Julium Mensem
" Ludovicus Rex Conventum generalem ce-
" -lebravit apud Triburias Villa regia, ubi ad-
" -esse mandavit sæpè dictum Adelbertum,
" ut ni presentia Optimatum regni pro se ra-
" -tionem redderet, et pacis conditionem, quam
" hactenus exosam habuerat, tandem aliquando
" deposità Crudelitatis Tyrannide, susciperet, et
" rapinis, cædibus, et incendijs saltem vel se-
" -riò quiesceret, sed his salutaribus monitis
" nequaquam assensum prebuit; Cernens
" itaqs Rex obduratum ejus animum et ni-
" -cepta rebellionis malitia obstinatum,
" collecto undiqs exercitu, cum in Castro, quod
" Tetrapolà dicitur, obsidione cinxit; Interea
" Egino, qui ejus individuus Comes in omni
" pravitate extiterat, ab ejus societate defecit,

et

" et cum omnibus suis ad Regis castra transijt.
" Protractâ igitur paulò prolixius obsidione,
" fractus animo Adalbertus ad callida argu-
" menta convertitur, et omni ingenio excogi-
" tare coepit, quâ arte obsidio solveretur, et
" exercitu ad propria remeante, oblatâ liber-
" tate potius ipse cum sibi faventibus dolos,
" quos in pectore volvebat, longè castègs effun-
" dere posset. Portis itagq; apertis à muni-
" tione exiens cum per pauis ultrò se Regi
" obtulit, supplex veniam de commissis
" exposcit, emendationem promittit. Sed,
" cum fraus, quæ struebatur, suis prodenti-
" bus fuisset detecta, custodiæ mancipatur,
" et in praesentia totius Exercitus manibus
" vinctis adductus omnibus adjudicantibus
" capitalem sententiam suscepit quinto Idus
" Septembris.

En omnem Argumentum rei progressum in quo Hatto noster nec minimam habet partem. De Morte Hattonis idem Regino ad annum 913. sic ait.

" Hatto Archiepiscopus obijt, vir adeò strenuus,
" et prudens, cui Herigerus succesit.

Ubinam hic dicitur Hatto Vaser, astutus, versutus, dolosus proditor? ubi jam speciosa circum stantia eductionis et reductionis extra et intra castrum Babenbergense Adalberti per Hattonem facta? ubi ejusdem Hattonis esuries et prandium ubi quid de pabulo murium, ubi quid de fulminis ictu, ubi tam mira è franconia in Siciliam Hattonis corporis manibus Demonum facta transcatio?

cato: ubi Hyginus ille Poeta, Hattoni in pulcum
Athne demergendo insultans.

" Hic peccata lues: hic quendo nues:
ubi alia fabulosa res, quas Luitprandus aut
Witichindus, aut alij ingeniosè affingunt, per quas
Otto Frising: & alij passim Authores deepti pes-
simè impegerunt. Hic non injustè subiisse-
mur, Stumpfio Apostata, qui Sanctæ pro-
fervie est, ut Regionem in testem fabulosæ
proditionis adducere audeat. cum tamen
nec verbulo, ut audivimus hoc in passu Hat-
tonis meminerit, scripsit autem planissi-
mus auctor & Abbas Cumiensis
Regino Chronicon suum Seculo IX. & obiit
biennio post Hattonem, & decennio post Ral-
berti cædem, anno nimirum 915. qui om-
nium ætate primus historiam hanc ævo suo
contingentem & quasi omnes circum stan-
tias vivaci in Memoria sibi hærentem li-
teris mandaverit.

Sed regrediamur ad P. Brunnenum, qui
postquam alteram etiam proditionem contra
Henricum Aucupem machinatam, ad quam
detestabilem operam Hatto Archi Episcopus
addixisse fertur. ex alijs retulisset, subjungit.

" Factum pessimi exempli, et ultimæ pe-
" -fidiæ sunt, qui ab Hattone amoliri laborant,
" & malim etiam ipse non credere favent ibus
" meliori sententiæ plerisq; Veterum, ea pote-
" -simùm ratione, quod Hattonis mortem

Athonis

Ottonis fabis præposuerunt, quò vivo nulla parandi Sceleris occasio esse potuit; Quod si Otho ad annum usq; decimum Sextum provixit, quod Fabricius quantumvis contra antiqua monumenta, sibi compertum tradit, absolvitur sanè liberali Sententia à parricidio Hatto, qui post decimum Sextum, nisi Annales nos fallant, Superstes non fuit; Sigebertum enim nil moramur, qui Hattonem decimo octavo demum anno Immolat. Solenne enim suum hic quoq; tenet, et Scriptorum agmen claudo fere aliquod annis posterior assequitur.

Hæc Brunnerus, ex quibus patet ipsum ut numq; facinus pro certo dubium vocare. Mortem verò Ottonis magni, Ducis Saxoniæ potentissimi A Gattis Henrici Aucupis, postea Romanorum Imperatoris non solùm Fabricius, sed et Joannes Cælestinus in Stemmate ducum Saxoniæ fol: 9. Aquilæ Saxonicæ, edit Venet: 1673. ad annum 936. refert.

Nicolaus Serarius, qui ex Professo de rebus Moguntiacis tractat, Lib: IV. in Hattone, ubi quis res gestas ab alijs authoribus relatas refert, præsertim ex Ottone Frising: de prodito Adelberto ab Hattone addit. Istam quidem historiam fere negat MS. I. /: fortè longior, nam alibi citat Codicem MS. minorem/ dicens: ex uno Witikindo petitam, in cujus tamen ultima Francofurtensi editione non sit.

Witikindus iste Monachus Corbejensis Vixit
jam Seculo X. ejus tamen Annales, teste
Meneſenio in Lexico Virorum eruditorum,
primùm impreſſi Basileæ Anno 1532. poſt-
modum eosdem Henricus Meibomius Senior
& Hervagius iterum in prelo commiserunt,
Sed heu. quod non vanè suspicamur, quàm
depravatus & in multis locis longè sibi alius
prodierit author iste, manibus haereticorum
in lucem publicam productus; hoc quippe
novatoribus fidei solenne est, sciunt nos do-
cent Conradus Vetter. Jacobus Gretserus, Di-
colaus Weislinger &. alij Controversistæ
ut dum auctores Catholicos edunt in publicum,
alia praescindant, alia immutent, alia,
quæ sibi pater mendacia indit, consarcinent,
praesertim quæ contra Decus Ecclesiæ Romano-
Catholicæ regalisq; Sacerdotij Vendentia fa-
bulæ, has ambabus ut ajunt manibus col-
ligentes, jam Speciosis Vobis & circum-
stantijs lectoribus proponunt, ut jurares,
eos actui talibus interesse corporaliter fuisse
presentes, aut auctores ipsos, quorum
nomina praeferunt, talia revera scripsisse,
id quod Ottoni frisingensi audisse potuit,
cujus Chronicon opera Urstisij Basileensis
impressum est Basileæ; Lucæ Dandi Ha-
noviæ per Justum Reuberum et aliorum
alibi per alios.

Quid ago mirum, si Scriptores Succedanei ni etiam
Cabantur,

labantur, haeterodoxi quidem genuini malevolum progenitorum suorum contra Clerum Pontifi-=cium æmulantes, Orthodoxi verò nomine & titulo auctoris, de se licet famosissimi, qualis est Otto Frisingensis rem suam stabilientes.
Et quis scit, utrum Hatto noster, Imbus respectivè Imperatoribus, Arnolpho, Ludovico, & Conrado à Consiliis intimis, Cor Regis, & secundus Imperator dictus, non suos habuerit æmulos, qui maximam ejus authoritatem lividis intuentes oculis, cui nisi famam ejus prosciendendo, nocere haud potuerint, adeoque, quemadmodum illic in aula Caroli Crassi Luithardum Episcopum Vercellensem Adulterij, sic hic in aula Ludovici & Conradi Hattonem Archiepiscopum Moguntinum parricidij falsò insimulare præsumpserint:
hoc tantùm discrimine, quod Luithardus solùm in vita, Hatto etiam post mortem linguis obtrectatorum sit Caspitus. Et quæso! cur Catalogi Abbatum Ellwangen-=sium & Laurisheimensium de Vastatione Hat-=tonis jam actum silent, cur metropolita-=num Capitulum moguntinense, si vera fuissent, quæ de Hattone spargebantur Crimina illicò post obitum ejus è Gremio augiensi ad candem sedem expedierunt alium nempè Hergenum vel Hergenum. quem Monachu augiensem fuisse, ex Catalogo quodam pe-=tetusto Archiepiscoporum Moguntinensiu probari posse contendit Dueliinus.

Hæc in Hattonis pessimè denigrati Vindi-=catio-

-cationem pro nunc sufficiant, si non cujvis Ar-
-bitrio, saltem nobis, quibus probabiliter
persuasum est, quod si amicus Candidus
Lector ea, quæ hic deduximus argumenta,
æquo nec præoccupato discussent rationis
Scrutinio, amsatum vel mâ nobiscum
mitiori sententia absolutorum, vel certè
dubietatis de veritate Scriptorum quorun-
dam stimulis agitatus, paulatim melio-
rem, pro Hattone animum Sit indutorus,
quem in re tam dubia, et auctorum discordan-
tia hactenus non constat convictum.

Annus Christi 908. Augiæ 188.

Circa hæc tempora ex Speciali Numinis pro-
videntia Hattoni, imò Augiæ obtigit mira
sors, qua Hatto idem unam ex Sex Hydriis
Canæ Galilææ, ubi Christus aquæ pallorem
in vini rubrorem convertendo, se primo mira-
culo coram discipulis suis manifestavit,
obtinuit. Quâ autem Viâ et ratione instruit
nos auctor Anonymus Vitæ B. Simeonis Schivi
Cosentissimi Dynastæ græcio postea Abbatis
Hyerosolimitani, tandem Monachi in Augiâ,
de quo plura ad annum Chr. 926. Extat hæc
Vita B. Symeonis in Codice Ms. membraneo,
in bibliotheca nostra, cujus auctor floruit
hoc Seculo X. qui translationem hydriæ
sacræ his formalibus describit.

" Commodum autem duco, ut ad id redeam,
" unde digressus sum, de prædicto Vasæ Sa-

= monem.

-monem habere, veluti cujusdam relatu compe-
hoc est, qualiter pretiosissimi pretij Margarita
ad insulam devenerit augiensem. Eâ nemp̃
tempestate quidam Rex Theodericus, ab anti-
-quissimo Potentissimop̃ Parente Vocabulum ha-
-bens Galliciæ Provinciæ Monarchiam denuò,
atq; ob augmentum, Statumq; regni allatione
Thesauri Superioris memorati Saluberrimè
est donatus, Aut idem referebat, à raptoribus
qui ab Jerosolymitana urbe secum abduxêre,
quidam negotiationes emêre, sibiq; detulere,
cui Stain insidebat animo, ut sita diam
fas sumpsere à rege Salicet francorum se se
alienare cui legitimè debuit subesse, coadu-
-navit cum suis, ut se defenderet, à Regibus
sibi conterminis.

Hujus procacis Verba Regis francorum animis
advolverant, qui dirè accipiens cogitabat inter
se, quomodò, Sciret prius suo dominio illum
subjugâret. quid plura? contractu undique
proinctu decrevit magno impetu in eum
irruere, nollet, vellet, ipsum totumq; regnum
ejus vi suæ potestati subjicere; unq; fa-
-cultatem cum eo equiparandi non haberet,
Summ Sertur Consilium ita moderari, quod
præcibatum Vas Sacrum Hattoni Moguntia-
-ensis Sedis Archi-Præsuli, Augiensiq; Coeno-
-bij procuratori eô tenore dedisset, quatenus
omni ambiguitate post posita prædictum
francorum Crinalem Sedaret, suaq; gratiæ
ipsum miseretur; his ita juxta utriusq; mentis

affectum Hattonis videlicet A Theoderici Consu-
matis Hatto Gratulabundus ad Insulanensem
cespitem hoc venerabile Donum detulit, ac cum
omni honore illuc collocavit, sicut adhuc Compatet.

Annus Christi 909. Augiæ 186.

Ludovicus IV. Omnium Antecessorum Suorum
Monrio augiensi Concessa Privilegia, maximè
de non Vocandis subditis ad Causam dicendam
coram Judice extero, item de libera abbatis elec-
tione confirmat sequente diplomate.

„In Nomine Sancte et individue Trinitatis.
„Ludovicus Divinâ favente Clementiâ Rex,
„si Sanctorum Locis et Monasteriis ab antecess-
„oribus nostris Concessa privilegia Nam nost-
„re regalitatis soliditate roboramus, hoc nobis
„ad temporalem et æternam vitam feliciter
„profuturum liquidò credimus.

„Quapropter noverit omnium S. Dei Ec-
„clesiæ fidelium presentis scilicet temporis et
„futuri Sagacitas, quia Charissimus Pater nos-
„ter spiritalis Hatto, Venerabilis Archi Episco-
„pus et Abbas Monasterij quod dicitur Sindleo-
„zes owa delulit ad conspectum nostrum an-
„tecessorum Nostrorum quedam precepta, glo-
„riosissimi videlicet Karoli magni Imperatoris
„Augusti et proavi nostri Hludovici Impera-
„toris, necnon Item Karoli Imperatoris se-
„cundi. Inquibus continebatur, qualiter supra
„dicti Francorum Principes eidem monrio
„pro auctoritatis monitione concessarant,

ut

ut nullus Judex publicus aut quilibet ex judiciaria potestate Ecclesias, Curtes, aut loca vel agros seu reliquas possessiones memorato Monasterio presenti tempore subjacentes, vel que deinceps in jus et dominium ejusdem monasterij divine potestatis augmento pervenerint, ad causas audiendas, vel freda exigenda aut mansiones vel paratas faciendas, sive fidejussores tollentes aut homines ingenuos et Servos super terram ipsius Monasterij commanantes injuste distringendos, nec ullas exhibitiones, vel bannos, aut inlicitas occasiones requirendas nullis temporibus ingredi, vel ea que suprà memorata sunt, exigere presumat, Sed liceat ejusdem Monij Rectoribus sub dominicae Immunitatis tuitione quieto ordine possidere per omnia, et quicquid fiscus specare exinde poterat, totum fratribus ibidem Domo famulantibus perpetuâ firmitate et auctoritate regiâ esse concessum. Quando verò divinâ vocatione abbates ejusdem Monij ex hac luce migraverint, quamdiu ipsi Monachi inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam Sti Benedicti bene regere prevaleant, firmissimam inter se licentiam habeant eligendi abbates; Nos quoq; supranominati honorabilis Archi Episcopi et Abbatis fratrumq; ibidem Dno famulantium Voluntati satisfacere cupientes, Vitaq; et tranquillitati eorum consultius agere gestientes etiam antecessorum nostrorum concessa

pri-

privilegia firmissimâ Cargitate roboramus, et Jussimus hoc nostre auctoritatis pre-
=ceptum inde conscribi, per quod decernimus atq; Jubemus, ut Sicuti ab eisdem Supra nomi-
=natis antecessoribus nostris Monrio illi et fratribus regiâ vel Imperiali Cargitate con-
=cessum est; Ita deinceps nostris futurisq; temporibus firmissimâ ratione permaneant. De
Privilegio verò electionis Sancimus per omnia, ut deinceps nulla se aliena intermittat persona,
Sed nostris futurisq; temporibus familiariter intrinsecus in electione fraterna permaneat.
Aut hoc nostre Auctoritatis preceptum in subsequentibus annis firmius habeatur, et
diligentius observetur, propria manu nostra
firmavimus et annulli nri impressione Sigil-
=lari Jussimus.

Signum Dñi Hludowici [P° H L I.] Serenissimi Regis.

Salomon Cancellarius ad Vicem Pilegrini Archi-
=capellani recognovi. Data XII. Kl Junij,
Anno ab Incarnatione Dñi DCCCCVIIII.
Indict: XII. Anno verò Supradicti pyissimi
Regis XVI. Actum ad Cotamum. In Dei
nomen feliciter amen.

Annus Christi gro. Augie 187.

Annus

" In gremio Christum gestantis pignus amorum,
" Quam graduum fratres proni super acta jacentes,
" orando tangunt, ac sancta per oscula lambunt,
" Altatus ad dextrum signat pictura beatum,
" Evangelistam Marcum, faciemq; decoram,
" sed Januarius levo sub margine pictus,
" orat quos ambos devotio nostra Patronos,
" Dirigi quos deo voluit Dominus Wthigowo,
" Ut defensores defendant undiq; tales,
" Nos ex insidijs hus adversantibus hostis.

Coelestia petit 4. Decembris Athwinus seu Och-
-winus Monachus Fugiensis, Abbas bergensis
propè Magdeburgum Episcopus Hildesheimen-
-sis X. alijs XI. qui praeter alia ingentia me-
-rita Cathedralem suam Basilicam Reliqijs
S. Epiphanij Episcopi Papiensis Papiâ Secum
allatis, condecoravit. Demochares. Ducl:
Jacob: Wichelm: Imhof. Trithemius verò et
alibi Ducl: ponunt obitum ad annum pre-
-cedentem.

Succedit Athwino in Cathedra Hildeshei-
-mensi Osdachus seu Osdagus Episcopus XI.
alijs XII. Idem Monachus Fugiae et Abbas
Bergensis, Vir doctrina non vulgari et Ingenio
summo pollens. Discrepant inter se authores
in annis regiminis ejus Trithem: in Chron:
Hirsang. habet annos 29. Idem Lib: 4. C. 208.
de Vir: illustribus O.S.B. numerat annos 28.
Wion cum 26. Episcopatûs annum attigis-
-se refert, et erratis accusat Democharem 4.
tantùm annos ponentem, cujus cum De-
-mochare opinionis sunt Ducl: Cras: Imhof.

Et

& certè ultra quadriennium non potuit eidem
Ecclesiæ præfuisse, si Episcoporum Hildesheimensium Successionem Chronologicam
accuratiùs attendamus

Annus Christi 987. Augiæ 264.

Hoc & sequentibus duobus annis Wittigowo
Basilicam Majorem in Augia ampliat,
& restaurat, sic perhibente Burchardo nostro:

" omnia quæ dixit, tribus annis ipse peregit,
" æquali forma faciens compage venustâ,
" Tale Deo templum, quo non spatiosius ullum,
" omni structura diverso stemmate fulcta;
" ut Dominus voluit, festinus & ipse paravit,
" Huic arcus, camijros & subdidit undigs sculptos,
" Gypso sub varijs & verno flore figuris,
" fecerat hos fectas & sustentate columnas,
" pulchrè de saxis distinctis atgs politis.

Annus Christi 988. Augiæ 265.

Annus Christi 989. Augiæ 266.

Annus Christi 990. Augiæ 267.

Wittigowo sexto regiminis sui anno, novam
Basilicam Majorem Augiensem consecrari
& gloriosè in cœlos assumpto Virginis Mariæ
ac SS. Principum Apostolorum honori, juxta

funda-

fundationis primæ Tenorem, nuncupari facit. De hac Basilica Ægis Consecratione sæpè dictus Docta hæc habet.

" Templi opus omne quidem cùm perduxisset ad unguem,
" Lectisia grandi templum solenne dicari,
" Fecerat in Sancto devotus honore Mariæ.
" Virgineigs Chori, pro nobis ùt preces proni,
" Et sub Apostoliis Petri Pauliqs coronis,
" Largitor Studij talis tibi Christe volenti
" Jura potestatis sex taliter indidit annis.

Osdachus seu Osdagus Monachus Augiensis Episcopus Hildesheimensis postquàm commissam sibi divinitùs Ecclesiam strenuè quatuor rexerat annis quievit in Domino, Sepultus in Summi Templi Hildesheimensis Crypta sub Choro pulchrè concamerata. Authores Suprà citati.

Otto III. Rex gloriosissimus confirmat cuncta Augiæ concessa privilegia Sequenti Diplomate.

In Nomine Sancta & Individuæ Trinitatis

Otto divinâ favente Clementiâ Rex, Enim verò, si Antecessorum nostrorum, Regum videlicet sive Imperatorum maximè quoqs Monasteriorum Cœnobijs concessa privilegia nostræ auctoritatis munitione roboramus non solùm Regum morem in eo decenter implemus, verùm etiam cum tranquillitatis securitate Viventium fratrum

oratio-

orationibus plurimùm adjuvari confidimus;
Idcoqs noverit omnium fidelium nostrorum
præsentium scilicet & futurorum Industria,
quòd Venerabiles Viri Willegisus Mogoncien-
-sis Ecclesiæ Archiepiscopus cum nostro fideliss-
-simo Alemannorum Duce Cunrado, necnon Wit-
-tegowo Augiensis Coenobij Venerabilis abba
nostris obtutibus obtulerunt Sanctissimorum
Privilegia Apostolicorum Stephani videlicet,
atqs Johannis, necnon præcepta Gloriosissi-
-morum Antecessorum nostrorum Impe-
-ratorum scilicet atqs Regum Karoli, Item
Karoli, & Ludovici, Chunradi, Henrici, Ottonis,
idem Patris nostri invictissimi Ottonis Im-
-peratoris Augusti. In quibus continebatur,
qualiter Supradicti Apostolici Viri religio-
-sissimi, necnon Christianissimi prefati Im-
-peratores & Reges eidem Monasterio Augiensi
per auctoritatis munificionem concesserant,
ut nullus publicus Judex, neqs Dux neqs
Comes, aut quislibet ex Judiciaria potes-
-tate Ecclesias ejusdem vel loca vel agros
seu reliquas possessiones memorato Mo-
-nasterio præsenti tempore subjacentes
vel quæ deinceps in Jus et dominium ejus-
-dem Monasterij divinæ pietatis augmen-
-to pervenerint, causas audiendas, vel freda
exigenda, aut mansiones, vel paratas fa-
-ciendas, sive fidejussores tollendos, aut ho-
-mines ingenuos, quàm etiam Servos, super
terram ipsius Monasterij commorantes
distringendos, nec ullas exhibitiones, vel

bannos aut illicitas occasiones requirendas, seu
nullum publicum placidum habendum,
nullis temporibus ingredi, vel ea, quae supra
memorata sunt, exigere presumat, et ut cen-
suales homines sive familiae in quibuscunq;
locis sint constituti pacem habeant, et
coram nullo comite regant, aut bannum
persolvant, aut seculare negotium habeant,
nisi coram Abbate vel ipsius Monasterij
advocato, sed liceat supradicti monasterij
rectoribus sub dominicae immunitatis
tuitione quieto ordine per omnia possidere,
et quicquid exinde fiscus sperare poterit,
totum fratribus ibidem Domino famu-
lantibus perpetuâ firmitate, regiâ liberta-
tate esse concessum. Insuper etiam obtu-
lerunt nobis scripta, in quibus continebatur
insertum quod Karolus Magnus imperator
concessisset, eidem Monasterio theloneum
de navibus, quae per flumina discurrebant,
necnon et de carris et sanguinarijs necessa-
ria ipsius Monasterij vel congregationis
ibidem Deo famulantis ejusq; familiae de-
ferentibus, undecunq; fiscus theloneum
exigere posset; pro firmitatis namq; stu-
dio postulaverunt nos praedicti venera-
biles viri, ut paternum morem sequentes,
hujuscemodi auctoritatis nostro benefi-
cium eidem Monasterio concederemus
et confirmaremus. Necnon et praecepta
offerentes, quod idem supradicti imperatores
Regesq; francorum, videlicet Karolus impe-

=rator, Avusq; ipsius Hludovicus Imperator
necnon et proavus ejus Karolus Imperator
Augustus eidem Monasterio concederent,
quandam partem census seu tributi, quae
eis annuatim ex Alemannia solvebantur,
videlicet ex centena Erihgeuue et Appho
nuncupata, necnon et Deuinam de pos=
=sione, quae in Albgeouue jacet, seu etiam
Honam ex fisco cujus vocabulum et Sachs=
=ach. Atq; etiam et nonam partem tri=
=buti, quae ex Brisagouue ad nostrum
exigitur opus. Haec autem superius com=
=prehensa, pro emolumento animae nostrae
ad idem Monasterium contulimus:
Quatenus Monachi stipendium necessa=
=rium habentes pro nobis hilarius Dñi
misericordiam exorare procurent. Sed
etiam statuentes praecipimus, ut Hone
atq; Decimae, quae pro nostra Eleemosyna
praedicto contulimus monasterio, primò
antequam summa censuum et tribu=
=torum dispartiatur, agentibus Monas=
=terij detur, et postmodum fiat divisio
partium, quae ad nostrum vel comitum
nostrorum jus pertinere debent. Nos
verò supradictorum Venerabilium Vir=
=um Willegisi Archiepiscopi suprà no=
=minati, Chuonradi Ducis petitionibus
simulq; nominati Wittegouuonis, cui
nos ob frequens ejus servitium regimen
Abbatiae dedimus voluntati satisfacere

Cu=

capientes, Aiam Antecessorum nostrorum con-
cessa privilegia firmissimâ largitate in tantùm
roboramus: ut eandem abbatiam ipse sine omni
invidorum obstaculo, quoad usqs vixerit, teneat,
ipsiqs Monachi secundùm regulam S. Benedicti li-
centiam habeant, postmodum eligendi abbatem,
inter se quem voluerint. Et jussimus nostre au-
thoritatis preceptum inde conscribi, per quod de-
cernimus atqs jubemus, ut sicuti ab eisdem supra
nominatis Antecessoribus nostris eidem Mo-
nasterio et fratribus regio imperio atqs largi-
tate concessum est; ita deinceps nostris futu-
risqs temporibus firmissimâ ratione perma-
neat. Et ut hoc nostre auctoritatis pre-
ceptum in succedentibus annis firmius ha-
beatur, et diligentius observetur: propriâ ma-
nu nostrâ firmavimus, et Annuli nostri im-
pressione sigillari jussimus.

Signum Domini Ottonis Gloriosissimi Regis.

Hildibul Episcopus et Cancellarius Vice Willegisi
Archicapellani recognovi Data XI. Kl. Maji,
Anno Dnice incarnationis DCCCC XC. In-
dictione III. Anno autem regij Ottonis reg-
nantis Septimo. Actum Moguntie feliciter
Amen.

Notandum: Exista confirmae
liquet, multa dam pon ti-
ficum, utpote Stephani et
Joannis, quam imperatorum

videlicet Chuonradi, Heinrici p. privilegia decesse.
Ajam Dñi 1593. desiderata, sed non inventa
fuisse.

Annus Christi 991 Augia 268.

Wittigowo Septimo regiminis anno Sugges-
-tum fabre factum in Basilica Majore con-
-stituit, altare construit Sacratum SSis
Michaeli Archangelo et Othmaro Abbati, Cam-
-panile quoq; minùs cum Campanis supra
chorum disposuit, et alia preclare ordinavit,
de quibus pergit canere Burchardus.

" Max ut Septeni devenit circulus anni,
" actùs erectam sursùm constituxerat aulam,
" Sancte dicata tibi Michael Archangele Christi,
" que micat Othmaro pulchrè paritergò beato,
" quam per utrumq; latus firmaverat ille benignus,
" cum turri gemina Celeti sub imagine facta,
" fornicibus curvis per circuitumq; reductis,
" ad quas ascensum monstrat gradus ese supinum
" Has inter pretij mercatus pondere magni
" Cymbala Signorum suspendit dulce Sonantum,
" Ante domùs Sancte limen postirta Marie
" excoluit pulchrum parvi licet aquoris hortum,
" Quem cingens muris, ac arcubus undiq; curvis,
" fecit Celestrem paradysum hic micantem.
" Quâ longe splendet templi decus, altaq; relucet,
" Hinc adventanti nova dans spectacula plebi,
" hujus in Ecclesie medio quam fecit et ipse,
" In gradibus positam sublimem sustulit aram,
" fronte sub adversâ, quo respicit ostia contra,

fr

Ad mos est, tabulam cui hinc prefecerat unam,
fulgentem solidis aur de mole talentis
per cujus medium speculum patet ene serenū,
quod pariter viridis vitrei manet atqs coloris
In quo quisqs sunm valet aplè cernere vultum,
siquis in ecclesiam gradiatur, vel previus ipsum
coram se promus nature posit ut usus
ene retro positum, nitilat spectabile totum.
Talibus in studijs me si senioris amantis
hoc per grande Deus se clausit septimus annus,
cuncta tantorum tibi sit laus Christe bonorum.

Circa hunc annum orbem per partum ingrediebatur Hiltrudis, futura uxor Wolferadi comitis Veningensis, et felix mater D. Hermanni contracti e Monachi Augiensis.

Annus Christi 992. Augiæ 269.

Octavo Regiminis anno Willigowo exædificavit in horto duas capellas, unam in honorem S. Bartholomæi Apostoli alteram SS. Erasmi et Heraclij Martyris. Verte cheim, et supè facto Poeta noster sic canente:

Ut sol octavi metam hinc volveret anni
hoc Paradisiaco coram fundaverat horto
Ecclesiam sancti prepulchram Bartolomei,
atqs salutiferum juxta sacraria templum
fecit Erasme tibi, simul et tibi Martyr Heraclī:
hoc statuit causam Dominus Willigowo per istam,
ædibus in sacris prefulgens ut locus omnis,

esset confugium, Spes Iusta, Salusqs precantium,
Illorum Sordes ut Christus dilluat omnes,
Sanctorum meritis intervenientibus ipsis,
nomen per quorum micat unum quodqs Sacellum.

Annus Christi 993. Regie 270.

Hono abbatialis muneris anno Willigowo
altaria singula precipuè Dnæ V. Mariæ
pulcherrimis pretiosissimisqs condecorauit tabulis
et honori S. Crucis et S. Marci extruxit aram,
auro et artificiosissimis picturis expolitam. Chron.
Hæc versibus exprimit idem Buschardus talibus.

" Sic ex octavo florens Virtutibus anno,
" ascendit nonum, quem cepit ducere totum,
" ornans aureolis altaria singula Gemmis,
" ante Maria unum Virgo prenobilis aram
" una sub ascensu graduum miranda paratu,
" Gemmis ac auro vestita nitescit ab illo,
" sicut et argenti plectro tabulata parati,
" cum quibus est laterum precingens undiqs de thum.
" Ara, quem lecti speciè circum tulit ipsi,
" Voceqs de nostra confessio dicitur alma,
" Hydria post ipsam Domini stans comminus aram,
" qua sitsi vinum fluxum precepit aquosum,
" orandum vobis adhuc fert dona salutis,
" Hinc item Marco, gaudens altare beato,
" et simul in Sancto crucis unum fecit honore,
" pulchre que cocto vestivit funditus auro,
" Et pinxit varie per gemmas atqs monile.

S. Berwardus seu Bernwardus, Comes de Sommers-
burg, qui teste Bucelino in Chronologia Mariano

Bene-

Benedictina ad annum 1015. primis Cucullum
in Augia divite amplexus erat, Deo hominibus
que commendatus, in Ecclesiam Hildesheimensem assumitur. Pontifex, ordine XIII.
alijs XIV. edificavit, dotavit Monasterium
S. Michaelis Ordinis Sti Benedicti profuit
annis 31. Vel ut Kranzius 29.

Annus Christi 994. Augiæ 271.

Hoc, vel juxta Baronium Anno 999. S. Wolfgangus nobilis Suevus in Augia tum Literis,
tum pietate optimè exercitus, promotore,
Ottone Rege Episcopus Ratisbonnensis
sanctissimus, omnigenâ Miraculorum
gloria, tam in vitâ quàm morte illustris,
ad gaudia Paradisi cœlestis transijt. 31. octob.
Sepultus Ratisbonnæ in Monasterio Sancti
Emmerami, cui, jam diu ab Episcopis administrato restitutis proventibus, proprium, magno illius bono Abbatem Ramoldum Monachum Trevirensem præposuit.
Anno Arnoldus Wion dicit fuisse Monachum
Trevirensem sive Augiensem. Trithemius
Trevirensem facit; Verùm monasticam
eum vitam in Deiparæ Virginis Einsidlensis
Monasterio amplexum esse, certus comprobatur.

Annus Christi 995. Augiæ 272.

Ad undecimum Regiminis ubi pervenit annum Wittigowo Ecclesiam S. Pelagij M.

propè

propè palatium Vulgò Sir Gfall dictum, restau-
=ravit & ampliavit, palatiumq; idem moenibus
cinxit. audi demùo poetam nostram rem
sic narrantem:

" Post ut in undecimum Venit feliciter annum,
" Commissas animas aequo moderamine frenans,
" Martyris Ecclesiæ Christi sub honore dicatæ
" est qui Pelagius canit ista Scriptura vocatus,
" Aedes inclusas, ac arcto limine sepsas,
" quas Structura priùs non congrua Justitiæ,
" Lumine quam nemo Sapientum viderat æquo,
" Arcens hanc Studijs fuetam minùs esse peritis;
" Nunc sic informem Cæsar instauravit ad eam;
" æquans pulvureæ glomeratum pondus arenæ
" fecit honorificum spatioso margine templum;
" haud procul hinc domus est regali stemmate fulgens,
" Clarima quid refero, conferbim Venerabilèo:
" moenibus & cunctis nostri doctrigq; paratis,
" in partes varias quæ solverat ipsa Vetustas.
" ædibus Ecclesiam gemmis, censuq; nitentem,
" quam circum cingens, & fundum latiùs augens,
" fecit opus clarum Domino prænobile templum
" adjungens omnem, qui congruit æde decorem.

Annus Christi 996 Augustæ 273.

Hujus Christi Vicarius Joannes XV. alijs XVI.
die 30. Aprilis. Succedit Gregorius V. dictus
17. Maji

Ottonis III. Epocha Imperij Romani in-
-cipit à die 21. Maji, cum Ottone Romam
ad coronationem profectus est cum Willigoso,

Adest Augia in Poemate Burchardi.

" Est nec multorum series revoluta dierum,
" Hic quod cum primis quos nutrit Suevia duleis,
" ad Latium Regem primus perduxerat orbem,
" Illius hinc juri frenans ferrare minaci,
" Romulidas acies advertit et inde petentes,
" milite cum multo, quem secum contulit illo,
" accumulans acies latè fuit imperiales.
" Dicebant Itali, subitâ formidine Cesi,
" tanta virtutis quem vos hunc esse putatis,
" Isti sepingero non contradicere nemo,
" debet, qui tantas hominum jacit ecce columnas,
" Hoc ut dixerunt, alij responsa dederunt,
" quam docet, atqs regit, nobis hunc augia misit,
" Suevorum Primas erit hic simul aureus abbas,
" utilitas nostri monet hoc, famulemur ut illi,
" Romani proceres hunc se sua cunctaqs tantes,
" Regi Cesaream mox imposuêre coronam,
" Cesar et augustus post hec est ille vocatus,
" His rita transactis remeavit Castor heriles,
" ad Premium sponsæ revirans sua membra quietè.

Mortalia descrit, auspicatus foeliciter æterna
Hus Gebhardus Episcopus Constantiensis
XXVII. fundator Monasterij Petrhusiani,
Sepultus Petrhusij in templo Monasterij à
se fundati, Itali cum Epitaphio

" Debita pars terræ, fallentia tempora spernè,
" et memorare vie, quam restatur tibi iste,
" Gentis honor noster jacet hic, gentis dolor atqs

Præsuit hic urbi, multum sed profuit orbi,
Hancq; Deo sedem templi fundavit et ædem,
Carli terrene Deus ignoscens miserere:
redde viam pistè, quia te dilexerat iste.

E gremio Celsmusiano deligitur S. Gebhardi
Successor Lantpertus seu Lampertus Episco-
pus XXVIII. Merst. et ad an: præced: Herm:

Annus Christi 997. Augiæ 274.

Willigowo Augiæ Abbas XXV. post plurimas res
præclarè gestas, Deo, à quo accepit, Spiritum red-
dit 15. junij, cujus Encomium Poeta noster ita
pangit:

" Quis vel quantus erit, pietas sua vitè probabit,
" quam si scire velis, nunc auribus ebibe cordis.
" Vivit enim castè gemino succensus amore,
" ac evangelico munitus corde sigillo,
" Serpentem nivea fovet absq; timore columba,
" omnis et invidiæ fugit illum pallor ubiq;
" Furgia sempervirit, tranquilla silentia posci,
" sed velut exemplis res est benè cognita multis
" gloriâ justorum furor est ac ira malorum,
" hunc ita tentari patitur permissio christi
" Quibus in adversis, minima sed parte nocivis,
" nam cùm per damnum fuerit quid mente molestus,
" armatur telis, quæ dat patientia fortis,
" Invocatq; atq; Deum, redimit qui protinus illum,
" Sæpiùs hunc tanto vidi fluctuare periclo,
" ut manus hostilis caneret cum voce jocantis,
" Qui sapias gaude, miser est jam pectibus ille,
" hostibus et lætis fit luctus amarus amicis.

" Interea

Interea domino clamans de pectore promptu
omnia sustinuit secum patienter agit,
post modicum Dominus venit, fit sicte redemptus.
Gloria venit ei, mox erubuere superbi,
Hic est de numero patientum damna beato.
cum domino quorum sunt regna beata polorum.
hucusqs Burchardus.

Quales autem tentationes, quave adversa equo pertulerit animo Willigowo author non explicat, sunt qui scribunt, Willigowonem exauthoratum esse, ut Mabill: et Buel: ad eam inducti opinionem his Hermanni Verbis: Augiæ Willigowene privatore quod non idem est ac exauthorato, sed morte abrepto, quia in Chronico ejus apud Pistorium expressè legitur: Willegowo obijt. repugnat sicuti eorum opinioni Diploma Ottonis III. supra ad annum 990. relatum, ubi Rex indulget, ut Willigowo Abbatiam sine omni invidorum obstaculo, quoadusqs vixerit teneat.

Sic satis concedente Willigowone abbatiali Cathedræ impositus est Hartwicus ejus nominis II. Abbas XXVI. Comes de Suez, teste Buel: quem alij Hevicum, Hedovicum, Hetwicum, et Hezonem nominant, fuit Monachus Augiensis valdè doctus, pius, religiosus, et prudens, necnon in rebus agendis exercitatissimus, ab ipso Gregorio V. Summo pontifice Romæ, Ottone presente hoc anno consecratus et Indultis Apostolicis annulatus, tandem ob ingentia merita Episcopus

=corpus Argentinensis designatus. Hermann:

Ipse quoq; Otto III. Augiæ privilegijs con=
=firmatis nova addit, ut patet ex hoc Diplomate.

In Nomine S. Dñi Otto miseratione divinâ
Dictus Imperator. Si Imperiales aures
nostras precibus nostrorum fidelium pro=
=bemus, non Consuetudines Solùm et bonos
Regum mores adimplemus, verùm ejusmodi
Etiam ministros nostros absq; dubio fi=
=deliores atq; promptiores ad nostra Ser=
=vitia incitamus. Cognoscat igitur omnium
Christi fidelium Cetus nunc et futuris tem=
=poribus, Hanemum Sancte Ecclesie Augiensis
Abbatem in profectione Romana Trans al=
=pes nobiscum proficiscentem, nostram Ce=
=saream Majestatem Supplicitèr accessisse
petendo, ut pro tali Servitio à S. Sede Apostol=
=lica in hac nostra aliqua singularia
Romæ dona impetrare mereretur; ut Mo=
=nasterium ejus suâ procuratione exaltaretur,
memoriaq; nostra à fratribus ibidem reli=
=giosæ disciplinæ et obedientiæ operam dan=
=tibus devòceps haberetur. Cum igitur nostro
Imperio atq; Sedi Apostolicæ adeo laudabile
Servitium præstiterit, honestum fore judica=
=mus, operarum absq; digna mercede vacuum
non dimittendum, Hac de causa nos domi=
=num Gregorium Papam patremq; nostrum
Spiritualem audentes, eidem Abbati ad pe=
=titionem suam Pontificalia Privilegia
et Bullas confirmatas, et in perpetuum du=
=raturas

=raturas, impetravimus, ut ipse Regius Succes=
=sores a plica Benedictione confirmentur, Dal=
=matica et Sandalijs more Romanorum Ab=
=batum in Solennibus Missis indutus celebret,
et à nullo, praeter papalem manum, se conse=
=crari patiatur. Praeterea Sequentia Decreta
alias Edicta nostrorum Praedecessorum Impera=
=toris Ottonis Augusti, Avi nostri, aliorumq;
Regum et Imperatorum, id est, Caroli 3tij
Ludovici ejus Avi, et Illustrissimi Caroli M.
ejus proavi, eidem Monasterio tradita, Imp̃li
authoritate praedictum Abbatem et ejus
Successores in praesentia Spiritualis Patris
nostri Gregorij ab omnibus Expeditionibus
et processionibus, exceptâ Romanâ, libe=
=rum et immunem decernimus, mandantes,
nequis Regum vel Imperatorum aliquod
subsidium vel obsequium ex debito et am=
=bitu Insulae requirat. Siri pro devotione
vel ab Abbate eò invitatus quis venerit, eam,
quam ibi invenerit provisionem cum gra=
=tiarum actione accipiat contentus: hoc
excepto ponimus et reservamus, si contin=
=gat Regem vel Imperatorem Ulmâ Tygu=
=rum proficisci, tunc Abbas in pago Min=
=dersdorff provisionem ac Servitia, quanti eò tem=
=pore haberi potuerit, praestet; Cujus hospi=
=tij Regum nemini in feudum detur. Ut autem
Venerabilis abbas praedicti Monasterij et Suc=
=cessores ejus eò ferventius divinis intenderint, et ad=
=haerent, nullam Regum aulam tanquam

ex

ex Debito et precepto adeant, et frequentent, nisi
aliqua necessaria negotia totius sacri Impedij
tractanda sint, et edicto omnibus Principi-
-bus simul Comitia indicerentur: Constituen-
-les, ne quis Secularium ullam in eodem loco
regnandi, imperandi, precipiendi et prohibendi
sumat authoritatem, nisi ab Abbate et fra-
-tribus placidè et amicè vocetur, in tempora-
-libus quoq; actionibus et negotijs nobis pro-
-pensis opportet, Venerandis locis auxiliatrices
et defensivas manus porrigere, Secundum Dei in
pace sedulo defendere, et sub religiosa disciplp-
-lina et obedientia militantes, dni nostrum
Deo famulantes per temporalia nostra do-
-na conservati, et alacrius provisi, eò reli-
-giosius ac diligentius in suis precibus nostrî
memoriam faciant. Patre verò Monasterij
de hâc vita decedente, nullus extraneus, sed
de Monachorum congregatione aliquis,
quem inter se ad tale servitium idoneum cog-
-noverint, Abbas eligatur, et eorum omnium
Magister habeatur, qui etiam à nulla pote-
-state deponatur, nisi, quod Deus avertat, fan-
-tis criminibus irretitus, in presentia Capi-
de Sacerdotali dignitate et ordinis gradu
dejici mereatur, Siquis autem hasce asser-
-tionis et confirmationis literas temerè
infringere vel temerare attentaverit, poe-
-nas Gregorij Papæ, qui predictas constitu-
-tiones sub anathemate confirmavit, in-
-currat,

= curret, millegs Libras Auri puri, mediam par=
=tem in fiscum nostrum, alteram predicto Ab=
=bati et suis successoribus solvat; Et ut hec
authoritatis et potestatis nostre confirmatio
semper inviolabilis permaneat, nostrâ manu
firmavimus, nostrogs Sigillo signari manda=
=vimus.

Signum Ottonis Tertij Invictissimi Imperatoris.

Helbehus Cancellarius Vice Petri Cumani Epis=
=copi Cognovi. Datum 22. Aprilis Anno ab
Incarnatione Christi 997. Indictione 10.
in presentiâ Papæ Gregorij V. Cooperan=
=tis et in omnibus confirmantis. Ottonis
Tertij regni 14. Imperij 2. Rome.

Ex adducto Diplomate Nota 1.mo Quod Alani=
=us II omnium Augiensium Abbatum primus
licentiam in Pontificalibus celebrandi ob=
=tinuerit; 2do Quod Abbas Augiensis à
Nemine, nisi Romano pontifice munus
consecrationis et Benedictionis accipere de=
=beat. 3tio Quod omnium Imperato=
=rum et Regum Edicta et decreta pro Augia
emanata, sint confirmata. 4to Quod
Abbas Augie ab omnibus processionibus,
exceptâ Romanâ, item à Synodis prestandis
nisi in casu Regis vel Imperatoris ultrâ
Tygurum Profecisentis, sit liber. 5to quod

quod Abbas ex debito aulam non adeat, nisi Com=
=missijs communibus inditis; 6.to quod Au=
=gienses liberam eligendi potestem Abbatis ha=
=beant, nec extraneus assumatur, nec electus de=
=ponatur, sine Gravissima Causa.

Annus Christi 998. Augiæ 278.

Otho III. Imperator Augustus per literas in=
=stituit Alawicum, qualiter se in regimine
Abbatiali gerat, refricat ejusdem memoriam
de gratijs per suum interventum à Papa
Gregorio V. elapso anno peractis: harum
Literarum hic tenor.

In Nomine Sancto et Individuæ Trinita=
=tis.

Tertius Otto divinâ ordinante Providentiâ
Romanorum Imperator. Recordare et sem=
=per pro Oculis habe Alawice Augiensium
Abbas Venerande, quàm benignè à paternè
à Summo Pontifice Gregorio per nostrum in=
=terventum Dalmaticâ et Sandalijs honoratus,
Apostolicâ benedictione consecratus, Privile=
=gijs donatus in divino officio inter participes
suos Videlicet Abbates refulgeas, Afixè in
mente conserva, ne unquam tanti beneficij
immemor existas, memento Nam ejusdem
pij patris nostri Gregorij Papæ Sermonis,
quem, dum pro te deprecaremur, retulit nobis
Dicens: Sunt nonnulli Cœnobitæ, qui intra
Claustri sui ambitum Cœlibem Vitam agentes,

magnâ

magnâ devotione degentes, plurimâ diligentiâ ab omni pravo opere se custodiunt: hi, si fortè aliquandò altiore gradu fulciuntur, ipsi iam Castores, quàm Oves perclitantur, et de meliore statu, ad deteriorem labentes, quasi morbidum pecus ex ignavâ pestilentia fascinantur.

Has ammonitiones Summi Patris nostri Gregorij, in Augiensium Abbas Alamice, ideo referimus, ne et tu de accepto honore exaeteris, quia Scriptum est, ubi pastor pedevia vadit, grex in precipitium cadit; cuius deplicit presertò exemplo Discipulis: sanâ doctrinâ, et operibus bonis, ut illi vitam tuam mundam et securam contemplentur. Ipsi te cupienti animo prosequantur. Insuper omne, quod necessarium fit, in victu et vestitu tempestivè exhibe, et omnem occasionem vagandi et exeundi atqs murmurandi penitùs exime, in una domo dormiant, in uno competente tempore insimul reficiant, et in una pariter radant. In infirmis autem fratribus plurima diligentia est attendenda, et in omnibus necessarijs vera Charitas est illis exhibenda. nulla parcitas, nulla tenacitas sive defectus minimè debent in aliis fratrum considerari, nam et balneis, adeò celeriùs convalescant, sicut Carolus illis constituit de Sylva sua, debent procurari. Hæc omnia attende, et fac, ut cùm ante Tribunal Justi Judicis perductus fueris, audire merearis: euge Serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, intra

in

in Gaudium Domini sui. Hæc præcepta, & am=
=monitiones sibi Venerabilis Abbas Hainrice
suisq; successoribus fieri jussimus ascribi & con=
=signari, ut & vos per hæc nostra præcepta ves=
=tros consortes atq; confratres ammodò in
Christo valeatis exhortari.

Otto, post Otto, regnavit Tertius Otto.

Signum Domini Ottonis Invictissimi
Imperatoris Augusti.



Heribertus Cancellarius VICE PETRI. Cumani Epi Cognovit.
Vice-Cancellarii.

Data 10. Cal. Maji Anno Dominicæ Incarna=
=tionis 998. Indict. 11. Anno Tertij Ottonis
Regni 15.to Imperij 3.tio.
Actum Romæ feliciter Amen.

Annus Christi 999. Augiæ 276.

Moritur Summus Pontifex Gregorius V. 18.
febr: Succedit Sylvester II. creatus 2. April.
Maximus II. primus Augiensium Abbatum
ab Ottone 3.tio Privilegium, jam argenteas
quàm aureas cudendæ monetas, consecutus
est. Choom: Aug:

Annus

Annus Christi 1000
Redempti Orbis Saeculum XI.

Annus Augiae 777.

Imperator Otto III. Alawicum II. Augiae Abbatem XXVI. ad Episcopatum Argentinensem promovit, et Sylvester II. Pontifex Maximus confirmavit. Guillimanno et ejusdem Sedis Episcopus XXXVII. Wioni, Reinochari, et Jacob: Wilhelm: Imhof. XLIII. Buchingeo XLVI. De eodem Herm: Mabill: Brusch:, Alsius, Stumpf.

In Abbatia Augiensi Alawico subrogatur Wernherus I. seu Werincharius Abbas XXVII. scribitur Vir doctrinâ et pietate insignis. ejus acta nullibi extant, Herm: Mabill: Bucel: usperg: f.

Annus Christi 1001. Augiae 278.
Circa hoc Saeculum variâ Poemata in honorem S. Marci Evangelistae à Musis Augiensibus composita sunt, quae habentur in MSStis Bibliotheca nostra. Egon.

Annus Christi 1002. Augiae 279.
Otto III. Romanorum Imperator Augustissimus dictus Mirabilia Mundi, erga Alawicum nostrum, Augiamq; semper propensissimus, cui de ejus munere obvenerunt, haec loca: Trichtolfingen, Aschenja, Dettenhausen, Dolershausen, Rum-

-tensem, et Ehinwiler; Otto inquam in Italia ex Venenatis Chiroteeis 7.4. Januarij, non 21. ut Crusius, nec 28. ut Urspeig: morte abrepitur, inde asportatus, interstinis Augusto conditis sepelitur Aquisgrani. Anno Regni 19. Imp: 7. Succedit S. Henricus II. à die 6. Januarij cujs Augiensibus addictus. regnavit annis 22. Hum: Cod: et alij

Annus Christi 1003. Augiæ 280.

Sylvester II. obijt 12. Maji, Successor ejus Joannes XVII. alijs XVIII. creatus 6. Junij eodem anno Mense Octobri die 31. mortuus.

Annus Christi 1004. Augiæ 281.

Navicularn Ecclesiæ gubernandam Suscipit Joannes XVIII. alijs XIX. creatus ig. Martij.

Annus Christi 1005. Augiæ 282.

Hlawicus Episcopus Argentoratensis apud S. Henricum Regem tantùm valuit, ut ipsum Argentoratum in ejus gratiam Eidem et Successoribus Episcopis Subjecerit. at nostris temporibus Subjacet Regi Galliæ. Cruell:

Exotica Scribit: si tamen Scripsit: Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis in Chronico Hirsaugiensi Editionis Sangallensis ad hunc annum fol. 148. 1mo mortuo hoc anno Helyserio Monacho et Scholastico apud S. Gallum in Suevia Successisse in docendi

munere

Munere Hermannum Contractum Monachum, eiusdem Coenobij S. Galli, p. 2do Hamannū mortuum esse Anno 1043. 3tiò in S. Gallo plusquam 38. Annis Scholæ præfuisse, 4to in Lib. de Vir. Illustr. O. S. B. C. 84 ait: Hermannum claruisse anno 1060. Respondetur interim breviter, ad 1mum Hermannus tunc nondum natus erat, sed nascebatur primùm Anno 1013. ut ipsemet testatur in Chronico. ad 2dum Annum obitus Hermanni 1054. præter Cistercium et Dechtoldum Constantiensem continuatorem Hermanni, totus authorum torrens allegat ad 3tium Hermannus 41. annum vix attigit, necesse ergo fuisset, eum jam trimulum docuisse. ad 4tum Implicat, extinguī Ao 1043. et clarere aō 1060. ubi S. Galli monasterium situm sit, an in Suevia, an Helvetia, nemini dubium. de his et præsertim de Monachatu Hermanni agemus fusiùs, ex C. Egonio nostro infra ad annum 1035.

Annus Christi 1006. Augiæ 283.

Wernherus I. seu Werinharius et Werinhardus, Abbas Augiæ XXVII. ni fata concedit fatalem relinquens fratribus electionem, qua factiose, et vobis inter se dispersis elegerunt quendam Augiæ Monachum, Henricum, hominem insolentem et simoniacum, mox tamen à S. Henrico Rege, quamvis ab eo peuneis acceptum, rejectum, unde meritò abbatū numero expungendus est. Herm.

Malo Successit pejor, Scilicet Ymmo, Monachus Gorziensis et Abbas Brunwiensis, nomine quidem Abbas Augiæ XXVIII. re tamen Tyrannus, qui erga Subditos sibi religiosos nimium dirus quoniam alios incarceravit, alios nimijs jejunijs et verberibus castigavit, alijs in exilium missis, alijs sponte ex Augia recedentibus. Quo tempore nobile Monasterium ingens in Libris et Thesauris Ecclesiæ pertulit detrimentum sic fatis et peccatis ferentibus ob discordiam fratrum modo dictam Herm: Ohem: Duel:

Effulget circa hæc tempora Ruppertus, Ruodpertus, et Rudolpertus, Monachus Augiæ Hirsaugiensis, Matris B. Hermanni Contracti patruus, nobilis, de stirpe eodem Hermanno, et Bertold docte facetus, qui dammum Augiæ illatum per Ymmonem prosa et carmine flebiliter deplangit: quod opus interijt.

Annus Christi 1007. Augiæ 284.

Annus Christi 1008. Augiæ 285

Post biennium ob crudelitatem exercitam et damna Augiæ illata, Ymmo à S. Henrico ex Augia pulsus meliorys mitiorys succedit Berno, sive Bern, vel Bernardus, qui et quod Duel Deus dicitur, Monachus Brunwiensis, Abbas Augiæ XXIX. ex Mandato et Commissione Joannis XVIII. al: XIX. à Lamberto Episcopo Constantiensi consecratus. fuit sanè

Berno

Berno Vir Integritatis, facundiæ & Ingenij, Si-
=mul ac Sanctimoniæ laude abundans, humilis
& conversatione Sanctus, in divinis & humanis
literis atqs Scripturis eruditus, Musicus, & Coe-
=la Insignis, qui totum animum & omnem cu-
=ram et Industriam posuit in eo, ut dispersi &
ejecti aut sua sponte è Coenobio egressi, ut Suprà
dictum, fratres iterum ad monasterium redi-
=rent. Certè omnes bono suæ Sanctitatis, pru-
=dentiæ, solertiæ, discretionis, aliarumq; Vi-
=rtutum odore brevi attraxit, ac proinde Sacra
Augia iterum coepit sub eo mirum in modum
florere, colere virtutes, alere artes, in regula-
=rem disciplinam magno fervore incumbere,
et Iam bonarum familiarum, quàm nobi-
=lium, Ducum, Marchionum, Comitum,
Baronum filios in religionem Suscipere.
Hi primo statim Veneris sui anno Or-
=dinationes fecit, quibus designavit, quo
tempore & qualiter plebanis, Canonicis &
Capellanis in Insula residentibus charitas
& prandium in refectorio fratrum Augi-
=ensium prosterni. Quas ordinationes,
quia in latinum traductas non vidimus
eas in vernacula lingua apponere maluimq.

Cozus Ino Guriam Zuingle von Abbt
Ennugarten Ruing Ennigarischam,
Vor German, und Erzlonum in Ir
Anigurio gasyssen gehan, Zů vorlesen
Zeitigum Sin Carisatum und Mastzeit
im Gesto Gerych gehan sollen werden.

JS

Ich Benzenau in dem Nahmen Gottes un-
-würdiger Abbt zu Aue, von Zitt unser
aufgesatzten und bestwohnenden Brüdern
Gehen, Wir mit Ihr zum Zuschreiben bestoss
und bestimbten, wir sind und welcher Zeiten
jetzo die Pietaten oder Caritaten unsrem
Gotzhauss zuwerfalb der Insul, sy seyen
in dem Fall Cyonis oder Nationis geyrben
sollen werden, auf das solches mit den
unsrem Nutzkommen, Lauge der Zeit
selber, als ehnischoss bestehen möchte, in ver-
-gessen kommen; Wir nehmen auf den
acker jährung den Zehnten, jedoch unser zur
Zeit, und zur Mehrung des Gotteshauses
schon Wir noch zwölff Hüfen, welche Caritat,
wir allen mit Gottes Almuss und Liebe zu Hau-
-segen Zeiten zehnten und verwenden.

Erstlich 3. Krey zu Ehren.
Item auf die Auferstehung des Herren.
Item auf St. Philippi und Jacobi.
Item auf Unser Frauen Geburtstag.
Item auf St. Mathei, Simonis et Judae
Apostolorum.
Item auf Allerheyligen Tag.
Item auf die Conceptionem St. Annae und zwölff Boten
Item 3. Krey auf Weinachten, und eine
achten Tag.

Item

Item auf den heiligen drey Königs tag.
Item auf unser Frauen tag Liechtmeß.
Item auf S. Matthis tag.
Item auf die Verkündigung unser lieben
Item auf die Hochzeitlichen tage unser lieb-
en Frauen und Heidenreichs.
Aber nimt Conventus im Chor Herren zu Nie-
der-Zell.
Und auf S. Georgen tag nim besuchen im
Chor Herren zu Ober Zell.
Item auf die Feyer tag der Bischoffen Egonis
und Hattonis Bischoffen.
Diese tage bringen in einer Summa 25. tag.
Was aber, und wie viel zu geben, wissen
wir jetzt in der gestalt: Einem jeglichen
werden gegeben ein halb Pfund Brodt.
ein Mahlzeit, ein Schüssel gemüs, zwey
Essen von fleisch, oder fisch, zwischen diesen
Essen setzt man der Trinken oder Wein,
oder beyneß. Dieses alles solle in das Closter
Küchin bereit, und in dem refectorio von
einem Conventbr, welcher von dem Abbt oder
Probst verordnet, mit fleiß gebracht
und fürgesetzt werden; darüber wollen
und setzen wir, daß alle Unsere Herren
auf die Hochzeitliche tag, auf S.
Marx tag das Evangelistens, auf S. Januarij
und auf unser Frauen tag, da sie zu

Einmal

sinnal Jahr in unserm Chor gehalten, und in unserm Refectori, wie nun ab Zeit Zumahl Gaben nicht in aller Freundschaft und Liebe geschieht worden. Damit ab in aller ingenommen Lob Ehren Gottes geschehen, Ihro gleichen weiß unsern ungestümte Frolichs und Ehrliche Visitation werde.

Die Ehrwürdige Herrn Joannis und Friedrich, so bisher die Visitatores gewesen sind, sollen im Chor und Refectori Ihro nunmehro ansetzen und ab solches Ihr Amt, unser Fürsehung desto Reichlicher gehalten werde, haben wir ihnen mit unserm Siegel bestätigt.

Ihr Probst Dietherr Gabuniskirchen-
=stiftern.

Datum von Ihro Manschwarchung Ab Seyn
Anno MVIII. Indict. 6. in dem Ersten
Jahr Ihro Fürstlichen Abbte Herrn. J.

Annus Christi 1009. Augiæ 286.

Moritur Joannes XVIII. alijs XIX. 18. July.
Succedit Sergius IV. creatus 2. Octobris.
Wolferadus Comes, Hildegundem Piligrini et
Bertradæ filiam uxorem duxit, ex qua pos-
=tea 15. liberos procreavit, inter quos Iam
B. Hermannus cognomento Contractus,
Monachus Augiensis. Herm:
Bano novam Basilicam S. Mario Evange-
=listæ dicandam molitur. Bucel:

Annus

Annus Christi 1010. Augiæ 787.

Alawicus II. olim Abbas Augiæ XXVI. Episcopus Argentinensis, mitram, pedum, et Vitam deponit Argentinæ. Variant ut plurimùm authores in Anno obitus hujus Alawici; tribuit namqs Imhofius Ejusdem regimini Episcopali annum tantum unum. Guillimannus tres. Bucel: in annal: Benedict: sex. et arguit Guillimannum Erroris, quòd quatuor annos ponat, qui tamen tres tantùm ponit, Idem Bucel: in Constantia Rhenana habet septem. Buschius et Urspelg. octo. Crusius tamen dicit eum obijsse anno 1006. Wimphelingius et Buchingerus tam octo. Wion, Menn Scutus noster B. Joannes Egonius novem. tot tam Demochares sed obijsse dicit anno 1006. Sicut Crusius. qui paperam numerant ab anno promotionis ad Abbatiam augiensem. Nos in tanta incertitudine Scuti annales nostros hunc obitûs Alawici annum statuimus.

Senior Wolferadus Comes, paternus avus Hermanni Contracti, Clemens et Justitiæ Senex, miles suosqs proclamus 4. Nonas Martij: 4. Martij: jam Senex moritur. Ham: Rom: Auct:

Annus Christi 1011. Augiæ 788.

Annus Christi 1012. Augiæ 789.

Defunctus est Sergius IV. 13. Julij. Successor ejus Benedictus VIII. creatus 20. ejusdem.

Annus Christi 1013. Augiæ 290.

Huius Anni dies 28. Julij D. Hermanno Con-
=tracto postea Monacho Augiensi Cunabula
prebuit, filio Wolferadi Comitis Veringensis,
et Hiltradis, Pilgrini, et Bertradæ filiæ. Heim: ipse

Hi pij conjuges Wolferadus et Hiltrudis
prima initia posuêre Isnensis Cœnobij, quod
Dapiferi à Waldburg postea Complet̃arunt.
Lapius.

Annus Christi 1014. Augiæ 291.

Epocha Imperij Romani à die 14 febr: qua D.
Henricus à Benedicto VIII. Coronatus est
Imperator.

Berno cum egregia Comitiva Suorum Mi-
=nisterialium Romam cum Cæsare profectus,
Coronationi interfuit. Bulaeus.

Annus Christi 1015. Augiæ 292.

Laborat strenuè Berno in Structione Do-
=mus Dei Buel:

Annus Christi 1016. Augiæ 293.

Berno hoc anno inscribit S. Henrico Impe-
=ratori insignem librum de vera Laude Regis
Imperator verò in villa Donamarachirieha
29. Augusti, Speciali privilegio confirmat
Antecessorum suorum Largitiones Augiæ
quomodolibet factas, additis novis. Buel.
Tschudius. Heim.

Confirmationis Tenor hic est.

In Nomine Sancto et Individuæ Trini-
=tatis. Amen.

Henricus

Henricus divinâ favente Clementiâ Roma-
-norum Imperator Augustus.

Si Nos Antecessorum Nostrorum Regum
et Imperatorum ante omnia Monasteriorâ
impertita Privilegia authoritatis nostre-
-quitione firmamus, non solùm inde bonis
regum Consuetudinibus egregiè satisfacia-
-mus, sed firmiter etiam confidimus à Vivenn-
-tium fratrum precibus multipliciter nos-
-tre quieti et stabilitati consultum iri,
Noverit igitur omnium nostrorum fide-
-lium, Tam presentium, quàm futurorum
industria, Venerabilem Canonicum Abba-
-tem Monasterij, quod Lindaugia nun-
-cupatur, in honorem S.te Dei Genetricis
et Semper Virginis Marie, et Principis Apos-
-tolorum S. Petri extructi, nos accessisse,
et nonnullas obtulisse antecessorum
nostrorum Constitutiones, de strenuissi-
-simi Imperatoris Ottonis primi, Caroli
tertij, Ludovici, avi ejus, et Illustrissimi Im-
-peratoris Caroli Magni, proavi ejus, que con-
-tinebant, predictos Principes Francorum
eidem Monasterio Augiensi munificione
sue authoritatis et Sigilli Concessione, ne
provincialis Judex, Princeps, Comes, vel qui-
-libet alius Magistratus, Ecclesias, Cagos,
Loca, agros, predia, et possessiones sibi sub-
-jiciat, vel que postea pro sue divine Clemen-
-tie augmento, Monasterium acquisierit,

ut

in suam Jurisdictionem et obedientiam trahat, exactiones instituat, servitia postulet, oppignorationes faciat, hominibus sive liberis, sive servis in terris Monasterij habitantibus præcipiat, vel interdicat, a eis servitia ad proscribendum vel puniendum exigat, vel in alijs injustis officijs convocet, publica judicia instituat vel dicat, et omnia ut Superà præsumat requirere, aut censuales vel ministeriales Coenobij ubicunq; habient, in bona pace et defensione à nullo comite gubernentur, nullas poenas solvant, vel aliqua seculania servitia prestent, sed ab abbate solo, vel Monasterij præfecto regantur, prædicti gubernatores et officiales semper et in omnibus teneantur, dare operam ut sua juxta Imperialia privilegia pacificè possideant. Quod etiam Imperialis fiscus ab eis colligere potuisset, totum fratribus ibidem Deo famulantibus regali munificentia perpetua simultudine concessum et traditum esse; Ad hæc prædictus abbas alias monstravit litteras continentes, Carolum Magnum eidem Monasterio Telonium de navibus per aquas descendentibus et ascendentibus, de ponticibus plaustris, curribus, et Sellarijs equis, monasterij necessitates suæ congregationi Deo ibidem famulanti, ac servis suis afferentibus, unde vel à quo Magistratus Telonium postulare posset, tradidisse atq; con-

consuliſſe, Rogare itaq; Venerabilem Abba-
tem, ut intuitu Industriæ prædeceſſo-
rum nostrorum laudabilem eorum con-
suetudinem sequendo, omnia hæc authori-
tate gratia et munificentiæ nostræ eidem
Monasterio concederemus, et rata esse vel-
lemus, obtulit etiam alias literas quo-
rundam Principum Franciæ, videl. Otto-
nis Imperatoris, Caroli tertij Imperatoris
Ludovici Imperatoris, avi ejus, et proavi
ejus Caroli Imperatoris, continentes,
eos tradidiſſe partem tributi ex Suevia
centesimam, quam annuatim ex Ergovia
et Aphon partem capiebant decimam par-
tem quæ ex Brisgoja ad nostra servitia re-
petitur. Præditos articulos pro animæ
nostræ remedio dedimus Cœnobio, ut Mo-
nachi necessariam sustentationem habentes
alacrius misericordiam Dei nobis impetrent,
mandantes, ut nona, vel decima, quam nos
pro Eleemosyna prefato monasterio contu-
limus, prius, antequam Summa tri-
butorum vel censuum distribuatur Cu-
curatori Monasterij detur, post pars il-
larum partium nobis vel Comiti nostro,
justè debita; Cupientes ita dicti Venerabi-
lis Viri petitioni satisfacere, prædeceſſorum
nostrorum Privilegia firmiſſimâ autho-
ritate firmamus, Eo tempore, quo divinâ
vocatione abbates de hac vitâ migrant,
quamdiu Monachi inter se invenerint ido-
neum, qui juxta regulam S. Benedicti dignè

praesse poterit, firmissimâ sanctate ex consensu Regis vel Imperatoris abbatem eligant; Et hoc Mandatum nostre authoritatis conscribi jussimus, precipientes, ut ea, que ab antecessoribus nostris eidem cenobio et fratribus regali et Imperiali gratiâ et munificentia concessa, et predicta sunt, sic nunc et futuris temporibus, firmissima maneant; Et ut nostre authoritatis preceptum futuris temporibus firmius diligentiusq; servetur, manu nostra firmavimus, nostroq; sigillo signandum mandavimus.

Signum Domini Henrici invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

Guntherius Cancellarius ad vicem Erchenbaldi Archicapellani recognovi.

Data 29. Augusti, Indictione 9. Anno MXVI. anno Henrici Secundi regni 13. Imperij 3. actum in Villa Domanarchinia.

Hoc eodem anno in Augiâ Insula 17. Cal. Novembris /16. Octob:/ novem naves, hominibus promiscui sexus plene, aquis submerse sunt. Ausius.

Annus Christi 1017. Augiæ 794.

Annus

Annus Christi 911. Augiæ 188.

Ludovicus IV. Rex, filius Arnolphi Cæsaris in flore ætatis, nondum annos 20. natus vitam absolvit post Mensem Junium Ratisbonæ sepultus, anno Regni 13. Eo quocante Mensem octobrem electus est Conradus I. ex Duce Franconiæ, Hassiæ, Wetteraviæ frisiavæ ab Hattone Archiepiscopo Moguntino Aquisgrani in Regem Germaniæ coronatus Mense Xbri.

Arnoldus Comes de Lenzburg, Maritus Hemmæ filiæ Odalrici Neptis Adelberti, Abneptis Humfridi Comitum Rhætiæ mortalitatem exuit, manente apud Hemmam SS. Cruce A Sanguine Dñi. Dec Aug. Schennis et alia.

Annus Christi 912. Augiæ 189.

Obijt Sergius III. 6 Decembris. Sequitur Anastasius III. creatus 4. octobris.

Annus Christi 913. Augiæ 190.

Hatto Monachus et Abbas XVII. Augiæ, Episcopus Moguntinus L. Archiepiscopus X. ejus Nominis I. Abbas Elwangensis XI. et Gubernator Laudisheimensis, post multos exantlatos pro Ecclesiâ Imperio, et Monasterij Augiensi labores cùm magno cum fructu et Laude præfuisset Archiepiscopatui Annos 21. Augiæ verò 25. Vitâ functus, juxta Chronicon nostrum Idibus Junij (13. Junij) juxta Necrologium Laudishamense et Schennacense XV. Calendas Febr. (18. January) sepultus Moguntiæ, cui in Archiepiscopatu Successit Heriger, de quo suprà, in Abbatiâ verò Augiensi Hugo Abbas XVIII. Monachus Augiensis Vir doctus ac religiosus, qui cùm ab electionis die

unius

mus tantùm anni spatium ad abbatiæ ad=
=ministrationem habuerit, aut nihil scitu
dignum edidit, aut certè injuriâ temporum
ad nos usqs perlatum non est. Herm:

Annus Christi 914. Augiæ 191.

Anastasio III. 25. Novembris mortuo Suc=
=cedit Lando creatus 4. Decembris.

Regnum vix uno anno baculum pastoralem
exutus mors 13. Octobris Hugoni Abbati Au=
=giæ XVIII. quem sors electionis fratrum
tradit Thietingo Abbati XIX. Monacho Au=
=giensi Viro singulari doctrina & pietate insigni,
qui pauca post se reliquit scitu digna, quæ ob
ungarorum incursum, pene totam Alemanniæ
igne ferroqs vastantium, notari non potuerunt.
Herm:

Annus Christi 915. Augiæ 192.

Obijt Lando Pontifex M. 25. Aprilis Succedit
Joannes X. creatus 30. ejusdem.

Thietingi abbatis tempore B. Symeon
Bardo cognomine ex Dynastis Achajæ Mo=
=nachus & Abbas Jerosolymitanus, inventâ
in Augia hydria sua furto olim sibi ablatâ,
cælii fratrum Augiensium inseri petijt &
obtinuit, de quo versus:

Dux Hydriam Bardo, quæ perdita tempore longo,
est, indagavit, loca plurima cum peregravit.

Qualiter Beatus iste Symeon in Augiâ excep=
=tus sit, refert ejus vitæ Supra citatus Scrip=
=tor his verbis:

Deinde summa cum devotione idem præ=
=fatus vir, ut devoverat, penè omnia circu=
=ivit

=ivit loca. Cum jam ad nostrum, hoc est, Au=
=giense Monasterium deveniret, itags manè
primo orationis causa ante Ecclesiæ Januas
procidit, ac obnixis omnipotentis Dei Clemen=
=tiam precibus implorabat, ut citò potuisset in=
=venire pro quo tam diu cœpit laborâsse. Cumgs
orandi opportunitatem perageret, quidam ex nost=
=ris patribus, Wernherus, scilicet et Luithardus
[: is ipse, qui post Hebertum factus est abbas XXI :]
claustrum egressi cum Stantem Videntes his
verbis compellare cœperunt, Ave Pater, hospes sa=
=lutaris! quibus aboris nostras adisti sedes? cu=
=jusve negotij gratiâ? ad hæc ille: Domini, inquit,
quam libenter mei molestiam itineris per totam
vobis denudarem, si Christo dispensante aliquod
consolationis mihi potuissetis inferre. Illi
vero vale sibi exhibuerunt responsum; si quid
tibi incommoditatis sit, dicito, portassis etiam
aliquod in exponendo aut profuturum tuo nego=
=tio. Compellatus tam amica consolatione
rem per ordinem eis enucleavit. Quid plus di=
=cendum, introduxerunt eum Basilicam
sanctæ ac intemeratæ Dei Genitricis Mariæ,
ut venit ad altare S. Januarij Beneventanæ
civitatis Episcopi, statim visa re jucundissi=
=mus Effectus, sonorâ voce patrum proclamâsse,
ecce Hydria! hydria Dñi Nostri Jesu Christi,
quæ aquâ refecta ejus benedictione Vinum
propinavit, et aliis citius præcucurrit, eamgs
amplexatus est, ac tantæ visionis gaudia
extrahebant lachrymas cumgs sancta con=
=gregationis fraternitati inserebant, sique

factum est, ut â cunctis loci illius patribus quasi filius in Domino Charissimus à minoris autem statis patribus haberetur ut pater optatissimus.

Premit Vestigia eunctis nuper ad eternitatem Mariæ Arnoldi Comitis de Lenzburg uxor Hemma 16. Aprilis quæ genito ex Arnoldo filio suo Adalrico seu Udalrico S.S. crucem et Sanguinem Dei hæreditate adscripsit. Docum: Aug: et Schennis:

Annus Christi 916. Augiæ 193.

Thielingus Augiæ abbas XIX. Corpore exutus et Sepultus in Augia dat locum abbatialem fratrum Votis Heriberto, vel Heriberto, Herifrido, aut Gerbrechto Abbati XX. qui fuit Monachus augiensis Vir doctus et Sanctæ conversationis Hermannus.

Hoc penes tempora inter Augienses Monachos Vixit quidam et Sanguine et Virtute nobilis, Vir Senex et Sapiens Cortarius Monasterij, Germanus frater Comitissæ Imanhildæ Dotatricis SS. Sanguinis Domini ad augiam, nomine Adalricus seu Udalricus de quo autor historiæ Translationis ejusdem SS. Sanguinis luculenter testimonium perhibet.

Hoc anno obijt Robertus sive Ruppertus X. LIII. Episcopus Mettensis, qui Episcopatu tenuit annis 39. Mensibus 8. hic Monachus augiensis fuisse convincitur ex eo, quod in antiquo nostro Necrologio inter Vivorum

fratrum

fratrum Augiensium nomina ipsius Aiam conspicatur his Verbis. Quod pertus Episcopus et frater. Egimus de eo supra anno 900. Buceli. Egon.

Sub Thielingo, ait Bruschius, sanguinem Domini ex Hierosolymis transmissum esse in Augiam Divitem à Lege Afa. in quibus Verbis Bruschius quadrupliciter impingit, scilicet in tempore quando, in loco unde, in persona, à quâ, ad quam. quo omnia partim ex dictis, partim ex dicendis patent.

Annus Christi 917. Augiæ 194.

Annus Christi 918. Augiæ 195.

ultimus Vitæ à Legie Cœlestatis hic annus Conrado I. qui die 23. Decembris Quedlinburgi obijt, sepultus, primò Weilburgi, postea Fulde anno regni 8. Successit Henricus I. dictus auceps, Ottonis magni Saxoniæ Ducis filius unicus, qui sine regali unctione regnavit annis 18. Herm.

Salomon III. Episcopus Constantiensis anno penultimo Vitæ suæ Romam profectus à Joanne X. P. M. integrum corpus Sti Pelagij Martyris obtinuit, quod secum Constantiam advexit, ex quo tempore S. Pelagius Martyr totius Dioecesos Patronus primarius Coli coptus est, de Eo sacrum Brachium se possidere gaudet Augia. C. Marcus. Hansiz. Marx. et alij.

circa hæc tempora Adalricus Arnoldi Comitis Lenzburgici et Hemmæ filius in conjugem affectans filiam Waltharij Comitis de Kyburg et Suanahildæ Comitissæ N. eam obtinere non valebat, nisi sponsione præstitâ et impletâ de tradendâ patentibus sponsæ SS. Cruce et Sanguine Dñi. quæ sacra Crux paulò post in Sacello aulico Waltharij et Suanahildæ retrò simulacrum alterius Crucis, quasi occultanda suspensa, postmodum prodigioso motu anteriore ex parte pendula conspiciebatur. Docum: Augiæ Schennis: f.

Annus Christi gig. Augiæ 196.

Burchardus Suevie Dux, seu potius impius et iniquus Tyrannus, hoc anno feriâ quintâ Cœnæ Dominj quæ fuit 22. Apr: Castellum Waltharij et Suanahildæ obsidione cinxit; Suanahildâ arreptâ S. Cruciculâ hostium precibus et reverentiâ sacrati diei multo ac opposuit, et virtute numinis Deifici, quodam è scalâ applicatâ mole saxi excusso et obtrito, ceteri solventes obsidionem in fugam acti sunt. Docum Aug: et Schennis: f.

Salomon III. Episcopus Constantiensis XXIII. Vir verè sanctus Hattoni nostro piâ amicitiâ conjunctissimus, ad præmia cœlestia evolavit 6. Jan: in Epiphaniâ Domini, non sine opinione sanctitatis, ad tumulum petentibus ejus patrocinio multo tempore salutem mentis et corporis consequentibus. Item: Mersk: Cathedram pro eo conscendit

Rolingus

Notingus, quem alij Notingerum vocant. Epis:
XXIV.

Annus Christi 920. Augiæ 197.

Annus Christi 921. Augiæ 198.

Deprædicatur Herebertus à Bucelino ad hunc Annum, quod sub ejus disciplina & studia Literarum & sanctior Disciplina plurimùm viguerint.

Annus Christi 922. Augiæ 199.

Heuebertus Abbas à Burchardo Sueviæ Duce & Tyranno oppressus & magno Cœnobij detrimento Luithardus præpositus, unà cum reliquâ fratrum turba ex insula & Monasterio in exilium pulsus est. Herm:

Ad hunc annum Chronicon: Herm: in Biblioth: PP: Bucel: Mabill: in Synopsi transl: refernnt translationem SS. Cunis & Sanguinis D. N. J. C. per Suanahildam factam. Sed malè.

Annus Christi 923. Augiæ 200.

Hermanni Chronicon Ms. apud Historiæ, item Gallus Oheim assignant hunc annum quo Sanguis Dominj à quadam matrona in Augiam delatus sit, hos sequuntur Continuator Reginonis & Steph: Baluzius Matth. Cappenheim, sed negligenter, pessimè autem Mar: Scotus, qui dicit: forte -

Sanguis - de imagine - in Beyto; Apponit 6. idus Novembris: quod utrumq; falsum est, Gallus quidem Oheim et Mabill. hic in latina ille vernacula lingua ubi historiam translationis SS. Sanguinis ex Ms. ~~xxxxxxxx~~ Augiensi recensent, ponunt annum et diem, quos notat idem manuscriptus noster Codex, scilicet 925. diem 7. Novembris.

Annus Christi 924.
Augiæ fundatæ 701. et Seculum III.

Annus Christi 925. Augiæ 202.

Hic vanus et certus est annus, quo Augiæ vere dives facta est Thesauro pretiosissimo SS. Sanguinis JESU Christi, quem Suanahilda Comitissa, accedente Voluntate Waltharij Comitis Maritali Sui B. M. V. in Augia die 7. Mensis Octobris, hunc enim annum et diem Codex M.S. Bibliothecæ nostræ Vetustissimus clarissimè annotat, cui pro reliquis est fides habenda.

Quam primum verò donum hoc Sacratissimum Augiam attigit illicò miraculosum se prebuit, dans Sanitatem cuidam contracto Monacho potatâ aquâ per Sanguinem Domini benedictâ, Tum olim quoq; filio jam decenni ex utero matris claudo firmitatem Basium prestans, quam gratiam Pater absenti Suam filio promerebatur

rebatur, suffragio pro sollicitis de adeptione
hujus Thesauri monachis apud Suanahildam
primitus Tergivesantem et obid ni Echingen
infirmatam, interposito. Mss aug: Sexijs
alij. L. Christophorus Hartmannus, Martinj
Crusius, et Stumpfius

Ad presentem annum reseunt, quod Ungari
in Augiam irruentes, Vicinam eis Rhenum
provinciam incendio foedè vastârint, nullus
autem ex his que damna per eos Augiæ
illata sunt, pandit, certum est ex Vita S.
Martyrio S. Wiborad V.M. quod Patria nos-
-ra his ingratis hospitibus circa mensem
Majum jam fuerit repurgata, purgatâ ego
hostibus patriâ circa mensem Majum, et
desciente perid temporis tyrannide Burchardi,
proximè sequenti anno, juxta Chronicon Her-
-manni Contracti, occisi, potuit Luithardus cum
fratribus expulsus reverti ad Monasterium
nitra Majum et Novum ad excipiendum
summo cum studio post exantlatas tot
tribulationes S.S. Thesaurum, emanente Siam
Hedeberto Abbate propter turbidas rerum facies
necdum satis secuo, rumore tamen allati
sancti Thesauri allectò eodemq; consisò, is etiam
eodem Mense Novembri Augiam revisere po-
-tuerit. s.

Annus Christi 926. Augiæ 203.

In Christo obdormit Hedebertus Abbas Augiæ
XX. 24. Martij. A quo Patribus in Thronum
Augiensem evectus est, Luithardus, vel Lind-

hardus, Liuthardus, et Lenhart Monachus et Præpositus Augiensis, Vir doctus et religiosus post multas à Burchardo Duce perpessas Injurias et molestias Abbas XXI. Herm:

Circa hunc Annum quoq; B. Symeon Bardo Achivus, Monachus Augiensis, de quo egimus supra ad annum 915. Spiritum Creatori suo tradit 9. Augusti, quem diem etiam notat Bucelinus, in Calendario Benedictino, item in Menologio annum obitui ejus assignant idem Bucel: et Brentano Cimarolo f. gio. Sed minus maturè.

Conradus à Lichtenaw Abbas Uspergensis hunc annum astruit omnium postremus pro Translatione Sanguinis Domini in Augiam Insulam à quadam matrona facta.

Annus Christi 927. Augiæ 209.

Annus Christi 928. Augiæ 210.

Joannes X. P. M. obijt 2. Julij Successit Leo VI. electus 6. ejusdem.

Testibus Documentis Schennisianis Walharius et Suanahilda piissimi conjuges, non multo post factam ratificationem Donationem SS. Sanguinis piissimè in domino obierunt, Dies obitus Suanahildæ reperitur in Necrologio nostro quodam Vetusto ad 28. Feb: annus obitus utriusq; incertus est.

Annus

Annus Christi 929 Augiæ 206.
Obijt Leo VI. 20. Januarij Successit Stephanus VIII. alijs VII. creatus 31. Februarij.

Annus Christi 930. Augiæ 207.
Vixit hoc tempore Monachus quidam Augien=
=sis, qui Stylo non inconcinno scripsit Vitam
B. Simeonis Schivi, et fortè Iam historiam
Translationis SS. Sanguinis Dñi, quæ histo=
=ria Iesta Mabillonio Tom II. Annal. Bene=
dict. fol. 606. ante medium Sæculi X. Scripta
est.

Notingus Episcopus Constantiensis ad
preces Festum Augiensium honorem S. Matei
Evangelistæ, jam à centum annis corpora=
=liter in Augiâ divite quiescentis, et crebra
miracula patrantis magis augmentatum
per totam diœcesin ejus festum more aliorum
SS. Apostolorum cum abstinentia ab opere
servili feriari præcepit, quamvis modo non
omnes universaliter præceptum istud ob=
=servent. Buel: et Neuk:

Annus Christi 931: Augiæ 208.
Stephanus VIII. alijs VII. 12. Martij defunc=
=tus, Claves reliquit Joanni XI. creato 20.
ejusdem.

Annus Christi 932. Augiæ 209.

Annus

Annus Christi 933. Augiæ 210.

Annus Christi 934. Augiæ 211.

Mortis fatæ succumbit Luithardus Augiæ Abbas XXI. 21. Januarij, relicta gubernacula Cœnum Augiensium suffragiô suscipit Venerabilis Pater Hatto eius nominis I. Monachus Augiensis, Vir in divinis & humanis Scripturis exercitatissimus, Ingenio subtilis, ore facundus, Sanctæ conversationis, fratrum amator, ac præcipuus Sanctæ religionis propagator. Abbas XXII. Hatto.

Annus Christi 935. Augiæ 212.

Notingo Comiti Veringensi, Monacho S. Galli, Episcopo Constantiensi XXIV. subrogatur S. Conradus Comes Altorffij Episcopus XXV. qui Arnoldo Wioni est Monachus Monasterij S. Galli vel Augiæ Divitis. Hermannus obitum Notingi et Electionem S. Conradi ad annum præcedentem refert.

Annus Christi 936 Augiæ 213.

Obijt Joannes XI. 3. Februarij. Successit Leo VII. creatus die 14. eiusdem.

Similiter Immortalis famæ Rex Henricus I. dictus Aucupis de Ecclesiâ optimè meritus, dum paratâ expeditionem in Italiam, acceptus à Romano Pontifice Coronam Imperij, morte per Apoplexiam præoccupatus, eandem à Coelo

cum

cum foenore suscepit 7. Julij, Anno etatis 60. regni 18. In Saxonia apud Lidesbur-
burgum, Coenobium Virginum Sepultus: Suc-
-cessorem nactus filium haud sibi absimilem
Ottonem I. nomine Ae magnum. Herm:
Hoch: Aus: Aalij, qui anno praecedente vel sequente
Ottonem electum volunt.

Annus Christi 937. Augiae 214.
His temporibus S. Wolfgangus ex illustribus
Labe Cyllingensi, matre Vinigensi comiti-
-bus prognatus, postea Ratisbonnensis Eccle-
-siae Episcopus, in Lyceum Augiense sub Ha-
-rio I. abbate deductus ex Chron: Aug. Bucel:
an: praced:

Annus Christi 938. Augiae 215.

Annus Christi 939. Augiae 216.
Leo VII. 23. Augusti moritur, evehitur Stepha-
-nus IX. alijs VIII. creatus die 1. Sept:

Annus Christi 940. Augiae 217.
Hariwius I. S. Udalricum Episcopum Au-
-gustanum hoc anno in Augiam Venientem
honorificè suscepit, cujus notabilem de Re-
-liquijs S. Mauritij M. Sociorum Sanctorum
partem donavit. Chem.

Udalricus seu Adalricus Arnoldi comitis
Lenzburgici ex Hemma filius, heres ultimus
SS. Sanguinis Christi in Augia, hoc anno ultimo

Vitae

vita concludit tempus. Doc: Schennis:

Annus Christi 941. Augiæ 218.

Hac circa tempora Adelbertus quidam, in Campania loco adhuc incomperto, Abbas, Vir divino Spiritu plenus, forte ad augiam invisens, Loci Sanctitate, fratrumq; Sanctè viventium virtutibus illectus, Congregationi Augiensi adscribi rogat & impetrat, obiit 3. Febr. annus certus. De eo Necrologium nostrum Vetus hæc habet: Octavo Nonas Februarij Adelbertus Abbas de Campaniæ nostræ Congregationis Monachus, obiit. Egon.

Annus Christi 942. Augiæ 219.

Annus Christi 943. Augiæ 220.

obiit Stephanus IX. alijs VIII. id. Januarij Successor ejus Martinus III. creatus 22. ejusdem.

Annus Christi 944. Augiæ 221.

Annus Christi 945. Augiæ 222.

Circa hunc Christi annum Ottwinus Monachus Augiensis ab Ottone Abbatiæ S. Joannis Baptistæ Magdeburgensi præfectus. Egon:

Ala-

Alaricus I. Abbas Augiæ cum Aalone Abbate
a Fratribus S. Galli fraternitatem sacram
jam ante 144. Annos inter Werdonem S. Galli
et Waldonem Augiæ Abbates initam innovat,
confectò desuper Instrumento, quod in hæc Verba
sonat:

Anno Incarnationis Dominicæ DCCCX
LV. anno autem Domini Othonis Serenis-
simi Regis VIII. Dominus Aaloh hujus loci
Reverendissimus Abbas cum Alamigo Augiensis
Coenobij Venerabili Abbate, Fratribus utrinq;
ex eodem Monasterio pari voto, unâq; assensu
in idipsum conspirantibus prænotatum reno-
vando decretum hoc Saluberrimum subsequens
pactum inivit, scilicet, ut si quando Frater ali-
quis in ultrovis monasterio obierit, corpusq;
defuncti in Ecclesiam, ut moris est, transla-
tum fuerit, antea inde non tollatur, donec
omnes horæ canonicæ tempore statuto de-
cantentur; et omnis celebratio missarum,
sive Vigiliarum, seu etiam Psalmodiæ, pro
defuncto persolvatur, et tunc demum Sepul-
turæ commendetur, ad eandem autem mis-
sam, quæ primùm pro eo Fratribus in com-
mune recitatur, dicto per Sanctus angelico
carmine, omnes pavimento prostrati, tam-
diu jaceant, usq; dum à Presbytero Vox domini
detur, gemitibus et suspiriis et lachrymarum
inundatione animam fratris attentiùs Deo
commendantes; Annona verò illi quondam
Viventi statuta ad anniversarium ejus diem
et inde usq; in XXX. dies pro eo in eleemosy-
nam pauperibus ad plenum tribuatur.

Et quando obitus alicujus de Astrovis monas-
-terio ad aetatem fuerit indicatus, ipso die,
si ita tempus dictaverit, in agendis vilijs
et missarum psalmodiæq; celebrationibus
mani miter absq; dilatione insistant. Si-
-militer, ut ante notatum est, ad eandem
missam horâ prædictâ fratres se solo pro-
-sternant, humiliter pro anima defuncti
supplicantes. Ab illo etiam die annona
sint uni ex fratribus, pro illo quoq; ex in-
-tegro per totos XXX. dies pauperibus tri-
-buatur; decreverunt etiam ut omnis
congregatio utriusq; Cœnobij in sex summas
partita, quotidie privatis diebus una quæq;
pars communi die sibi definito Vigiliam
et missam cum oblationibus generaliter
pro omnibus defunctis fidelibus peragat,
ad unamquamq; synaxin ut sine oratio-
-nis ab omnibus eorum commemoratio
fiat; et ut hæc salubernima pactio nullo
modo à Cœteris nostris ignorantiâ aut
negligentia ulterius omittatur, placuit
nobis, ut in libellulo Regulæ nostræ
literis commendetur et frequentius in
conventu recenseatur. Ex MSS. S. Galli et
Aug.

Annus Christi 946. Augiæ 223.
Obiit Martinus III. Pontifex Maximus
4. Augusti Ecclesiam Universalem Guberna-
-dam suscepit Agapetus, creatus 9. ejusdem.

Annus

Annus Christi 947. Regis 224.

Otto Magnus preter Confirmationem super Tettingen, Liggeringen, Sigoltingen, Fingolstorf, Waltwis, Nenfingen, s. Stadt Augie Villam Liselstetten, ad restauranda luminaria, que Flavius abbas ad honorem S. Otmari fieri decrevit. Qualis autem sit Otto, piissimus Rex declarat in Diplomate, quod biennio post dabimus. Interim Diploma super prefatam confirmationem et donationem inspice.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis.

Otto divinâ favente Clementiâ Rex. Enim vero si Antecessorum nostrorum Regum Videlicet, sive Imperatorum maximè quoqs Monasteriorum Coenobijs concessa Privilegia nostre auctoritatis Inditione roboramus, non solum regum morem in eo decenter implemus, verum Animam cum tranquillitatis securitate Viventium fratrum orationibus plurimum adjuvari confidimus, Ideoqs noverit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum Industria, qualiter Henricus noster dilectus frater et Conradus Comes obtulerunt, nostris obtutibus quoddam preceptum Antecessoris nostri gloriosissimi Imperatoris Karoli, in quo continebatur qualiter supradictus frater Princeps augiensi Monasterio per auctoritatis munitionem concesserat quandam Villam proprietatis sue constitutam, sub jure fisci Vocabulo Cotamicus, que est sita

in pago Untersemue et appellatus Tettinga
cum omnibus terminis ad se pertinentibus,
videlicet domibus cæterisq; ædificijs, terris,
cultis et inultis; sylvis, pratis, pascuis,
exitibus, et reditibus, aquis, aquarumq;
decursibus. mancipijs utriusq; sexûs et æta-
-tis in ea commanentibus atq; ad eam
jure pertinentibus. Insuper etiam tributa
ac servitia quæ duo liberi homines Vineram-
-mus et solerat ad eundem fiscum persol-
-vebant, etiam et duas hobas sitas in villa
quæ appellatus Adolfesbach in quibus Godo
Landbreth, et Waldbreth cum filijs suis ma-
-nere videbantur; Nec non et Tributum, quod
Ladbold ad supra dictum fiscum pasolve-
-bat ab his locis quæ Vualauuis, Luitgaringa,
et Vorinang nominantur, quæ quidem jam
dudum injustè à potestate ejusdem mo-
-nasterij abstracta sub jure fisci constituta
fuerunt, Terras quoq; ac possessiunculas,
quas liberi homines particulatim de eodem
fisco pro sepulturis suis et causa Eleemosyna
ad idem Monasterium contulerant vel
vendiderant, in villis Ewelinga Thingolfesdorff,
Vuolauuis et Nancingas, vel in aliis ad eundē
fiscum pertinentibus esse noscuntur. Pro
firmitatis namq; studio postulaverunt
Nos Henricus Gratiosus noster et Cuonradus co-
-mes, ut paternum morem sequentes hujus-
-cemodi auctoritatis nostræ beneficium
eidem concederemus vel confirmaremus
Monasterio. Nos verò petitionem eorum

implere

implere cupientes, Anteccessoris nostri pre-
-ceptum firmissima Largitate roboramus,
atqs omninò superius comprehensa pro emo-
-lumento animæ nostræ ad idem monas-
-terium contulimus. Preterhæc Aram de-
dimus ad antedictum monasterium pro re-
-medio animæ nostræ vel Aram dilectissimi
genitoris nostri beatæ memoriæ Henrici
Regis quicquid in Villa Luilonsteti habere
visi sumus, cum omnibus mancipijs apen-
-dicijs Censis, Vineis, Adjacentibus his illuc
Legaliter aspicientibus ut perpetualiter per-
-maneat, ad restauranda luminalia quæ
Flammicus præfati Monij abbas ad hono-
-rem Stæ Crucis fieri decrevit. Jussimus quoq;
idem hoc præsens præceptum conscribi manu
nostra firmatum, et annuli nostri Impres-
-sione roboratum; ita ut deinceps nostris
futurisqs temporibus firmissima ratione
permaneat, nullusqs in aliud vertere po-
-testatem habeat.

Signum Domini Ottonis Invictissimi Regis Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archi-
-capellani recognovi.



Data IIII Kl Xbris Anno dominicæ Incarnationis DCCCXLVII. regnante Ottone Serenissimo rege do XI. actum Franconofurt. in Domino feliciter amen.

Annus Christi 948. Augiæ 228.

Hermannus Dux Alemanniæ seu Suevie filij Ottonis M. Regis & Cæsaris electi Soc. qui propter prælata facinora egregiè facta & victorias partas admodum familiaris charus, & subgrater extitit Ottoni, ingenti omnium luctu ex hac Lachrymarum Valle subtractus, Augiæ in Capella Sancti Kiliani magnum post se sui desiderium relinquens sepelitur 4. Idus Decemb. f. 10. Decemb. / Buell. de quo noster Hermannus Contractus sic:

> Herimannus Dux Alemanniæ, qui provinciæ sibi traditæ, cultum, habitum, mores, & instituta mutatum, ut fertur, honestaverat, defunctus, Augiæ in Capella S. Kiliani sepultus est.

Hoc eodem anno Idibus Septembris / 13. Sept. / Venerandus Alamicus Augiensis abbas cum Episcopis DD. Conrado Constantiensi & Adalrico Augustensi, multisq; nobilibus, interfuit Deiparæ in Eremo Helvetiæ abipso Christo Dño & Redemptore nostro Sanctorum Angelorum & aliorum multorum Sanctorum ministerio consecratæ, sacræ dedicatione Buell. Chron. Einsid.

Annus Christi 949. Augiæ 226.

Otho Magnus ex decessu Hermanni ducis summo affectus dolore, summa liberalitate ad Ecclesiam in Insula Sintlie Zosovaa, ubi Venerabilis Abbas Alawicus præesse dinoscitur, in proprium concedit insigni Diplo-

Diplomate Tutholfinga et Drossinga: Insuper
ad S. Crucem, in qua sanguis Dñi Jesu Christi
continetur, Ecclesiam unam cum Decimis in loco
Burg dicto ad restauranda luminaria, quæ ante
dictus abbas Alawicus in honore Domini et
Salvatoris nostri à novo rexit. Dalaheim 1. Jan:
Ex ipsum Diploma:

In Nomine Sancta et Individuæ Trinitatis
Otto divinâ auxiliante Clementiâ Rex;
Noverit omnium fidelium nostrorum
præsentium necnon et futurorum saga-
citas. Qualiter Nos quædam res proprie-
tatis nostræ à Luitolfo nostro dilecto
filio ejusq; nobilissima conjuge Ita vi-
delicet nomine tradita pro remedio
animæ nostræ vel etiam dilecti ducis
nostri beatæ memoriæ Herimanni, ad
Ecclesiam quæ est in Insula Sinthfeshova
in honore beatæ Mariæ Dei genitricis con-
structa. ubi venerabilis Abbas Alawicus
præesse dinoscitur. hoc nostræ auctoritatis
præcepto perpetualiter in proprium concessimus,
id est, quidquid in Villa Tutholfinga habere vide-
bamur, cum omnibus appendiciis et adjacentiis
suis justè legitimèq; illuc pertinentibus, et sale
etiam prædium, quale in Villa Drosinga habui-
mus jam ad Locum Nidinga pertinens cum
omnibus commoditatibus justè illuc aspi-
cientibus. de cætero verò dedimus in Ele-
mosynam nostram ad Sanctam Crucem in quâ
sanguis Domini Jesu Christi continetur, Eccle-
siam unam cum Decimis. in loco Burg dicto

constructam ad restaurandā Luminaria quæ
ante dictus Abbas Flavicus in honore Domini
et Salvatoris nostri à novo erexit.

Jussimus quoqs inde hoc presens præceptū
conscribi manu propriā nostrā firmatum anu-
-lig nostri Impressione sigillatum.

Signum Ottonis Dñi ⊤H⊤ Invictissimi Regis.

Bnm Cancellarius ad vicem
Liuduuiū Archi Cappellani recognovi.

Data X Jan: Anno LS
Dominicæ Incarnat:
IↃↃↃↃXVIIII Indict VII.
Regnante Gre - - - - ge Ottone
Anno XIIII. actum Dalaheim in Dño feliciter amen.



Annus Christi 950. Augiæ 227.

Annus Christi 951. Augiæ 228.

Annus Christi 952. Augiæ 229.

Annus Christi 953. Augiæ 230.

Annus Christi 954. Augiæ 231.

Annus Christi 955. Augiæ 232.
Reginbaldus comes, Catinus Berthe, Avie
D. Hermanni nostri contracti, in pugna con-
tra hungaros apud Augustam Vindelicorum
tempore S. Adalrici Augustani Episcopi et Al-
beronis I. gloriosè occumbit. Herm. Contr.

Annus Christi 956. Augiæ 233.
Moritur Agapetus II. 18. Martij. Succedit
Joannes XII. creatus 23. ejusdem.

Ochwinus seu Othwinus Monachus Augiensis
perhibetur abbas Bergensis ad fastigium Ca-
thedrale Hildesheimense evectus, sactus Epis-
copus X. In abbatia Bergensi successit Osdachus,
seu Osdagus, ab Ottone illuc vocatus Monachus,
ex Augia divite. præfuit Othwinus Episcopatui
annis 30. Jac. Wilhel. Imhof. agunt de eo Ma-
bill. ad an 954. Buel. ad an. 982.

Annus Christi 957. Augiæ 234.

Annus Christi 958. Augiæ 235.

Hatvicus I. Abbas Augiæ XXII. omnibus charus post-multos pro Augia exantlatus labores post vitam piè, sanctè & religiosè magno ad finem transactam, 25.to sui regiminis Anno incidit in paralysin tertio idus Maji, i. 13. Maji, et finem vitæ fecit, sepultus in Augiâ.

Eius vicibus Patrum Augiensium electione substituitur Eggehardus I. Abbas XXIII. Monachus Augiensis, Vir quidem doctus, attamen non admodum diligens ac bonus rerum temporalium administrator. Hermann. annal. Aug. Buel.

Annus Christi 959. Augiæ 236.

Annus Christi 960. Augiæ 237.

Circa hæc tempora, alij nonnul annum 970, Eggehardus I. Ecclesiam Parochialem S. Joannis in Augia extruxit et fundavit. Cl. Lazarus Lipsius scribit in Chron. Aug. eam collegiatam sex Canonicorum et præpositu-ram fuisse, sed contradicit Gallus Oheim, asserens, se nullibi reperire eandem fuisse præposituram; fuisse tamen olim in ea sex, et hoc tempore circa annum nempè 1450. tres sacerdotes. Attamen ibi prebendas canonicales extitisse, patebit ad annum 1454.

Ineptum est, dequo Zeilerus in Chronico Suevico patvo germanico sommat, hanc Siluit Ecclesiam

Ecclesiam Parochialem S. Joannis Principalem
in Insula Augiensi esse, in quâ Carolus III.
cognomento Crassus, Romanorum Imperator
sepultus sit.

Annus Christi 961. Augiæ 238.

Otto II. filius Ottonis I. coronatur Rex Roma-
norum die 26 Maji.

Annus Christi 962. Augiæ 239.

Epocha Imperij Romani Ottonis I. à die 2. Febr.
quo is à Joanne Papa XII. Imperator coro-
natus, Cæsareo diplomate Romanæ Ecclesiæ
jura confirmavit, cui cum alijs Episcopis à Ger-
maniæ proceribus post ottonem, etiam Athwinus
Hildesheimensis Antistes Monachus augiensis
subscripsit. Baron.

Annus Christi 963. Augiæ 240.

Annus Christi 964. Augiæ 241.

Joannes XII. moritur 14. Maji, sit Pontifex
Maximus Leo VIII. creatus 6. Decembris.

Eggehardus interfuit Romæ confirmationi
divinitùs consecratæ Cellæ D. Meinradi M. in
Coenobio Eremitarum à Leone VIII. id. Novemb-
-ris factæ coram Ottone magno Imperatore,
Adelheide Imperatrice ejusdem Conjuge, multis
alijs Ecclesiasticis & Sæcularibus Principibus

Jam

tam Romanis, quàm Theutonicis, inter quos
Aiam presens fuit prefatus Othwinus Hil-
desheimensis Ecclesiæ Præsul. Hujus con fir-
-mationis & facti meminit Aiam Hermannus
Contractus in Chronico Bibliothecæ Patrum
inserto:

Eodem in quit Anno, Rege Romæ morante
cum cæteris Principibus, idem Papa con-
-secrationem Capellæ celebris factam in
Cœnobio S. Meinradi, coram Principibus
scriptis confirmavit.

Annus Christi 965. Augiæ 242.

Leo VIII. abdicato Pontificatu obit mense
Februario: Thronum occupat Benedictus V. ig.
Maji, quo Mense Junio abdicato creatur I.
Octobris Joannes XIII.

Eggehardus I. Ottonem M. Imperatorem
ex Italiâ in Germaniam redeuntem, constan-
-tiâgs in Augiam transvectum cum Sacra Pa-
-trum Augiensium turmâ obviam ei cum
crucibus & venerandis reliqijs procedens, hym-
-norum Cantu & vocum Celebria excepit; ubi
Einsidlensibus per diploma licentiam eligendi
Abbatem dedit. Actum in Sindlicfesowo X. Kal:
Febr: Sub eodem anno & die Otto ijsdem in Au-
-gia aliud Diploma dedit. Chron: aug. Hartman:

Eodem anno 21. Febr: Otto II. f: in quem Pater
Otto I. dictus Magnus Teste L. Kolb S. J. ad-
-huc vivens Imperij & regnorum Coronas si-
-mul & curas jam magna ex parte transtulit, f.
confirmat ab Successoribus suis Augiæ con-
-cessa Privilegia per subsequens Diploma:

In

In Nomine Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis.
Otto divina favente Clementia Imperator Augustus.
Enim verò si Antecessorum nostrorum regum videlicet et Imperatorum maximè quoqs Monasteriorum Cœnobijs concessa privilegia nostræ auctoritatis tuitione roboramus. Non solum Regum morem in eo decenter implemus. Verùm etiam cum tranquillitatis securitate Viventium fratrum orationibus plurimùm adjuvari confidimus;

Ideoqs noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet et futurorum Industria; quia Venerabilis Wilhelmus Moguntiensis Ecclesiæ Archiepiscopus, et Burghardus nobilissimus Dux Alemannorum, necnon Eggehardus Augiensis Cœnobij Venerandus Abbas nostris obtulerunt obtutibus præcepta gloriosissimi Imperatoris Karoli, et ejusdem Avi Ludovici Imperatoris, necnon etiam Patris ejus Karoli Imperatoris Augusti; in quibus continebatur. Qualiter suprà dicti Francorum Principes eidem Augiensi Monasterio per auctoritatis Munificentiam concesserunt; ut nullus publicus Judex, negs Dux, negs Comes, aut quislibet ex judiciaria potestate Ecclesias ejusdem, aut loca vel agros, seu reliquas possessiones, memorato Monasterio præsenti tempore subjacentes, vel quæ deinceps in Jus et Dominium ejusdem Monasterij divinæ pietatis augmento pervenerint, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel prata faciendas, sive fidejussores tollendos, aut homines tam ingenuos tam etiam servos super terram ipsius Monasterij commanentes, distringendos, nec ullas rehibitiones, vel bannos, aut illi-

-cibas occasiones requirendas. seu ullum publicum placidum habendum, nullis temporibus ingredi, vel ea, que supra memorata sunt, exigere presumat; Et ut censuales homines sive familie in quibuscunqs locis sint constituti, pacem habeant, etiam coram nullo comite regant, aut bannum persolvant, aut seculare negotium habeant, nisi coram Abbate vel ipsius Advocato; sed liceat supradicti Monasterij rectoribus sub Dominice immunitatis tuitione quieto ordine per omnia possidere; Atquicquid exinde fiscus sperare poterat, totum fratribus ibidem Domino famulantibus perpetuâ firmitate largitate regiâ esse concessum.

Insuper etiam obtulerunt nobis scripta, in quibus continebatur insertum, quod Karolus Magnus Imperator concessisset eidem Monasterio theloneum de navibus que per flumina discurrebant, necnon etiam de carris sanguinarijs necessaria ipsius Monasterij vel congregationis ibidem Deo famulantis ejusqs familie deferentibus undecunqs fiscus theloneum exigere posset; Eo firmitatis namqs studio postulaverunt. Vos predicti Venerabiles Viri, ut paternum morem sequentes, hujuscemodi auctoritatis nostre beneficium eidem concederemus et confirmaremus Monasterio, necnon et precepta offerentes, quod idem supradicti Principes francorum videlicet Karolus Imperator, avusqs ipsius Ludovici Imperator, necnon et proavus ejus Karolus Imperator Augustus eidem Monasterio concederent, quandam partem censûs seu tributi, quo eis annuatim ex Alemannia

sol-

solvebantur, videlicet ex centena Erichgeuue et
Aphon nuncupata, necnon et Decimam de por-
tione que in Abegeuue jacet. Sed etiam nonam
ex fisco, cujus Vocabulum est Sahsbach. atqs etiam
nonam partem Tributi que ex Brisegouue ad
nostrum exigitur opus. Hæc autem superiùs com-
prehensa pro Emolumento anime nostre ad
idem Monasterium contulimus, quatenùs Mo-
nachi Stipendium necessarium habeant. pro no-
bis alacriùs Domini misericordiam exorare pro-
curent; Sed etiam statuentes precipimus, ut.
None atqs decime, que pro nostra Elemosyna
predicto contulimus Monasterio, primo ante-
quam Summa Censuum et Tributorum dispar-
tiatur. Agentibus Monasterij dentur, et post-
modum fiat divisio partium, que ad nostrum
vel Commilitonum nostrorum jus pertinere
debent. Nos verò supradictorum Venerabilium
Virorum petitionibus et voluntati satisfacere
cupientes, etiam antecessorum nostrorum con-
cessa privilegia firmissimâ largitate in tantum
roboramus, ut, quandoqs necessitas poposcerit,
ipsi Monachi secundum regulam S. Benedicti
licentiam inter se habeant eligendi abbates. Et
jussimus hoc nostre auctoritatis preceptum
inde conscribi, per quod decernimus atqs jubemus,
ut licenti ab eisdem supra nominatis antecessori-
bus nostris eidem Monasterio et fratribus regiâ
vel Imperiali largitate concessum est, ita deinceps
nostris futurisqs temporibus firmissimâ ratione
permaneat. Et ut hoc nostre auctoritatis pre-
ceptum in succedentibus annis firmiùs habeatur
et diligentius observetur. propriâ manu nostrâ

firmavimus et annuli Nostri Impressione sigil-
lari jussimus

Signum Domini Ottonis Invictissimi Imperatoris.

Liudulfus Cancellarius Vice Bruunonis Archicapellani
recognovi et subscripsi.

Anno Dominicæ Incarnationis
DCCCCLXV. Indictione oc-
tavâ Anno autem regni se-
renissimi Regis Ottonis XXVI
Imperij IIII. Actum in
Wormatia VIIII. Kl. Mart.
In Dei nomine amen.





Annus Christi 966. Augiæ 243.

Annus Christi 967. Augiæ 244.

Nonnulli Casuum Scriptores, ut Hepidannus et Ek-
kehardus Junior Sangallenses, aliqs his ducentibus
et Doctoribus alij hoc annô referunt, Rodimannu
Abbatem Augiensem XXIV. in tempestâ nocte
ubi

ubi lupus aulam, Monasterium S. Galli intrasse, ut, si quid reatui proximum indagare posset, publicaret; sed Eggehardi Monachi perspicacia proditum, qui ei deprehenso laternam antetulerit, ipsumque multis veniam petentem Vix sine dedecore dimissum esse ab ipso machinante / verba sunt Mabillonij rem ex Eggehardo juniore compendiosè referentis / criminationibus adutrumque Ottonem ab Hadwiga Burchardo Suevorum Duce Vidua delatis, Ottonis magni jussu Visitatio loci indicta ejus rei causa missi sunt ad S. Gallum octo Episcopi, totidemque Abbates, quorum de numero ipse Rodmannus vel Ruodmannus erat. Primas ducebat Henricus Trevirensis, cui summa rerum commissa. ei adjuncti sunt Conradus Constantiensis, Arnolfus Tullensis, Diethricus seu Thiedericus Metensis, Hildebaldus Curiensis, Poppo Herbipolensis, Baldo Spirensis, et Erpho Wormatiensis Episcopi. ex octo abbatibus soli nominantur praeter Ruodmannum Hebo Lauresensis seu Laureshamensis, Kacho Wirzeburgensis et Milo Elewangensis. s.s.s.

Hucusque Speciosa fabula ex qua Rodmanno non levis injusta est injuria, cum ipse optimus Pater familias exstiterit, rerumque tam Ecclesiasticarum quam temporalium diligens Dispensator Monasterium Augiense ab antecessore multis pragravatum debitis in multis dicatur, Ottones enim Pater et filius, item Alemanniae Duces Burchardus et Berchtoldus multa Bona temporalia Augiae, ut infra dicetur, liberalissimè contulerunt; Proinde si talis, qualis supra descriptus,

fuisset,

fuisset, nunquam eum tantis beneficijs cumu-
lassent, tantâgs benevolentia prosecuti fuis-
sent Imperatores et Duces. Sed quidquid sit
in hac narratione, inquit citatus Mabillonius

In nominibus, tum Quodmanni Augi-
ensis Abbatis tum Episcoporum erratum est,
Si enim pergit idem Author hanc Visitationem
hoc anno rectè desixit, Nepidannus tunc Au-
giæ abbas erat, Eggehardus, cui nonnisi post
annos quatuor Quodmannus successit. deinde
Laureshamensi Monasterio tunc præerat Ger-
bodo abbas; qui hîc Hebo vocatur, ad hæc jam
à quatuor annis decesserat Henricus Trevi-
rensis Præsul, cui Theodericus suffectus erat;
denigs ut de cæteris Sileam Fuldensem Ecclesiæ
tunc regebat Gerardus Goslini Successor, non
Arnolfus. Nec illud omittendum, quod adhuc
in viris erat Burchardus Suevorum Dux, qui non
ante annos quinq; mortuus est, Aquidem paulò
ante Ottonem Magnum. falsus est itags in
nominibus propijs Ekkehardus. Hæc Mabil-
lonius, qui demum addit; Sed forte non ita
in cæteris factis, quæ à Majoribus suis facile
Didicisse potuerat, s. Addimus nos Ekkehardum
fortè non solùm in nominibus propijs, sed et
annis et factis falsum esse, et falsa à Majo-
ribus Didicisse. Arbitramur autem, id Quo-
dmanno ex eo affictum, quòd cùm in locum
exauthorati Eggehardi, qui ut supra dictum
est, et infrà dicetur, frugalis admodum et dis-
sipator rerum Augiensium fuerit substitutus
ac fortasse ejus exauthorationis extiterit, pro-

motor

=motor et author, hinc in eum exorta fuisse à con=
=sanguineis familiaribus et in dispendis mo=
=nasterij rebus inventoribus egregijsq; adjutoribus
falsa figmenta, et à posteris ex relatione non fi=
deli in posteros translata, quæ omnia suis non
carent argumentis.

Annus Christi 968. Augiæ 245.
Epocha Imperij Romani die 25. Decembris
Ottonis II.

Annus Christi 969. Augiæ 246.

Annus Christi 970. Augiæ 247.

Annus Christi 971. Augiæ 248.

Annus Christi 972. Augiæ 249.
Obiit Joannes XIII 6. Septembris, huic sit
Benedictus VI. ordinatus 22. ejusdem.
Otto Magnus cum filio Ottone II. de=
nuò concedens in Augiam Eggehardum I.

qui et Ekkehardus et Eccenhardus scribitur, Abba-
tem XXIII. ob malam rei domesticæ administ-
rationem fasces deponere jubet. Stumpfius Libr.
4. Cap: 38. et quisquis alius, præter Calumniam
mendacium astruit, dum Eggehardum ab Ottone
ob vitium incontinentiæ depositum esse com-
miniscitur, et quidem Anno 960. Quam verò falsa
hæc sint, ex Hermanno nostro probamus, qui
ad annum 972. hæc habet

" Augiæ Eggehardo Abbate, ob res Ecclesiæ
" in pauperiem redactas increpato, et
" ab Imperatore Ottone privato, Rud-
" -mannus præpositus Abbas XXIIII
" promotus, præfuit.

Falsum ergo est Eggehardum anno 960, falsum
pariter ob incontinentiam depositum esse.

Fasces Augienses Eggehardo adempti
unanimi Patrum Augiensium consensu in-
tercedente Imperatore traditi sunt Rodemanno,
qui Rodemannus, Ruodmannus, Rudmannus,
et Ruthmannus dicitur, et creditur fuisse Comes
de Helfenstein. Hic fuit Monachus et Præ-
positus Monasterij Augiensis, Vir Ingenio,
doctrinâ prudentiaq; insignis, in rebus agen-
dis exercitatissimus, cujus opera Successive
Augia fragalitate Antecessoris sui deflorens
reviruit, qui, Hermanno deste, nimis abba-
tiam dilavit. Abbas XXIV.

Commorantibus in Augia Imperatori-
bus, Ottone II. Einsidlensibus privilegium
concessit, vi cujus à multis oneribus exempti
sunt. actum Augiæ Insulari XVI. Kal. Sept.

17.

/ 17. Aug. / Hartmann.

Annus Christi 973. Augiæ 250.

Otto I. verè Magnus, Imperij Pater providus, Ecclesiæ filius fidelis, Augiæ sacratissimique sanguinis Christi in ea Benefactor singularis immarcessibilem coronam pro meritis in Cœlo accepturus è vita feliciter migrat, 7. Maji. Anno ætatis 57. Regni 38. Imperij 12. apud Carthenopolim seu Magdeburgum, cujus fundaverat Episcopatum, sepultus. Regit imperatè Otto II. filius ejus.

Mortuus quoq; est inclytus Alemanniæ Dux Burchardus singularis Augiæ Patronus, fautor atq; Benefactor, cui pro animæ suæ remedio aliquot contulit vicos, Salicet. Schlaitheim, Grimmelfossen, Beggingen, Schlatt, Thale, et Brunhoffen, in Augia tumulatus in Capella S. Erasmo dicata, nunc penitùs destructâ, pridie Idus Novembris / 12. Novemb. / Herman.

De prædicto Vico Schlathaim inquit Burkardus Monachus Augiensis in Carmine de gestis Wittigowonis Abbatis Augiæ XXV. quod is primùm sub regimine mox dicti abbatis Juris augiensis factus sit; quia Dux Burchardus post obitum Conjugis suæ, quæ multis post Mariti decessum annis superstes mansit, demum vicum illum Augiæ in proprium legavit. Quæ de re idem Poeta Burckardus in persona Augiæ sic canit.

Burchardus

" Purchardus ductor, summæ probitatis amator,
" Regalem fiscum, Sleetheim cognomine dictum,
" ad laudem Matris nobis dedit omnicreantis,
" Sic tamen hunc tribuens post ejus vivere præsens,
" Conjugis algs suo post mortem dixerat esse.
" tunc stetit hic multos sine nostris usibus annos
" nam, postquam vitæ finem Dux claudat ipse,
" juxta conjectum conjux possederat illum,
" Quæ post hunc multis in mundo vixerat annis.
" At quando Domini, superest, qui jura subiri,
" congruit, ut donis promptus servietur in amplis.
" Matronæ tali regali stirpe fluenti,
" quod gessit studio sperans de fœnore tanto,
" quatenus hæc eadem fragrando sic per amorem
" hunc sibi continuò sociaret fœdere firmo,
" Et devicta suis per dona manentia vobis,
" in sua jura locum proprie dedit ante notatum,
" Rebus et arte sua satis augustissima sacra,
" ipsius Augusti, quoniam construxit honori;

Hoc etiam anno obijt Serenissimus Sueviæ Dux Berch-
-toldus singularis quogs Augiæ nostro Bene-
-factor et Patronus, qui paulò ante pro ani-
-mæ suæ remedio, Patrimonij augiensium Ma-
-jore sustentatione munificentissimè con-
-tulit, sequentes aræs, Pagos, et villas.

Bussen.
Steinlingen prope ultimū
Gretzingen.
Gamis Wang.
Tottinheim.
Gravelheim.
Ossingen.
Emerekhingen und Lutter.
Wilrechingen.
Liedin
Wolfsdellenmüssd alb.
Ostindorff.

Winedenhausen.	Wachingen.
Müllheim.	Talldorff.
Marchtil.	Laledorff.
Schwarza.	Adelfingen
Plumare prope Rüedelingen.	Grüningen.
Meringen.	Geffingen
Metgisingen	Fockingen.
Togindorff.	Ascheim.
Erphstattin ufl Bav. Alb.	Tuffin.

Hic largissimus Dux Berchtoldus sepultus est in eadem S. Erasmi capella in Augiâ.

Annus Christi 974. Augiæ 281.

Moritur Benedictus VI. mense Martio, Sequitur Donus II. creatus mense Aprili.

Sydera scandit 26. Novembris S. Conradus Episcopus Constantiensis XXV. in cujus locum sufficitur Gaminolphus Episcopus XXVI. Hermann: Bucelinus ait: Gaminolphum Monachum fuisse Augiensem. Mercklin. electum 976. defunctum 980.

Hunc circa annum Marcius Coenobita Augiensis procurante Ottone II. Sabariense Monasterium administrat, Vir Venerandus, nobilis, pius, religiosus, singulariq; eruditione prudentiâ ac rerum Experientiâ clarus, dictus: in Domino glorians. Obijt 30. Aprilis Bucel: Guler: Egon.

Annus Christi 978. Augiæ 285.

Moritur Donus Summus Pontifex, mense

octobri, creatur Benedictus VII. 19. Decemb.

Otto II. primi filius, Romanorum Imperator, Rufus dictus, qui tam ferox, tam mirabilis fuit, ut pallida Saracenorum mors diceretur, et Sanguinarius, regali munere pro animo huc remedio et Imperij sui confirmatione, feligis regimine clementissimè Patribus Sanctis Augiæ tradidit hos pagos: Rustindorff, Chrichbolfingen, et Engolffdorff. Doc: Aug.

Annus Christi 976. Augiæ 253.

Annus Christi 977. Augiæ 254.

Hoc circa ævo Augia à quodam Berchtoldo Duce, filio Ducis Alberti his locupletatur Villis seu pagis.

Thüsslingen prope Rollwita
Cagnheinz.
Weisbach.
Wuetteringen prope Brüling
Baldingen.
usen.
Emigen vel Emigen.
Schaffhausen.
Thinbün ad Danubium
inka amphausen.
Möchinheim.
Emmingen ab Ab Tzz.
Surthaim.
Thalhausen.
Tochingen.
Dryestus.
Thinwinchili.
Gummuchingen.
Gebisen vel Exingen.
Haydinhofen prope Sumpt-
-hausen.
Yppingen.
Sunthusen.
Meringen.
Hattingen.
Moachan in Ita Engen
à Meringen.
Lin Win.

Thalan Supra Meringen. | Gelichen.
Wilare. | Ettingen Ain Alsatia
| Rodisheim A Giesingen
| Chem.

Annus Christi 978. Augiæ 258.

Annus Christi 979. Augiæ 256.

Annus Christi 980. Augiæ 257.

Moritur juxta Ducelinum et Mercklium hoc anno, sed juxta Hermannum anno præcedente Gaminolfus Episcopus Constantiensis XXVI. non sine opinione Sanctitatis. huic succedit Ghis Gebhardus ejus nominis II. Episcopus XXVII. Comes Brigantinus, quem Arnoldus Wion vocat Monachum Sangallensem, Sive Augiensem, sed nostrâ opinione fuit Monachus Cœnobij Cathedralis Constantiensis, hic eodem statim anno vel paulò post molitur Monasterium Petri domus ad ripam Rheni in Suburbio Constantiensi extra pontem ejusdem Rheni situm sub regula S. Patris Benedicti exstructâ prius Capella S. Michaelis. Mercklius Prop. Constant. Ita Cenus. Electionem S. Gebhardi Hermannus noster uno anno prævenit.

Annus Christi 981. Augiæ 258.

Annus Christi 982. Augiæ 259.

Annus Christi 983. Augiæ 260.
S. Gebhardus Episcopus Constantiensis fundamenta jacit Basilicæ Petrhusianæ.
acta Petrhus.

Otto II. Romanorum Imperator Augustus in flore ætatis, anno nimirum 30. Regni 23. Imperij 16. Romæ oppetit 7. Decembris ibiq; honorificè in Portico S. Petri humulatus.
Herm.

Annus Christi 984. Augiæ 261.
Obijt Benedictus VII. 10. July. Succedit Joannes XIV. creatus 19. Octobris.

Otto III. Ottonis II. ex Græca conjuge Theophania filius, adhuc infantibus annis Rege pro patre, quibusdam primoribus invitis, constitutus est, a magnâ curâ educatus, summâ indole crevit. Hermann.

Annus Christi 985. Augiæ 262.
Exauthoratur circa 18. Aprilis, Amonitur 20. Augusti Joannes XIV. eligitur Joannes XV. alijs XVI. creatus mense Aprili die 25.

Rodimannus

Rodelmannus Abbas Augiæ XXIV. postquam magna cum laude, felicitate et fructu piæ Augiæ præfuisset, quantùm potuit ex magna parte debita ab antecessore contracta solvisset, pius optimum Augiensium rerum dispensatorem exhibuisset, diem clausit extremum in Augia 4. Nonas Augusti f. 2. Aug. / ubi etiam sepulchro traditus, bonum post se reliquit nomen, memoriamq; perpetuam. Item:

Clavis Augienses eligentium Patrum manibus traditus Sunt Wittigowoni seu Wittigowo abbati XXV. qui fuit Monachus Augiensis, vir incomparabilis, multis nominibus celebrandus, ingenio flexibilissimus, ore facundissimus, in Divinis et humanis exercitatissimus, cujus præclara gesta conscribenda, ac posteris tradenda commendarunt, Patres Augienses Buchardo Monacho et præposito Augiensi, Viro docto, nobili, ingenioso, pio, ac religioso, qui rerum gestarum totius sui regiminis librum heroicis versibus de anno in annum acutè, pro ejus ævi more diligentèq; exaravit, ex quo deinceps pro materiæ exigentia quædam excerpta huic adnexere juvabit.

Wittigowo ergo primo statim Regiminis anno sacellum divi Januarij Episcopi Beneventani et Martyris honori ædificare cœpit, in quo tres aras extruxit, primam in honorem ejusdem S. Januarij, cujus S. reliquias ibi recondidit, alteram cultui S. Stephani, tertia S. Laurentij Levitarum et Martyrum. Item fieri curavit duas cruces, auro, argento, et

et lapsidibus preciosissimis exornatas, et varia
Ecclesiæ ornamenta ingentis pretij Compalarii.
De Sacello Sancti Januarij Aris vinibi con=
=structis sic canit prædictus Burchardus.

" Semians eximium devota mente Sacellum,
" Quod Januarij voluit sub honore dicari,
" Cœlestis Latiæ quem fecit amore subiæ
" Palmam Martyrij Victrix Confessio Christi,
" In quo dispositis divinis cultibus aris:
" una beate tibi Proto Martyr Stephane Christi
" est erecta, preces ut clemens ipse recipies,
" quas devotorum tibi fundit Concio fratrum.
" Altera Laurenti tibi cernitur alta dicari,
" In simul ut votis te rite precantibus adsis,
" In medio quarum Wiligowo, norma bonorum
" erexit celsam studijs juventibus aram,
" Hanc ornans tabula gemmis auroq; palata,
" qua Januarij concluserat ossa beati,
" In tali primum studio perduxerat annum.

Fuit Wiligowo carissimè domi, sed aut Romæ
aut in aula Ottonis III. attamen per ordina=
=tissimam dispositionem in Spiritualibus et
temporalibus optimè rexit Augiam annis 12.
de ejus itineribus, et grandi in aula Ottonis
authoritate hos Burchardus pangit versus
in quibus Augiam loquentem inducit.

" Pulsat sæpè Viam diverso tramite Incam,
" Circumquaq; Vagus meus hic per devia Sponsus,
" Sæpius ad Regem cursum tenet hinc frequentem,
" quo per multorum mundas tractando dierum

con=

congaudet regi, quia collocatur illi,
nam cum doctiloquum sapientia conderet ipsum,
dicitur os regis populorum lingua salubris,
inter catholicas primas utilando columnas,
regum rectores, comitum docet atque cohortes,
rege jubente suis parent simul omnia dictis,
contra velle suum se vertit nemo retrorsum,
esse manum regis nam plebs hunc predicat omnis.
taliter hic tardans, sceptris regalibus astans,
eccedomi sponse non vult memor esse relicte,
tandem sceptrigeram cum tardus deserit aulam,
ad patriam rediens, demum venit alterut hospes,
mansitat atque meis exosa mente sub alis,
vix unam noctem, quod cogit transitus idem,
hinc iterum votis capitur mens ire volentis,
oret apostolicus ut prona mente lucernas,
ad persolvendum romam vult visere votum,
nilque moratur iter, veluti per tristia semper,
me patiens solitis post se clamare querelis,
cursu continuo tardans hic tempore longo,
clauso multorum urneat sub fine dierum,
et veniens ad me dicit: charissima salve!
hoc etiam dicto, dicit celer inde: valeto:
omnio fitque vale, quam signent oscula salve.
Roma aliquando constitutus Willigowo
bono auspit à summo Pontifice Vas Crystal-
linum sanguine Christi plenum, de quo idem
Poeta noster in poemate suo queritur Augiam:
Dic Apostolicus cum viscera tibi patronos
Rome, post reditum tibi ferret quale dativum?
respondet Augia:
Quod dedit ipse mihi, cum essem pectore tristi,

" Tale fuit donum, quo non pretiosius ullum,
" In quo ponendo Spem, nulla pericula pavesco,
" Vas Christallinum Christi de sanguine plenum.
Quà tandem hic sanguis Dominicus perve-
-nerit, nos prorsùs latet.

Annus Christi 986 Regiæ 763.
Altero regiminis Anno Wittigowo opere pul-
-cherrimo exstruxit Sacellum S. Firminj fun-
datoris nostri, pingi quoq; jussit Imaginem
Dei genitricis Mariæ, gestantis in sinu
Jesum filium Suum, hinc S. Marcum, il-
-linc S. Januarium Patronos et Autores
Coenobij: quæ Imago Coenobitis Summa in
veneratione fuit. Hæc omnia Carmine pan-
-git Burchardus noster hoc modo:

" Ut cursus anni tunc advenêre secundi,
" divini cultûs nonimmemor ille beatus,
" pulchrè formatam coepit fundare Capellam,
" Portæ Monasterij qua pandit pervia Claustri,
" omnibus aggressum demonstrans atq; regressum,
" quam sub Firminj Sacravit honore beati,
" qui Pastor primo me rexit amore paterno,
" inde morosus operi nil, cinxit mœnia Claustri,
" hic ubi Circuitus fuerat non rite peractus.
" Hâc Januarij Superâ de parte beati,
" Culminis Ecclesiæ, quam Sum perfecerat ipse,
" atq; gradus Saxo fecit post ista polito,
" Scanditur Ecclesiæ per quos ad limina porta,
" Cui manet mulo, nec non Genitricis Imago

In

Annus Christi 1018. Augiæ 295.
Post Lampertum Episcopum Constantien=
=sem XXVIII hoc anno plebrijasi, seu morbo
pediculari defunctum, presulatum accepit
Rodhartus, seu Ridhardus, et Richardus, ac
Ruthardus, Episcopus XXIX. Merkius et
alij jam ad annum 1009. de his tractârunt,
sed nos Hermannum hoc in passu attendimus.

Annus Christi 1019 Augiæ 296.
S. Henricus Imperator, et S. Cunigunda Con=
=jux ejus Virginea, cum Poppone Trevirensi
Archi Episcopo, Wernero Argentinensi, Gut=
=hardo Constantiensi, Hugone Genevensi,
Hugone Lausannensi, et pluribus alijs Epis=
=copis interfuit Dedicationi Basilicæ Ba=
=silicensis per Adelberonem ejusdem Eccle=
Episcopum M. octobris peractæ, quam ipse
Henricus regio Sumptu et Censu, in eadem
Civitate extruxerat.

Annus Christi 1020 Augiæ 297.
B. Hermannus, à Membrorum contrac=
=tura dictus Contractus, Septimum æta=
=tis annum agens, à parentibus Comit=
=titur Bernoni abbati XVII. Kal: octobris
f: 15. Sept: / literis pietatiq; imbuendus;
Herm: Duel: Mabile. At Hermannus
profectò modicum in Studijs capit pro=
=fectum, nisi suo tempore patrocinio ejus,
quæ dicitur Sedes Sapientiæ, Mariæ. Vide an=
=num 1028.

Annus Christi 1021. Augiæ 298.

Wolfeado Abbati Kal: Novemb: f: 1. Nov: succedit demùm filius Werinharius, Germanus frater B. Hermanni Contractus, de Werinhario agitur infra ad annum 1053. Herm:

Terræ motus magnus IV. fer: Maji f: 12. Maji: f: feria VI. Saxus Germaniam vehementer concutiebat, quo tempore Sanctus Imperator Henricus Expeditionem in Italiam Suscepturus, se precibus Sangallensium, Augiensium, et Einsidlensium sollicitè commendabat. Herm: Bucel:

Annus Christi 1022. Augiæ 299.

Hoc Anno teste D. Joanne Mabillonio, Benno scripsit Vitam S. Udalrici Episcopi Augustani, inscripsam Fridebaldo Abbati Augustensi. f.

Richardus Episcopus Constantiensis, auctore Hermanno hoc anno obijt, Episcopus XXIX, pro quo regimen subintrat Heimo vel Haymo Episcopus XXX.

Annus Christi 1023. Augiæ 300.

Annus Christi 1024. Augiæ fundatæ 301. et Seculum IV.

Benedictus VIII. moritur 10. julij. Succedit Joannes XIX. alijs XX. creatus 19. ejusdem, qui omnia privilegia tam Pontificum

quàm

quàm Imperatorum et Regum Augiæ concessa confirmavit.

Sanctus quoq; Henricus II. Imperator, Augiæ Benefactor, cœlo recipitur, 13. Julij Anno ætatis 52. Regni 23. Imperij 11. Bambergæ in Ecclesia S. Petri sepultus, Successit in Imperio Conradus II. dictus Salicus à die 8. Sept. qui regnavit annis 15. huius Electioni interfuit etiam Haymo Episcopus Constantiensis, proveniente Imperatrice S. Chunigunda Viduâ Henrici II.

Imperatori Sancto sociatur in Cœlesti gloria Sanctus Episcopus Hildesheimensis et Monachus augiensis Bernwardus, qui talem se præbuit in vita sanctimonia, ut vivus et mortuus clarescerat miraculis. Albertus Krantzius. Bucel.

Annus Christi 1025. Augiæ 302.

Annus Christi 1026. Augiæ 303.

Post Quadriennale Regimen Haymonis Episcopi Constantiensis XXX. paralysi, ut Merkius, vel pleuritide ut Hermannus. sublati 18. Martij, Cathedræ eidem præficitur Warmannus Comes Kyburgensis et Dilingensis, Monachus multorum Scriptorum testimonio Augiensis, vir reli-

=giosissimus, & prudentissimus, Hermanno Suevorum Duci Magister, Doctor & Juven=tutis moderator datus Episcopus XXXI. Is scripsit vitam S. P. Liminij fundatoris nostri. Warmannum dicunt Monachum Augiensem Duel: C. I. Germ: Sac: & in Rhe=tia, & Mabill: Wion: Demochares. Latius, Aus: Duelino est Epus XXXIX. Wioni & De=mochari XXXVI. Imhofio XXX. quem electum dicit anno sequenti.

Annus Christi 1027. Augiæ 904.
Epocha Imperij Romani Conradi II. à die 26. Martij.

Annus Christi 1028. Augiæ 905.
Epocha ordinationis Henrici III. Regis à die 14. Aprilis die S. Tascho.

Hac circa tempora B. Hermannus, non jam membris, quàm ingenio hebes, & annorum spatio secundum sæculi genium nihil in studijs, sed secundùm spiritum plurimùm proficiens, in contemptu sæ=culi & cultu mariano, singularem favo=rem à Matre misericordiæ Maria, sibi apparente expetitur, quæ optione data, eli=gendi vel salvos artus sine artibus vel artes solidas cum artubus elegit? Cle=rissimus Juvenis rectissimum priori pre=habens, voti damnatus in sanctum profecit

in

in studio literarum, ut, teste Sandero, sibi simi-
-lem eo ævo non habuerit, illiò enim linguarum
Græcæ, latinæ, et Arabicæ, ita peritus erat, ut
quamlibet earum, quasi patriam loqueretur, fu-
-isse insuper Philosophus, Rhetor, Astronomus,
Poeta, Musicus, et Mathematicus prælarissi-
-mus. Buel hoc A 1036. anno. Gonomus ao
1050.

Annus Christi 1029. Augiæ 306.
Berno Abbas, singulari Numinis benedictione
semper opulentior, quo in exornanda nova
Basilica et Cœnobio profusior, velut orac-
-ulum Delphicum a Regibus, Archi Episcopis
Episcopis et Principibus consulitur. Buel.

Annus Christi 1030. Augiæ 307.
Burchardus Monachus Augiensis, Gestorum
Witigowonis Scriptor poeta Excellens, Monas-
-terium S. Emmerami Ratisbonæ suscepit,
regendum, Abbas XII. Buel. in Chron. Const.
qui eundem Burchardum ad an. 1037. Mo-
-nachum Sangallensem vocat, sed male.

Eodem Anno Mangoldus Comes de Nellen-
-burg, quem Berno Abbas cum Vasallis et mi-
-nisterialibus Monasterij Augiensis Conrado
Imperatori in auxilium misit, contra
Ernestum Ducem Alemanniæ, Conradi
Privignum rebellantem, Augiensem et S.
Galli Ecclesias nimium molestantem
prædas et rapinas exercentem 17. Aug. apud
Baram acerrimo in prælio cæsus, immatur

in

in Augia, Ernestus quoq; cum pluribus suis complicibus eodem in prelio cecidit, sepultus Constantiæ in Ecclesia S. Mariæ, acceptâ prius indulgentia à potestate Episcopali pro Excommunicatione Heim, Oheim.

Annus Christi 1031. Augiæ 308.

Hoc Anno Suppremam manum Berno imponit operi suo De Adventu Domini ad Aribonem, seu Erbonem Archi Episcopum Moguntinum. Buel: in Const: Rhenana, qui hunc Aribonem vel Erbonem è Augia portulanum esse arbitratur.

Annus Christi 1032. Augiæ 309.

Bertha fœmina Sanctis religiosa, aviâ B. Hermanni Contracti 23. Viduitatis suæ anno XI. Kal: Januarij 1:22. Decembris 1 decessit Heim.

Berno missis Romam per Limbertum Gresbytenum et Erchangerum Diaconum Monachos, Cœnobij sui Augiensis, privilegijs accipit Bullam à Joanne XIX. dicto XX. p.m. Scripsam manu Sergij S. R. E. Notarij et Secretarij 28. Octobris, qua præter confirmationem Privilegiorum, cum maledictionis contra Invasores fulmine jacto, concedit, ut, quemadmodum Alexius II. Sic et Berno, ac omnes ejus Successores, uti Sandalijs, et missas habitu pontificali agere, Monachijs liberè Abbatem eligere valeant, contra quæ

jura

Jura Contificalia Warmannus Episcopus Constantiensis, aliàs Monachus Augiensis, quasi Juri suo Episcopali derogaretur, protestatur, re tamen composita acquiescit. Herm: Bucel: Mabill: Tschudius ad ann: 1030.

§ Bulla Confirmationis Papalis hoc est:

Joannes Episcopus Servus Servorum Dei. Notum sit omnibus Ecclesiæ filijs, tum Actualibus Temporibus, Nos Monasterij Sanctj Mariæ Augiæ dicti in honorem Domini nostri Jesu Christi Sanctæ Genetricis Virginis Mariæ dedicati, cui nunc Venerabilis Berno præest, aliqua privilegia prædecessorum nostrorum, scilicet Stephani, Bonifacij, Joannis, Leonis, item Joannis et Gregorij, à Limperto Presbytero et Erchangero Diacono prædicti Monasterij fratribus confirmanda ac renovanda accepisse; In quibus Literis invenimus Monasterium eum quorundam Episcoporum olim, præsertim Archi Episcopi Moguntini, Imperatorumque consensu, Sedis Apostolicæ authoritate perpetuâ libertate donatum; Primò ut Congregatio illius loci habeat potestatem eligendi Abbatem, neve quis alterius Monasterij, Abbate Augiensi Vitâ functo, ibi constituatur Abbas, sed ex ipsa Congregatione fratrum Augiensium eligatur, authoritate apostolicâ esse prohibitum; Repperimus etiam

nullum presbyterum in predicto Cenobio
missam celebrare, vel, ut Sanctus Gregorius
ait, in eo Suam Sedem & Cathedram ponere,
absq; Consensu Abbatis & Voluntate Mo-
=nachorum presumere, neq; ibi, neq; alijs
in locis ad id pertinentibus contra prede-
=cessorum Consuetudinem Concilia Vel Synodos
convocare, exactionemq; instituere debere,
Additum est preterea, Clausti abbatem
& fratres potestatem habere, Suos Monachos
et Clericos deo Servientes in tota Insula, vel
in alijs Cellis et Ecclesijs Cenobio annexis, à
quocunq; voluerint Episcopo ad placitum
consecrationem & ordinationem petere;
Chrisma quoq; et baptismum accipere posse:
abbas à Sede Apostolica benedictionis gratiam
accipiat, proficiscens autem Romam affe-
=rat secum Librum Sacramentorum, unum
Epistolarum, alterum Evangeliorum: binos
quoq; albos equos pro honorario, & sic con-
=secratus revertatur ad suam abbatiam. Ala-
=vius quondam prefati Monasterij abbas
Intercessione & gratiâ Ottonis Tertij Impe-
=ratoris à predecessore nostro papa Gre-
=gorio consecratus in Gratiam Imperatoris
impetravit, ut ipse & ejus successores Solen-
=ne misse officium cum Dalmatica & San-
=dalijs valeant celebrare. Abbas benedictionem
& consecrationem à Sede Apostolica Rome
percipiat; Proficiscens autem Romam ad-
=ducat secum pro honorario librum Sacramen-
=torum

=torum, unum Epistolarum, alterum Evange=
=liorum, sibi consecratus redeat ad suam ab=
=batiam. Olim Alavicus prædicti Monasterij
Abbas, intercessione Agrahiæ Ottonis tertij
Imperatoris impetravit, ut ipse & ejus suc=
=cessores in festivitatibus missarum solemnia
cum dalmatica & sandalijs cantare possent,
quoties Romam venerint, infra Missarum
solemnia Episcopo sedis Apostolicæ librum
Evangeliorum ad manus porrigant, & ubi=
=cunq; concilium à Papa celebrabitur, cum
libris decretorum & positionum Episcopo=
=rum Romanorum ad pedes cæteris dexteri
=orum deant. Singula ista procuratione Petri S.
Ecclesiæ Cardinalis Sylvæ Episcopi, ut supra scrip=
=tum est, rata renovamus, mandantes auth=
=oritate S. Petri Apostolorum Principis, cujus
nos vic-Romanam Ecclesiam gubernamus,
ne quis, aliquid novi afferendo, prædecessorum
nostrorum prædecessorum & aliorum San=
=ctorum Episcoporum Apostolicæ sedis privi=
=legia constitutiones & ordinationes prædicto
Monasterio concessas contemnere, infringere,
& temerare tentet, præsertim monemus
in nomine Domini Nostri Jesu Christi,
remotâ omni excusatione & causatione,
quivis operam det, ut in his Litteris com=
=prehensa semper firma sanet, & totis viribus
quantum fieri potest, adimplere contendat;
Decernimus insuper & prohibemus, ut futuris

tempo=

temporibus omnino authoritate Apostolica, exclusis quibuscunq; nullus mortalium contra ista Apostolica indulta quid tentare presumat, vel ut Abbas Berno, & ejus Successores ab Apostolica Sede ordinati suâ dignitate & honore priventur, nisi conthigat, ipsos talibus obstrictos delictis, ut in presentia Capitis de nominis et vocationis imò omnino Ecclesiasticorum officiorum gradu deponi mereantur; Siquis autem temerarius presens aliaq; predicto Cœnobio à predecessoribus nostris concessa privilegia contemnere, & infringere attentaverit, exclusionem à Deo patre filio, & Spiritu Sancto recipiat, et à judice penas & authoritate omnium Apostolorum & Successorum Suorum damnationem, & non solum regno Dei privetur, sed & iam eterne pene ad torquendum tradatur nisi talis se emendet, nostramq; admonitionem admittat, qui verò libi honestè hec omnia servanda proposuerit, recipiat à Deo gratiam benedictionis, mereaturq; consequi premia eterni salutis. Scripta Manu Sagij Romane Ecclesie Notarij et secretarij mense Octobri 5. Cal. Novembris Indictione 15.
Berno Valeto.
Nota. In hac Bulla videntur quedam bis posita, Scripta sunt autem, prout inventa.

Annus Christi 1033. Augiæ 31o.
Obijt Joannes XIX. alijs XX. 8. novembris, eligitur & creatur 9. Decembris Benedictus IX. licet indignis tanto ordini moribus & factis. Herman:

Annus

Annus Christi 1034. Augiæ 311.

Warmannus Episcopus Constantiensis XXXI. Monachus Augiæ in Domino obdormiit, Sepultus Constantiæ. Dignitatem obtinet Germanus ejus frater Eberhardus Episcopus XXXII. Merck: Wion. Demochares. f.

Annus Christi 1035. Augiæ 312.

Promissis suprà dictis ùt Stemmus, hoc loco opportuno, quo medium inter vitam mortemq́ suam lenuit Beatus confrater noster Hermannus Contractus, ea referamus, quæ noster P. Joannes Egonius in Tract. de Vir: Illustr. Augiæ P. II. C. XXVIII. de Monachatu ejusdem Hermanni dictè A Solidè adducit. Hunc idem in modum disserit.

" Tametsi hìc prolubium mihi esset supersedere
" concertationibus non necessarijs, quia tamen quotidie alij atq́ alij historias novas
" semper scribunt, quibus pro arbitratu suo,
" sententias quasvis etiam manifestè falsas ad rumusculos populi captandos Venditant, existimo satiùs futurum, si ea saltem, quæ de Hermanno nostro abijs falsò asserta sunt, etiam quàm brevissimè refutarem, ne, si tacerem, nullum
" argumenta nostra robur, quo nosmet cum contracto iueremur, credi possent habere. Trithemius proinde Monachis Augiensibus immeritò iniquior, pluribus locis scripsit, Hermannum nostrum San-

Sangallensem fuisse. Quem ejus Errorem alij
Scriptores in Inspidores Aram lapsi sunt; nam
A conceptam semel animo falsam opi-
nionem tuerentur, asserere ausi sunt, Hel-
pericum S. Galli Coetaneique eruditissimum
Monachum Hermanni praeceptorem fuisse,
ac Magistrum, eigs'è vita abeuntis in
Sangallensi Gymnasio Hermannum sub-
stitutum; ut minimum, si omnia tam
bene convenirent atgs cohererent, nemo
amplius Hermanni Monachatum San-
gallensem in dubium revocare, nedum
impugnare tentaret. Ne autem videar,
nullum hujusce commenti authorem
citare posse, jubeo Lectorem Jacobi Meyj
libellum de Episcopis constantiensibus
germanico Idiomate editum adire, ubi
ille hanc fabulam rotundè, degs veri-
tate ejus nihil sollicitus narrat, tan-
quam certam A notam existimat, ut
Aram nullum pro se negs argumentum
negs auctorem adducat; unde verò hunc
errorem hauserit, mihi nondum liquet;
optarem verò, ut Scriptores Historiali
tales, quae sibi incomperta sunt, silen-
tio praeterirent, ne cum tanto alionum
praejudicio magnam vani honoris exis-
timationem A apud ignaros homines
plausum mercari studerent. Quare enim
primùm citatus Scriptor Helpericum

San-

Sangallensem ait Hermanni fuisse magistrum, nullo antiquitatis allato testimonio. Num hoc elicuit ex scriptis aliquibus Helperici, aut ipsius Hermanni, vel ex scriptura alia veteri authentica? ostendat, si quis ejus modi reperit, et veritatis radium nobis non invideat, ut et ipsi, quod aequum est, credamus. Si autem, quod annuo, nihil tale invenit, quid tam audacter, quod nescit affirmat? Sed quid acerbius in hominem invehor, quem opinor, etsi de suo nihil nobis in commodaturum sed profuturum plurimum; si enim ego demonstravero, Helpericum longe ante, quam Hermannus in lucem natus sit, mortem obisse, numquid non concidet totum ejus fundamentum? et enim falsum esse probavero, Hermannum Helperici discipulum fuisse, an non languescet quoque, si non extinguatur opinio, quo putat Hermannum in S. Galli coenobio monachum fuisse? Ita profecto continget, quo enim fragilior infirmiorque illius opinio reddita fuerit, eo nostra fortior certiorque evadet; siquidem cum falsum apparuerit, Hermannum Helpericum in schola Sangallensi successisse, minus dein etiam verum apparebit, illum in S. Galli monasterio coenobitam fuisse.

Ut ego errorem hunc citius deprehendamus, necessarium est, perscrutare prius, quo aevo uterque iam Helpericus, quam etiam Hermannus floruerint. De Helperici quidem aetate nihil

certius possum scribere, quam quod Sangallenses ipsi Scriptores tradunt, maximè verò Q. L. Jodocus Metzlens antiquitatum sui monij Scrutator & Illustrator egregius. Qui in libro de viris Illustribus Monij St. Galli, ubi de Walafrido Strabo tractat, sic ait: Nostros certè patres Helpericum et Werembertum fuisse discipulos ejusdem Rabani scimus &c. Si ergo Helpericus discipulus Rabani fuit, necesse est, fuisse ante annum 847. quo Rabanum Moguntinæ Archidiœcesi præfuisse, docent Hermannus in Chronico Baronius Annalium Tomo X. ad prædictum Christi annum. Hinc verò uterius colligere licet, Helpericum natum fuisse ante annum 828. cùm probabile sit, quando fuldam è S. Gallo studiorum causa ut missus, ad minimum septendecim annorum fuisse, & duobus aut tribus circiter annis ibi Rabanum sacras literas exponentem audivisse, quod, ut dixi, ante annum 847. opportuit fieri; nam credibile non est, Rabanum jam Archiepiscopum, gravissimisq; curis distentum Scholas habuisse. Hoc ergo veluti fundamento supposito, videbimus præterea, quo tempore Helpericus, si Hermanni Magister fuit, docere debuerit. In primis enim ipse Hermannus in chronico scribit, se natum anno 1013. citeris verò septennem traditum Anno 1020., ergo post annum 1020 adhuc vixit Helpericus, imò diutiùs, quando-

quidem

=quidem à prædicto Scriptore dicitur Hermannus
ni Schola S. Galli Helperico Succenturatus; negs
enim Hermannus Septennis adhuc puer Gymna=
=sio eidem præfici potuit, sed cùm jam prudentia
Valeret, Annatus satis esset, quod ante 24. a=
=tatis annum vix contigisse credendum est; Si
demus ergo Hermanno 24. annos, antequam
Ludi Magister Sangallensis constitutus sit,
reperiemus hoc non potuisse fieri, ante annum
Christi 1037. cùm igitur, quod meminisse po=
=test Lector, supra probaverimus, Helpericum
natum circa annum Christi 827. sequitur
illum ultrà 200. annos vitam suam pro=
=duxisse, ut jam Germania etiam novum le
habere nestora gloriari possit, negs Sinum Gre=
=cie invidere debeat; Et licet sepè citatus
Scriptor ætatem Helperico satis longam at=
=tribuat, dicatqs illum ad 96. vsqs annum
pervenisse, ùt fortè, quod de Hermanni sub Hel=
=perico discipulatu finxit, verò similius ap=
=pareat; non tamen satis finxit, si enim vult
ut fabulosa ejus opinio subsistat, necesse est,
ut ad 96. illos annos 114 alios adjiciat.
Perpendant ergo ni quantos errores contrarie
opinionis auctores labantur, dùm, quam
simul de Hermanni professione arripuere
sententiam, mordicùs hæri contendunt.
Negs verò simile est, quod aliquis opinari
possit, fuisse duos Helpericos apud S. Gallum,
quorum unus sub Rabano, alter cum Her=
=manno floruerit, qui qs magister esse potuerit,

Dico enim, me neminem adhuc legisse, qui duos
huiusce nominis Doctores faciat; Trithemium
etiam, cujus ad adversarijs fides hìc minorpere
exolescit, unum tantummodo Helpericum no-
minat, quem plerumq; Hermanno ætate faut
parem, aut etiam suppparem et juniorem, pre-
sertim in Catalogo de scriptoribus Ecclesiasticis,
quem post libros de viris Illustribus ordinis
nostri scripsit, ibi enim ait, Hermannum vixis-
se sub Henrico II. Imperatore circa annum
Domini 1040. Helpericum verò circa annum
1069. sub Henrico III. Imperatore. Ecce ergo,
quòd negs secundùm Trithemij opinionem
(quàm ipsi aliàs de Hermanni Monachatu
libenter ut verissimam amplectimur) Helpe-
rico ille in Schola Sangallensi subsistui po-
tuerit. Ad quid istis figmentis jam sufficientia
improbatis diutius immorer?

Proferamus aliquando jam nos, quale
nobis Hermanni Monachatum adscribamus,
et cur Sangallensibus abnegemus. Quod ad nos
spectat, dicimus, solidiora argumenta ad
ejus professionem in Augia emissam pro-
bandam non posse produci, quàm quæ hac-
tenus Arnoldus Wion, et Christianus Urstis-
sius, aliiq; veritatis amantes ex ipsomet Her-
manno, protulêre, qualia sunt, quæ habet
in Chronico ad annum Christi 1048. ubi
sic dicit Imperator (s. Henricus II.) Ratispona,
ubi Pascha egit, digressus Alemanniam repetit,
et in Augiam nostram ingressus octavo Calendas

Maji

Maji, novam S. Marci Evangelistæ Patroni nostri Basilicam à Dño Bernone Abbate constructam se præsente à Theodorico Constantiensi Episcopo dedicari fecit, ejusdem Sancti festo apud nos ab Ascensionem Domini Turego, Pentecosten Soloduro celebravit &c. Hactenus Hermannus. quem susius de Augia sermocinantem eò libentius audivimus, quo majus hic nobis hæc professionis locum inveniendi lumen præbuit, tam luculenter enim hic scripsit, ut ea, quæ attulimus non indigeant nostris Scholiis illustrari clariora sint, quàm ut alio alio interprete opus habeant. Quid enim expressiùs dicere potuisset, quo se Augiensem asseret, quàm quandò dixit: Imperator Augiam nostram ingressus. S. Marci Patroni nostri Basilicam dedicari fecit, festum S. Marci in Augia apud nos egit, Pectenè San-Gallenses dum narrare vellent, Imperatorem in Augia festum S. Marci Evangelistæ ejus loci Patroni celebrâsse, dicerent, Imperator apud nos festum S. Marci Patroni nostri peregit &c. Si enim ita dicerent, quis obscuro, non existimaret, Imperatorem festum S. Marci apud S. Gallum celebrâsse, cùm econtra Hermannus dicat, in Augia hoc factum; Quis etiam non inde colligeret S. Marcum Evangelistam apud S. Gallenses esse patronum, ejusdemq; sacras reliquias ab ijs asservari, cùm tamen Hermannus ad Annum Christi 830. referat, solum modò ad augiense Monasterium delatas, quoniam verò hæc omnia sunt valdè absurda, et à veritate alienissima, sequitur,

à nemine alio istud Chronicon potuisse scribi, quàm à Monacho Augiensi, cum autem constet, Hermannum hujus Chronici esse auctorem, sequitur etiam evidenter, illum fuisse Augiæ Monachum.

Nihilominùs tamen etiamsi ista sint verissima, audiamus, quid contra respondeat, qualescunq; verba ex Hermanno adducta explicet R. P. Jodocus Mellerus, qui capite 26. libri de Viris illustribus S. Galli, ubi de Hermanno tractat, sic disserit.

Hallucinantur verò, qui putant Hermannum D. Galli Monachum non fuisse, Enim verò ex eo, quod Hermannus cum Augiam nominat suam, Augiam nostram et Imperator Augiam nostram ingressus, S. Marci festum nobiscum egit, Similibusq; utitur, non plus elicitur, quàm Hermannum in Augiæ eo, quo Imperator advenit tempore fuisse. Vel Summum illud, Hermannum jam tum in Augiam receptum stabilitatem suam ni eâ forte fermâsse, benè enim potuit Hermannus in S. Gallo religionem in principio profiteri, et sein in Augiam transmeâsse. Hactenùs ille.

Videsne Lector! quomodo nodum hunc duplici velo conetur perstringere; posteaquam enim animadvertit, primum infirmius esse, etiam secundum adhibuit. Talus est enim primo, Hermannum forte tum in Augia hospitatum illi dedicationi cum aliis exteraneis interfuisse. Sed etiamsi fingamus,

hoc

hoc factum, non tamen statim hanc ob causam
Hermannus Augiam debuit vocare nostram
neq; S. Mariam Patronum nostrum; nul-
=lus enim hospes et Advena, dum vix alterius
Monasterij limen salutâsset mox ad illud aqui-
=reret jus, ut jam proprij monasterij oblitus
illud in quo hospitaretur, vocaret suum;
Quis ergo non videt, Hermannum, dum fali-
=bus Augiam verbis descripsit, se quoq; inter
Augiæ Monachos numerâsse? cum proinde
Mesmerus perspexisset, hac prima sua respon-
=sione argumenti vim nondum labefactari,
adjecit alteram divinavitq; Hermannum
potuisse prius apud Sangallenses profes-
=sionem emittere, et dein, quando in Augiam
transmeavit ibidem professionem renovâsse,
stabilitatemq; firmâsse, At cum hoc pro-
=bationibus careat, gratis asseritur. Licet
verò allatis exemplis conetur probare, ante
et post Hermannum augienses quosdam
ad S. Gallum transisse, ibiq; de novo profes-
=sos esse, non tamen ideo mox asserendum
est, Hermannum quoq; et alios id fecisse,
cum rationes, cur de uno hoc affirmemus, pos-
=sint dari, pro alio non idem. Sed si etiam
concederemus, hoc factum, nihilominus Her-
=mannus magis ad Augienses quam San-
=gallenses pertineret, certum est enim, il-
=lum, si à S. Gallo in Augiam transijt, ibiq;
stabilitatem firmavit, Juri suo, quod ad illud
Monasterium habuit, primò renunciasse,

Vicis-

vicissimq; Abbatem SanGallensem cum Conventu
eundem ab obedientia sua absolvisse, liberumq;
dimisisse. Si ergo res ita se se habeat, cur San-gal-
lenses, qui Hermannum tunc sponte dimiserunt,
nunc repetunt, et ad se nolentem revocant, an non
Mezlerus paulò supra concedere visus est, Her-
=mannum, postquam in Augiam è S. Gallo trans-
=migravit, ibi stabilitatem suam firmâsse? Quo-
=modò autem revocari posset, qui stabilem se in
Augia futurum juravit? Posset ergo, et ipsa
=ra post tam longam mutuorum temporum
circumscriptionem repetitur, qui etiam sponte suâ
ante sex centos annos indissolubili nexu cum Au-
=gensia quoq; Sangallensium Augiæ se alligavit.

At tandem Mezlerus, ubi neq; secundam
hanc responsionem animadvertit, pro San-gal-
=lensibus stare, ni eam denuq; opinionem in-
=ductus est, ut diceret, Hermannum in Augia
quidem, quando ista scripsit, fuisse, potuisse
tamen ad S. Gallum redire constareq; ex Tri-
=themio, Monachos olim propteriore scien-
=tia assequenda ad diversa Monasteria missos,
cumq; hoc de discipulis sit certum, de Ma-
=gistris longè fuisse certissimum. opinatur 3tio
Hermannum è S. Gallo in Augiam missum, ut
juventutem in bonis literis imbueret. Verùm
et hoc improbabilis responsio prorsùs, et ve-
=ritati consentanea minimè est, nam pre-
=terquam, quod tam tùm ad vim argumenti
nostri declinandam sit excogitata, probariq;
aliquo testimonio nequeat, incredibile sita
est, hoc contigisse, tum quod Augiense Mo-
=nasterium

-nasterium sine adventitio Magistro opus non habebat, cùm sub Bernone Abbate edictis libris celeberrimo, viris doctissimis ita floruerit, ut omnem Sciarum culmen fastigiumq; transcenderet, tum etiam si denus, aliquem è S. Gallo Magistrum Scholæ Augiensi in subsidium missum, non tamen videtur Hermannus potuisse mitti, qui corpore semper et valetudine infirmus, omniumq; membrorum fermè destitutus erat usu, sed alius corpore vegetior, ejus oneribus sufferendis accomodatior, tum denique etiam quod non existimem Hermannum sui ævi facile scientissimum, eruditissimumq; è suo Monasterio aliò fuisse ablegatum, cùm sciamus hodieq; thesauros pretiosos et raros diligentius custodiri.

Sed attendat Lector: quid ultimò denique contra argumenta nostra objiciat Mezlerus. Hic, cùm pensiculatius robur eorundem examinâsset, sensisseq; humeros suos graviter premere, neq; ostium, quo erumperet, patere, in omnes se se partes anxius versavit, ut grave jugum scapulis suis exueret, occasionem demum certam elabendi se invenisse ratus, negare incipit, quæ ex Chronico prædicto adduximus, verba esse ab Hermanno scripta, sed esse ab aliquo alio appendicis loco adjecta, dicitq; se in annalibus suis, â me nec visis, nec lectis, hoc demonstrâsse; At si huc tandem veniendum erat, poteram omittere ea, quæ hactenus probavimus, poterat et D. Mezlerus res à se magno studio excogitatas respon-

siones

=siones preterire, & nunc negandi verbo totum
argumenti robur dejicere, omnemq; illem com=
ponere. Verùm est enim, si ea verba Hermanni
non sint, nos hactenùs parùm probasse; Si
autem sint: ut nullus ambigo: Verum quoque
est, nos Hermannum nobis evidenter asseruisse;
Licet verò ille dicat, se in suis analibus hoc demon=
strasse, miror tamen certè, unde probet. Etenim
si divinare liceat, suspicor, illum inde velle col=
ligere, quod in Chronico auctiori ab Henrico
Canisio edito multa reperiantur, quæ sint
ab alijs interjecta, & tametsi non ignorem,
hoc verissimum esse, verba tamen illa, quæ
suprà posuimus, certum est, esse Hermanni;
siquidem in omnibus: quas quidem me vi=
dere contigit: editionibus et antiquis et re=
centioribus, tam auctioribus, quàm dimi=
nutioribus reperiuntur; ut nihil iam de
manuscriptis alijs dicam, in nostro certè per=
vetusto exemplari: quod penes me habeo,
quodq; ab aliquibus ipsum authographum
credebatur: Licet à recentiore manu plura
sint apposita, quæ etiam in editionem Ca=
nisij irrepsêre; verba tamen suprà scripta,
continuato et veteri simillimo Caractere in
ordine suo posita cernuntur. Ostendant ad=
versarij, si dare aliquod Vetus manuscriptum
habent, ubi hæc verba non inveniantur. Et
licet iam dare haberent, & ostendere possent,
non tamen probabunt, suprà dicta verba
ab alio esse superadjecta, cùm verò simile sit,

Hermannum

Hermannum Chronicon suum non semel dun-
taxat composuisse, sed post aliquot annos
correxisse, et rebus aliis etiam auxisse, prout
aperte etiam indicant ursheimis alijs Camisius,
affirmantes illam tam multarum editionu
varietatem, diversitatemque inde solùm oriri.

Atqs de his ideo fusius hucusqs disputa-
vimus, ut scilicet ostenderemus, locum, quo
Hermannus in Chronico Fugiensem se mini-
mat, non adeò segnitèr tanquam obscurum
aut Chronico noviter affictum et adulterinu
esse pretereundum, sed veluti clarum in pri-
mis luculendum et genuinum esse notandu,
ut meritò, si etiam aliud argumentum non
suppetat, Hermannum nobis adstruxisse
constare possit. unde mirum est, Mezlerum
asserere, ex eo loco nihil contra Sangallenses pro-
bari. ut enim preter eam, quo supra uberius
pertractavi, unum hoc, quod Hermannus S.
Marcum Patronum nostrum dixerit, ad per-
suadendum in Augia illum Coenobitam fuisse,
sufficere Mezlero poterat, meminisse enim de-
bebat, se supra persimili argumento probasse,
Walafridum sub disciplina abbatis S. Galli
vixisse, quod videlicet in prologo vitæ S. Galli
eundem vocitaverit Patronum nostrum;
si ergo Mezlero subiisse limit, neminem
S. Gallum Patronum nostrum potuisse di-
cere, qui patrimonij ejus portio nulla un-
quam fuerit, cur et mihi non liceat asserere,
neminem quoqs potuisse S. Marcum Patronu

nostrum

nostrum nominare, qui patrimonij ejus aliam
portio nulla fuerit inquam, Et revera si inde
sequi debuit, quod tamen suprà refutavimus,
Walafridum Sangallensem fuisse, multò ma-
gis sequi debet Hermannum Augiensem fuisse,
cum plurimis diversis vocabulis uno eo-
demq; loco tam luculenter hoc meidet, jam
verò producant aliam adversarij vocem
aliquem ex Chronico, quo Sangallensem
illum probent, fortè sicut Sanctum Mar-
cum, ita et S. gallum vocat Patronum nos-
trum? aut ex verbis alijs forsan colligitur
fuisse Sangallensis. Verùm ego nusquam quid
tale invenio, imò verò potius contrarium
non obscurè colligo ex eo, quod ad annum
Christi 977. scribat, apud S. Gallum Ymmo ab-
bas presidis annis octo. qui templum Patroni
sui pro viribus adornare studuit. q. Quis ama-
bo credat, Hermannum fuisse Sangallensem,
cum hic consuetò abstineat, S. Gallum no-
minare Patronum nostrum, cùm tamen
si Sangallensis fuisset, hic maximè oportuerit,
cur enim S. Gallum Ymmonis abbatis lo-
cum Patronum dixit et <u>suum</u> protestijs?
certè non aliam ob causam, quam quòd non
ignoravit, Augiensem fuisse Monachum, et
S. Marci filium.

Hactenus ergo evidenter ex ipso
Hermanno probavimus eum Augiensem
non Sangallensem fuisse, frustra igitur nobis
Trithemij dissentientis auctoritas obtenditur,

Qui

Qui historiarum diversissimarum varietate obrutus, particularibus illis questionibus examinandis minùs insudare potuit, Ei enim præter ipsum met Hermannum opponimus Bellarminum de Scriptoribus Ecclesiasticis, Antonium Possevinum in Apparatu Sacro, Antonium de yepes Hispanum, in Chronico Generali ord. D. Benedicti, Arnoldum Wion in Ligno Vitæ, Henricum Canisium, Carolum Hengelium, Christianum Urstisium, aliosq; innumeros, qui omnes concorditer asserunt, Hermannū Augiæ fuisse Monachum, pluresq; eorum inde suspicantur, Trithemij Errorem fuisse ortum, quod fortè prima illa et vulgata Hermanni editio ex Codice Sangallensi fuerit transcripta.

Hinc etiam non subticendum existimo, Hermannum ubiq; in Veteribus manuscriptis Exemplaribus vocari Monachum Augiensem, nunquam Sangallensem, quod Arnoldus Wion disertè testatur; unde longè aberrant, à vero, qui nostram de Monacha Augiensi Hermanni Sententiam vocant novam, putantq; primùm abeo, qui Francofordianam Editionem promovit, inventam, hoc enim melius refelli non potest, quàm, si vetera Inspiciantur Exemplaria, quæ aliquot centenis annis ante Francofordianam Editionem scripta sunt,

quæq; Hermanni Monachi Augiensis nomen in fronte exaratum gestant. Tale Exemplar reperitur Augustæ apud S. Udalricum, ex quo Henricus Canisius suam editionem exscripsit, Tale item fuit illud, quo usus fuit Usserius, Talia fuerunt ea, quæ Arnoldus Wion, se vidisse aut legisse asserit, Talia sunt multa hinc inde in variis Bibliothecis asservata; Quomodo ergo [: quod quidam dixit :] nemo unquam dubitavit, Hermannum fuisse S. Galli Monachum, antequam ejus Chronicon francofurti prodiret? Verius proinde dixerim ego, ante Trithemij tempora neminem extitisse, qui non concederet Hermannum fuisse augiensem, quod antiqua Exemplaria, de quibus modo dixi, docere possunt.

Porro ut tandem controversiam hanc finiamus, audire jam ultimò libeat, quæ Sangallenses argumenta, quas rationes, quosq; antiquos codices pro se adducant, quibus Hermannum sibi adscribant; Haec enim nihil allatum est, quo Sangallensis probaretur; Quare si jam saltem non fuisse augiensis, nondum tamen constaret, esse Sangallensem, unde prepostera esse censeo, eam disputandi rationem, quando audacter quidem alienæ sententiæ, quantumvis munitæ, insultatur, propria verò negligitur, nullisq; argumentis obfirmatur; Si ergo Sangallensium rationes

nostris

nostris aliquando efficaciores, perspexerimus, nemo ambigat nos veritati libenter cuncta daturos, citemq́s mox omnem Sepulturos, verùm tamen donec abÿs certiora inveni=-antur, noster manebat tantis per Hermanni=-nus, dum Speremus, fore, ut vix certio=-ra inveniant, nobiscum diu perennabit.

Hactenus R. D. Joannes Egonius, qui huic concertationi appendicem sat prolixam adjunxit, quam, partim, quia cum prioribus argumentis fere coincidit, partim ne lectoris patientiam hucusq́ haud parum moratam, ulterius abutamur, consultò omittimus, cæpq́ quam teximus telam prosequimur.

Annus Christi 1036. Augiæ 313.

Annus Christi 1037. Augiæ 314.

Burchardus Monachus Augiensis Abbas XII. ad S. Emmerammum Ratisbonæ, in professione Romana peste extinguitur. Sepultus Romæ apud S. Petrum in Va=-ticano, sedit in Cathedra abbatiali annis 6. mensibus 8. diebus 8. Hundius.

Annus Christi 1038. Augiæ 315.

Annus

Annus Christi 1039. Augiæ 316.

Conradus II. Imperator inopinatò decedit apud Trajectum 4. Junij Anno regiminis 16. Imp. 12. Nemetum seu Spiram allatus, ibiq; sepultus; Imperij habenæ traduntur filio ejus Henrico III. cui nigricans facies, Nigri nomen indidit. Herm:

Inclytus hic annus est canonizatione S. Confratris nostri & Martyris Meinradi, primi Helvetiæ eremi incolæ à Benedicto Papa IX. alijs VIII. peracta, quo anno abbas Augiæ Berno ad ipsum dedicationis Ecclesiæ Einsidlensis festum 6. octobris celebratum reliquias ejusdem gloriosi Martyris ex Augiâ ad sacrum Eremum transmisit. Chron: Aug: Hartm: Bucel: Crop: Einsid:

Præter innumeros, eosq; communes cum regibus labores & onera studium Literarum Bernoni perpetuum fuit. Unius tantùm anni labores ejus sunt; De Jejunio Sabbathi Liber unus, de officio Missæ liber unus, de Jejunio 4tuor temporum Liber I. de Musicâ & Symphoniarum Regulis Liber I. De Monochordo mensurando Libr: I. Bucel: in annal: Bened: Idem in const. Rhen: ad annum 1022.

Annus Christi 1040. Augiæ 317.

Notat ad hunc annum D. Christophorus Hartmannus in Annalibus eremi Einsidlensis, quòd Henricus Cæsar Constantiæ Natali Domini celebratò in Augiam transvectus ibidem

aliquam-

aliquandiu subhaesit, eodem in loco Eremi-
-tarum privilegia rata jusserit. Actum Augiae
II. Nonas Febr. / 4. Febr. /

Annus Christi 1041. Augiae 318.

Annus Christi 1042. Augiae 319.

Annus Christi 1043. Augiae 320.

Annus Christi 1044. Augiae 321.
Obiit Benedictus IX. Mense decembri.
Substituitur Silvester. Anti-papa 30. Xbris.

Annus Christi 1045. Augiae 322.
Silvester Antipapa abdicatur 8. Martij. Eli-
-gitur alius Sextum dictus Benedictus IX.
creatus eodem die, qui statim 28. Aprilis abdi-
-catur, quo item die Gregorius VI. Cathedrae
impositus est.

Hoc Anno ad Henricum III. forte tunc Im-
regi commorantem, Berno dirigit Epistolam
et duos Sermones, qui apud nos extant, in

qua

qua Epistola pro Irmingarda Abbatissa Turc-
-gensi in stupprum lapsa deprecatur, ut in
pristinum dignitatis gradum, quo exide-
-rat, restituatur. MS. aug. Mabill.

Annus Christi 1046. Augie 323.
Gregorius VI. moritur 17. Decembris. Succedit
Clemens II. creatus 25. ejusdem.

Epocha Coronationis Henrici III. Regis
in Imperatorem Romanum à die 25. Xbris
hic sub eo nomine scilicet Imperatoris dictus
est Henricus II.

Eberhardus Episcopus Constantiensis XXXII.
obijt Rome subitaneâ morte in die natali Dñi
25. Decembris seu ipsa Coronationis Henrici
solemnitate, ibi Sepultus sub Confessu S. Petri.

Annus Christi 1047. Augie 324.
Moritur Clemens II. 9. Octobris.

Constantiensi Ecclesiæ Viduatæ Sponsus
designatur A Episcopus XXXIII. Theodo-
-ricus, antea Cancellarius et Archi Capellanus
Henrici Cæsaris præpositus Aquisgrani et
Spiræ.

Annus Christi 1048. Augie 325.
Eligitur in Summum Pontificem Damasus
II. creatus 17. Julij, qui post dies 23. moritur
8. Aug.

Bano Henricum III. Cæsarem in Augiam

ad

ad dedicationem per Theodoricum Episcopum Constantiensem peractam Basilicæ S. Marci Evangelistæ à sede novo exstructæ invitatum venientem maximo honore excepit 24. April. qui Cæsar ejusdem Sancti festo in Catania majore apud nos acto, ascensionem Dni Turegi Pentecosten autem Solodori celebravit. Ham: Aalij:

Eodem Anno 7. Junij Berno abbas Augiæ XXIX. Doctrinâ et pietate excellens, Senior Abbatum Augiensium, utpote Quadraginta viginti nis annos numerans, collector dispersorum fratrum, restaurator bonorum Spiritualium et temporalium, beatitudinis præmia adeptus in tumulum ingreditur, quem invenit in eadem Basilica S. Marci Evang: cum quo omnis fere Augiæ gloria tumulata videtur.

Scribit Gallus ohem, quod ab immemorriali tempore tumulus Bernonis lapide Sepulchrali contectus fuerit, usqs ad tempora Abbatis Joannis Cfuser, qui eundem lapidem amoverit, et ad altare, ante suam et Patris sui Sepulturam ædificatum: nunc omnium Sanctorum dictum: applicaverit.

Scripsit Berno plures tractatus, de quibus auctores, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis libros ediderè, vel de Viris doctrina illustribus scripsêre, meminerunt, ut Trithemius, Bellarminus, Arnoldus Wion, Antonius Possevinus, Pucellinus, Graveson, et Mabillonius.

Sunt ḡ Sequentes:

De Officio Missæ Lib: I. qui multoties excusus, nam Tomo XI. Bibliothec: Ld. P. est insertus.

Vita S. Adalrici Ep: Aug: extat apud Surium Tom: IV.

De Adventu Domini ad Aribonem Arch: Mogunt: lib: I.

De Jejunio 4^tuor Temporum Lib: I.

De Jejunio Sabbathi. Lib: I.

Sermonum Tam ad fratres quàm alios Lib I.

Epistolarum ad diversos libr: I.

De Musica ad Pilegrinum Colon: Archi Epis: Lib: I.

De Instrumentis Musicæ lib: I.

De Mensura Monochordi Lib: I.

De Historia Alemannorum Lib: I.

De Vera Laude Regis ad S. Henricum II. Lib: I.

Epistola A Sermones duo ad Henricum III.

de Psalmodia ad Meginfridum et Cennonem Lib: I. f.

Scripsisse preterea fertur plura alia, inter quæ aliqui arbitrantur esse quoḡ vitam S. Meinradi Martyris, quæ extat apud Surium Tomo I. in vitis Sanctorum.

Successorem nactus est Beno Adalricum I. Baronem de Lupfen, Monachum & præpositum Augiensem abbatem XXX. qui cum Theodorico Episcopo Constantiensi acrita contendit, abnuens eidem inaugurationem

seu

seu Consecrationem Abbatis Augiensis compellere, perrexit usque Romam, sed Episcopus nihil effecit, ut legere erit anno sequente in Literis Leonis IX.

Annus Christi 1049. Augiæ 326.
Eligitur Pontifex Maximus Leo IX. creatus die 12. febr.

Adalricus I. causâ Controversiæ cum Episcopo Constantiensi prout diximus, Romam profectus, à Summo Pontifice Leone in ipso Paschæ festo, 26. Martij, Indictione 2. Consecrationem Abbatiæ Electionis et omnium Privilegiorum Augiensium confirmationem accepit, obtinuitque sequentes literas, quibus Papa specialiter definit, Abbatem Augiensem et Successores neminj, nisi Romano Pontifici subesse, et à nemine, nisi abipsomet consecrari debere. Literæ sunt hæc:

Leo Episcopus Servus Servorum Dei, Adalrico Abbati Monasterij Augiensis ejusque Successoribus Abbatibus Salutem sempiternam. Verbum dixit: nihil est apertum, quod non revelatur, et absconditum, quod non sciatur; Hæc cùm quotidie contingant, credibile est, ex ore Veritatis procedere. Profectò nostris temporibus divinâ revelatione multa monasteria multæque possessiones variis in locis S. Petro subjectæ, negligentiâ Prædecessorum nostrorum abalienatæ, et ex memoria hominũ

elapso, nobis debito sunt, è quibus dulcissime
fili est Vestrum Coenobium, quod certè Sti
Petri Juris est, quemadmodum privilegia An-
=tiquorum Romanorum Constitucum, quæ nos
vidimus, docent, de quibus postea dicturi sumus;
Cùm autem Theodoricus Constantiensis Epis-
=copus de ordinatione ad nos pertinente, que-
=relas habeat, tu econtra dicas, romana te ha-
=bere privilegia proinde utrèsq; Vestrum ex Man-
dato Charissimi filij nostri Imperatoris Hen-
=rici Augusti, ad nos venit, ac quilibet jus suum
nobis sedentibus in palatio nostro Lateranensi
assidentibus etiam S. Archi Episcopo Trevirensi
Alberone Moguntinensi, et N. Cancellario
Cesareo, Petro Prefecto Romano, Petro Can-
=cellario nostro, cum multis alijs Episcopis,
et Prelatis Germanicis quoq; et Italicis,
Nobilibus Secularibus, aperuit. Quale e-
=rat fundamentum Episcopi erat, Vestrum Coe-
=nobium in sua Parochia vel Episcopatu sito
esse, proinde illud juxta Sacros Canones de-
=fendere debere. Ad hæc nos, si nihil contradici
posset, ipsum Veri Juris germanæq; Justitiæ
solidam attulisse causam: Cum Vestra nobis
sint privilegia et Apostolica fide impetrata,
monstrata, sit omnis contrarietas, quem-
=admodum vos matutinus à sole consu-
=mitur, sublata est. Nullam autem ha-
=bens Episcopus Constantiam, dilationem
petijt, licet de jure non esset concedenda,
nihilominùs diximus, si legibus Dilationis
satisfacere vellet, Cum nos illi eam libenter

daturos

daturos, quod renuisti; Cùm igitur pretensa causa instructi, vestrisq; armis indubi, quantùm valuistis, ad nostrum Judicium, pro nostra altercationis Actis declaratione veneritis, arbitramur indecens fore, si citra huic modo finis non imponatur, hanc fulsimus Sententiam, Vestrum monasterium solùm, et nullius alterius, quàm S. Petri esse, sicuti privilegia à tempore Ottonis primò et secundo, atq; deinceps Hadriani, Leonis, Formosi, Sergij, Joannis, Bonifacij, iterum Leonis, continerent, studiens: hac Episcopus justâ de causa coactus, quievit, demisse nos adedendo, sua se viga cedendo, ordinationem, de qua querelas intulerat, resignavit; Vestris igitur precibus inclinati, hoc privilegium authoritate Apostolica, post quam ordinationem conscribi mandavimus, sic sequitur.

Leo Episcopus Servus servorum Dei Adalrico Abbati et ejus successoribus eternam in domino salutem. Omnibus Christi fidelibus nunc et futuris temporibus notum sit, Episcopum Constantiensem querelas de ordinatione Abbatis Augiensis, filij sedis Apostolicæ, movisse; Hâc de causâ et Episcopus et Abbas electus, non convocatus, Romam ad presentiam nostram venientes, suum quilibet jus coram posuerunt; Episcopus allegabat ordinationem Abbatis augiensis, cùm monasterium

in

ni suo situm sit Episcopatu, ad se pertinere.

Econtra Abbas electus pontificia monstrabat præcepta atqs privilegia, quæ in manibus habebat, nempe Hadriani, Leonis, Formosi, Sergij, Joannis, quatuor veraciter sanctorum Pontificum. Lectis vero Privilegijs inventum est Monasterium Sedis Apostolicæ Juris esse, ac ab Episcopatu Constantiensi exemptum; Quod licet Episcopo grave et molestum videretur, nihilominùs tamen timore divæ execrationis perculsus, et Episcoporum suorum et amicorum consilio admonitus, se victum videns, nos devotè accedendo, S. Petro, A nobis indigno ejus Vicario, jus ordinandi abbatem resignavit, ejuravit, tradidit, sub pœna centum auri librarum, Abbati et ejus Successoribus, si deinceps ejusmodi querelas de novo movere tentaverint, numerandarum atqs solvendarum, nisi privilegia Sedis Apostolicæ, quibus Monasterij inducta, vincere possit, constituto die attulerit. Hujus rei negotium, ut diximus, in nostra præsentia definitum fuit; assidentibus Episcopis, qui propriâ manu subscripserunt.

Eodem adhuc Anno 1049. Leonem IX. 23. Novembris in festo S. Clementis Papæ et Martyris in Augiam venientem, atqs ad diem Lunæ post primam dominicam Adventûs, quæ fuit 4. Decembris, manentem,

Adalbertus

Adalricus Abbas summo honore excepit, cujus precibus exoratus Papa, altare summum Ecclesiæ S. Adalberti Episcopi Pragensis et Martyris in Augia in loco, qui dicitur Zgrowdru, qui ab Eggehardo I. suam desumpsit denominationem, sito, et ab Adalrico nuper restaurato, sacro Chrismate unxit 24. Novembris, ut patet ex verbis in eodem summo altari insculptis:

Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quadragesimo nono, regni verò Tertij Henrici Imperatoris undecimo, Adalrici Loci istius Abbatis anno primo, Indictione Octava.

Nota: pro hoc anno currebat Indictio Secunda: dic verò octavo Calendas Decembris. Dominus Leo Papa nonus in primo sui Pontificatus anno dedicavit hoc altare in honorem Dni. Nostri Jesu Christi et Sanctissimæ Crucis, Sanctæ Mariæ. S. Bartholomæi Apostoli et S. Adalberti Martyris et omnium Sanctorum. Herm: Schudius, Druschi: Aus:

Aliquam contendunt, eundem Sanctum summum Pontificem hac occasione Capellam S. Catharinæ V. M. extra oppidum Allenspach consecrâsse, de quo tamen certi nil constat. Refert Galeus Oheim, quod allenspacenses huic Sancto Pontifici supplices facti, dignaretur, et suam consecrare Capellam, quibus Papa responso dederit; reverendissimi, eam, jam dedicavi, in signum hujus invenietis in altari chiro=

=Thecam unam ex meis relictam.

Annus Christi 1050. Augiæ 327.

Annus Christi 1051. Augiæ 328.

Theodorico Constantiensi Episcopo XXXIII. post longam ægritudinem 22. Junij defuncto et Constantiæ in Basilica S. Stephani Protho-=Martyris sepulto successit Cumoldus seu Ru-=maldus, qui et Grimaldus ac Grimmoldus dictus, Baro de Bonstetten, Monachus Ein-=sidlensis postea Præpositus Goslariensis in Saxonia, demùm Episcopus Constantiensis XXXIV. Chronicon D. Hermann. Contracti manuscriptum et editum ab Henrico Cani-=sio desinit hoc anno.

Annus Christi 1052. Augiæ 329.

Quinto Idus Januarij [9. Januarij] Ma-=ter D. Hermanni Contracti Hiltrudis, Wolfradi Comitis uxor, admodum pia, mitis, liberalis, et religiosa, fœmina, marito, septemgs liberis superstitibus, devoto et felici, ut hominibus apparere poterat, exitu diem ultimum clausit, anno ætatis circiter 61. conjunctionis verò cum Marito 44. Apud Villam Altesheusen sub Capella S. Udalrici à

Se

se construcla, in Sepulchra, quod ipsa sibi pre-
-paraverat, condita est. Cui ut pro Epitaphio
hos scripsit Hermannus Versiculos:

Mater egenorum Spes, Auxiliumq; Suorum.
hoc Hicinid humulo debita Reddit humo.
Quæ prepollentes generosa Stirpe parentes
Nobilitans claris exhulerat Studijs.
Atq; Colens Castam reverenter Monogamiam
Vixit divinis prona Ministerijs.
Inq; bona Marthæ Salagens consistere parte
praclia quod venit Vita Sequi Studuit.
Veste, Cibo, lingua, pede, Vobis Viribus ipsa.
se miseris largam prebuit atq; piam.
Religione pios pro Cunctis fovit amicos,
Cunctis morigeram se dedit et placidam.
Cunctis manens mitis, patiens Arnesca libi,
complacuit Mundo, Et tandemq; Deo.
Carnem Castigans, precibus loca Sancta frequentans,
quærere cœlestem Tedula Suevit opem.
Crede Panegyricis non hæc me fingere Vanis,
nec matrem Verbis Tollere Sacrilegis.
Consule Rumorem qua qua Versum popularem,
dictaq; de Veris paucula Cernus eris.
Hanc quoq; postremo mera cum Confessio crebro
Purgâsset Domino debita Corde pio.
Communita fide, Spe Tuta, Vigens pietate,
felix hanc Vitam deseruit miseram.

Cum Mensis jamus quintas devolveret Idus,
movit permutas morte sua Cachrymas.
Ero qua queso precor, peto, posulo, flagito Lector,
Pulses Supplicibus ut Dominum precibus,
Quatenus ipsius pietate sui miseratus,
absolvat cunctis mitis cum manulis.
Jngs beatorum felici sorte suorum
largus ei stabilem contribuat requiem.
Sic Hermannus in Chronico apud Cistorium.

Labitur Wolfgangus Latius Lib. 8. de Gentium Migrationibus, ubi asserit, quòd uxor Wolfradi Helmudis diu post Mariti obitum Supervixerit, Sepulta Anno 1069. cùm contrarium hìc ad oculum pateat, et non uxor sed Maritus Anno 1069. obierit.

Hoc Anno Summum Templum Constantiense Concidit, quod à Rumoldo Episcopo pulchrius et fortius, quàm antèà instauratum, exædificatum, et consecratum est, Merck. S.

Annus Christi 1053. Augiæ 330.
Werinharius Germanus frater B. Hermanni Contracti et ipse Augiensis Monachus admodum doctus et Religioni verè deditus studio vitæ perfectioris flagrans, verba sunt Hermanni in Chronico apud Cistorium, adhuc juvenis cum alio Monacho Liuthario nomine.

Nomine peregrinationem ad Loca Sancta pro amore Christi clam aggressus est, injussa Sci=-licet Abbatis, cujus jamdudum postea Litteris scriptis petijt, & obtinuit, hos non multò post, subsecuti sunt Richardus Rhenaugiensis Ab=-bas & Henricus itidem Monachus augiensis. Ex Hermanno Mabillonius & Bucelinus.

Annus Christi 1054. Regis 831.

Obijt S. Leo IX. 19. Aprilis. Sedes vacat mensibus decem.

Epocha Ordinationis IV. Regis à die 1. Apr. B. Hermannus Contractus Monachus Au=-giensis, post vitam Sanctè peractam pergit ad matrem in cujus gremio sedet Sapientia Patris, à qua donum Scientiarum & Lin=-guarum acceperat, gratus eidem dulcissimis à se compositis Antiphonis Marianis.

Salve Regina Alma Redemptoris. A alijs sepelitur in prædio paterno Altshusen apud Heltrudem matrem suam, obijt autem 19. Julij, quem diem in Menologio Benedi=-tino Bucelinus. Ranbeck. & Chorte S. Signant. Agunt de Hermanno omnes auc=-tores supra ad annum 1049. citati.

Composuit Hermannus magna cum di=-ligentia Chronicon Summatim & valdè aper=-tum, quod ab Exordio mundi ad annum usq; Summ, ad hunc nempè annum apud Christianum perduxit, quod sæpiùs impressum, auctiùs

auctius ab Henrico Canisio Tomo I. antiquae
Lect. editum est, insertumq; Tomo XI. Biblio-
thecae Patrum.

De Musica librum unum.
De Monochordo Libr. I.
De Eclipsibus Libr. I.
De Quadratura Circuli Lib. I.
De Computo Libr. I.
De Physionomia Libr. I.
De Conflictu Rythmomachiae Lib. I.
De Astronomia Commentarios et de
compositione Astrolabij Lib. III.
De Virtute Astrolabij Lib. I.
Historias sive officia Annunciationis
B. V. et S. M. Magdalenae.
Historiam item de S. Angelis.

Sequentias: De Ascensione Domini: Rex omni-
potens s. De Assumptione B. Virginis. Ave
praeclara Maris Stella s. De Spiritu Sancto:
Veni Sancte Spiritus et emitte Coelitus s.
Responsorium: Simon Barjona. s.

Sequentias praeterea, responsoria, canti-
lenasq; plurimas dictavit, quas inter celeber-
rimae et toti Ecclesiae utiles juxta ac gratae
sunt supra dictae Antiphonae. Salve Regina s.
et Alma Redemptoris s.

Praeterea ista item omnia, Rhetoricam et
Poesin Aristotelis ex lingua Arabica in Latinum
vertit, multaq; alia innumera lucubrata scripsit.

Henricus

Henricus Canisius ante Chronicon B. Hermanni in Bibliotheca Patrum hunc Titulum posuit.

" Chronica Hermanni, Viri nobilis, Comitis de
" Vötingen, ac Augiæ Monij Monachi re-
" -ligiosissimi: Scripsit ad tempora Papæ
" Victoris XXI. et Hainrici Imperatoris ad
" annum ab Incarnat: 1054. Anno ætatis
" 44.

Hîc duo errores occurrunt, prior est, quòd ponatur Victor XXI. cùm tantùm fuerint tres Legitimi Romani pontifices hujus nominis: Voluit fortè ponere nomen Victoris II. qui sequente primùm Anno electus est, posterior Error est, quòd dicatur annos ætatis numerâsse 44. Hermannus quippe, ut ipsius fertatur, natus est anno 1013. ergo ad Annum usq; 1054. numerantur anni Quadraginta Unus.

Hôc quoq; anno Werinharius germanus frater B. Hermanni, et Liuthardus Monachi augienses in itinere Jerosolymitano obierunt.

Pistor: Mabill: qui, cum nullam faciant mentionem Richardi Rhenaugiensis Abbatis, et Henrici Augiensis Monachi credibile est, eos salvos domum redijsse.

Hoc Anno terminatur Chronicon Hermannianum in Editione Pistoriana.

Annus Christi 1054. Augiæ 332.

Eligitur Romanus Pontifex Victor II. creatus 13. Julij, alij 16. Februarij.

Gebehardus Episcopus Ratisbonnensis de
conjuratione contra Henricum IV. facta
convictus, primò in arce Wilslingen, deinde
in scopulo Augiensi, Vulgò Schopflen, muni=
mento quondam in suprema Insulæ parte ver=
sus orientalem plagam, cujus adhuc visuntur
ruderа, per aliquod tempus sub custodia tenetur.
Oheim.

Annus Christi 1056. Augiæ 333.
Henricus III. ejus Nominis Imperator II.
fasces Imperij satis contedens deponit 5. Oct.
Goslariæ. Anno ætatis 39. Ordinationis
30. Regni 18. Imperij 17. corpus ejus solen=
niter Spiram translatum, et 28. Octobris
humulatum est, ad Patrem Suum. Henrico
morienti ipse Summus Pontifex Solator ad=
fuit, ijdem fasces traduntur Henrico IV. Regi,
degenero defuncti filio, omnium denique Im=
peratorum Infelicissimo, qui jure pontifi=
cio usus, Simoniæ Scelus et Ecclesiæ repetita
anathemata nil veritus, ex Ecclesiæ Gremio
ejectus est. Immmera sunt Damna, quæ
Augiæ sub Regimine Schismatici hujus
Cæsaris perpessa est, ut brevi docebimur.

Annus Christi 1057. Augiæ 334.
Victori II. Summo Christi in terris Vicario,
28. Julij defuncto succedit Stephanus IX.
creatus 3. Augusti.

Annus

Annus Christi 1058. Augiæ 335.
Defuncto Stephano IX. 29. Martij, intru-
ditur Benedictus X. Antipapa die 8. Aprilis.

Annus Christi 1059. Augiæ 336.
Abdicatur Benedictus X. Antipapa 24.
Januarij et subrogatur Nicolaus II. dea-
nus S. ejusdem.
Conseratur et dedicatur Ecclesia Monij
Murensis in Ergovia à Rumoldo Episcopo
Constantiensi.

Annus Christi 1060. Augiæ 337.

Annus Christi 1061. Augiæ 338.
Nicolaus II. die 24. Januarij mortuus, Suffectus
Alexander II. creatus 30. Septembris.

Annus Christi 1062. Augiæ 339.

Annus Christi 1063. Augiæ 340.

Annus

Annus Christi 1064. Augiæ 341.

Monasterium Schaffhusiense omnium Sanctorum pro ordine Benedictino circa annum 1052. vel 1050. fundatum ab Eberhardo Comite seu Landgravio Nellenburgensi, patente Eggehardi II. Abbatis nostri XXXI. Consecratur hoc anno à Rumoldo Eppo Constant. Egon. Aug. et alij.

Annus Christi 1065. Augiæ 342.

Adalricus Abbas Henricum IV. quindecim annorum adolescentem regem in Augiam venientem maximo honore et gratulatione suscepit, ubi sua Majestas videns dei servitutem in multis ibidem deficere, eam ab omnium oppressionum jure et proprietate absolvit absolutam cum omni utilitate, vineis, agris, ædificijs, pratis, pascuis, sylvis, terris cultis, et incultis, pro remedio animæ Patris sui p. m. Henrici Imperatoris, eorumq; qui eam primùm divinæ laudi mancipaverunt, scilicet Caroli Imperatoris et Berchtoldi militis ejus, suæq; Majestatis perpetua in Christo felicitate, insuper quoq; fidelium suorum, sancto dei genetrici Mariæ omnibusq; ibidem Deo servientibus in proprium dedit, atq; tradidit, ea videlicet ratione, ut prædicta Insula nullius regimini, nisi suæ Majestati et ejusdem sedis Abbati subjaceat, nullusq; in ea habitet, exceptis Monachorum piscatoribus, pistoribus, coquis,

qui-

fullonibus, Vinearum Cultoribus, ne Abbas potestatem habeat, alicui quicquam in ea Vel in beneficium Vel in proprietatem tribuere, Sed omnia ad fratrum, Suæq; Majestatis Servitium conservare. Quæ acta est in Augia Anno Domini 1065. Literarum harum Initium et Datum: Henricus Quartus Romanorum Rex.

Signum Domini Henrici Quarti Regis.

Sigehardus Cancellarius ad Vicem Sigefridi Archi-Cancellarij recognovi. Data prid: Kal: Junij Anno Domini MLXV. Indict: 3. Ordinat: 12. Regni 9. Augiæ Monasterio. Tschudius Chronicon sic Supra:

Chronicon B. Hermanni Contracti apud Pistorium, per quendam Anonymum huncq; continuatum desinit.

Existimat Bellarminus continuatorem hunc esse Bertoldum, Canonicum Constantiensem; at Bertoldus idem Chronicon prosecutus est, usque ad annum 1100. Docum Aug:

Annus Christi 1066. Augiæ 943.

Annus

Annus Christi 867. Augiæ 314.

Potentia Vicinorum Constantiæ Abbatem Augiæ et S. Galli suspecta evadit Rumoldo Constantiensi alias optimo Pontifici, emulis detractum episcopomentientibus, quidquid dono Cæsarum gratiæq; Pontificum Romanorum Monachis arrisisset, et ob hoc penè exarsisset bellum inter Rumoldum Episcopum Adalricum Abbatem, nisi arbitrio Rudolpho Alemanniæ Duce pax esset composita. Ruel: Stumpfius.

Annus Christi 868. Augiæ 315.

Annus Christi 869. Augiæ 316.

Adalricus I. Augiæ abbas XXX. post multas cum Episcopo Constantiensi concertationes, lites, discordias, et contentiones, quæ ipsi pro concordia faciendâ ad Henrici aures ventilatæ fuerint, et auditis hinc inde partibus, nihil tamen efficaciter conclusum est, nisi mediante ut diximus, Duce Rudolpho, post non admodum bonam rei domesticæ, quam multis onerârat, provisionem, contractis vitæ velis ad portum æternitatis appellit 21. Decembris, Sepultus in Augiâ.

Abbatiam Augiensem suscepit Megingardus,

seu

seu, Meginhardus Abbas Hildesheimensis, pa-
-lefacto ad eam sibi per muetam largitionem
aditu. Lambertus Schaffnaburgensis.

Post obitum Grimaldi seu Lunoldi Episcopi
Constantiensis XXXIV. magnificè in nova
Basilica à se restitutâ sepulti, ab Henrico IV.
intruditur Carolus Thuringus Canonicus Mag-
deburgensis Episcopus XXXV.

Woefcadus Illustrissimus Comes de Veringen Caens
B. Hermanni Contracti, Confratris nostri, ple-
nus dierum dormivit in somno pacis, appro-
situs uxori Hedwigi, A filio Hermanno in
proprio Mausoleo Heschusiano. Ustisius
Zeiler, Lazius.

Annus Christi 1070. Augiæ 347.
Meginhardus seu Meginwardus, A Mensadus
Saxo Monachus, A Abbas Hildesianus, homo
ambitiosus, abbatiam Augiensem ab Henrico
IV. pretio empiam, invadens, irreligiosè, A
gentiliter vivens, poenitentiâ tandem du-
-ctus, quam malè ac Simoniacè acquisierat,
sponte relinquens, ad suum hoc anno rever-
-titur Monasterium, indignus Catalogo Ab-
-batum Augiensium annexeri. Lamb. Schaffn.
Berthold. Constt.

Lupo cedente, Lupus subintrat ovile Au-
-giense, Hubertus inquam vel Ruppertus Medio-
-matrix seu mettensis Monachus, Abbas Bam-
-bergensis, non per ostium, sed alibunde ingressus,

sordidissime scilicet Simoniace pravitatis questu, numeratis in aerarium Regis Henrici IV. mille pondo argenti purissimi, Sed circò negs hic abbatis nomine dignus, sed cum Simone Mago viris omnibus devovendus.

Notandum. Quod authores, Catalogos abbatum Augiensium texentes, hos duos pseudo-Abbates Meginhardum & Robertum in ordine cum alijs legitimis numerent, Nos verò, eo quod non per ostium ascenderint, indignos existimamus, qui locum in Cathalogo ordinariorum mereantur. Ea propter in numero sequentium abbatum ab alijs discrepamus.

In tenebris, quibus Augia penitus videbatur obvoluta irradiat splendida Lux Henricus Monachus Augiensis, comes Montfortius, qui post Dietmarum, itidem Montfortium die 29. / Tschudius ait 28. / Januarij defunctum, mitrâ Curiensi hoc anno ornatus, 24. Aprilis confirmatus ab Alexandro II. fidelis semper Romanis Pontificibus contra Henricum IV. Buel: Guler: Tschud: à Buel: dicitur Episcopus Curiensis XXXVIII. à Wione, Demochare & Stumpfio. XXXIV. à Jac: Wilhelm: Imhofio XXXV. Tschudius vocat eum ejus nominis I. Imhof: II.

Hic Henricus paulo post electionem suam tempore fundavit in Cathedrali sua Curiensi Ecclesia anniversarium ad 24. Aprilis seu Ordinationis suæ diem, pro remedio animæ suæ, Prædecessorum suorum Episcoporũ,

A

et Parentum suorum Fundationis Literæ à Tschudio publicæ sui datæ, in hæc conscriptæ sunt verba:

„ Quoniam in hujus mundi Ergastulo ejus labentibus fruimur bonis, omni nobis providendum est admisu, quatenus cum hoc Iniquitatis Mammona hoc agamus, qualiter stadio laboris finito in æterna recipiamur tabernacula. Unde Ego Henricus Curiensis Dei Genitricis Ecclesiæ Provisor, licèt tanti nominis indignus, in futurum prospiciens, pro animæ meæ ac parentum meorum remedio, et Redemptione animarum nostrorum Prædecessorum Adalrici videlicet, et Arbonanni atq; Thietmari, de præsenti reddimus Canonicis prædictæ Ecclesiæ Basilicam S. Florini, quæ sita est in loco, qui Chemnsecæ nuncupatur, cum omni Jure et assensu ad eam pertinenti, et curtim cum omnibus appendiciis ejus, quam præscripti antecessores Episcopi ipsis injustè Canonicis subripuerant, et non justâ potestate hactenùs retinuerunt; hoc scilicet sub tenore, ut si quisquam nostrorum Prædecessorum his contrariè conetur, benefactione Dathan et Abiron participetur. Hoc autem cum ipsis nostris pacti sumus fratribus, ut quamdiu præsentem duxerimus vitam, pro nostra Charitate in nostro ordinatos

die, finitâ pro nobis oratione, ac missæ cele-
-bratione, ad convivium ex ipsis prenomi-
-natis bonis preparatum cum alacritate
animatim conveniant. Ordinationis quidē
nostro dies hic est VIII. Kal: Maji, quodest
in Vigilia S. Marci Evangelistæ. post obitum
autem nostrum, in anniversarij nostri die,
eidem memoriam nostri agendo, sibi pre-
-parent per singulos annos convivium. In-
-super decem libras de decima Camelo, et
Episcopalem partem de precarijs, quæ in mon-
-tanis episcopali acquirūntur placito, quæ
beatæ Memoriæ Thiethmarus noster Præ-
-decessor Episcopus eisdem ad Supplementum
prebendæ dedit fratribus. Nos devotè con-
-cedendo, hujus titulatione notitiæ eis in
perpetuum habendum confirmamus et
nostri adstipulatione sigilli insignimus.
Data V. Kal: Julij Anno Dominicæ In-
-carnationis. MLXX. feliciter amen.

Annus Christi 1071. Augiæ 948.
Carolus Episcopus Constantiensis XXX.
ob Simoniam ab Alexandro II. in Synodo
Moguntina exauthoratur, et Natali 27.
Decembris Magdeburgi moritur. Substi-
-tuitur ab Henrico IV. et consecratur à Si-
-gefrido Archi Episcopo Moguntino Otto,
Baro de Lierhaim, Canonicus Goslariensis,
Episcopus XXXVI.

Annus

Annus Christi 1072. Augiæ 319.

Qubertus Augiæ Majori indignè, et invitis Patribus Augiensibus non sine pretio à Henrico IV. authoritate præfectus, ab Alexandro Papa II. fratrum et Vasallorum Augiensium quorum nonnulli ab Henrico Wormatiæ in carcerem conjecti sunt, ac paulò post in exilium, quod eidem Alexandro Romano Pontifici (qui absq; ipsius consensu summus fuerat creatus Pontifex Maximus:) adhærent, missi, pijsq; querelis id defendentium, excommunicatus. Sanctus enim Hugo, cluniacensis Abbas, constitutus Apostolicarum literarum Executor, cum Imperatrice Agnete in Augiam veniens, Quberto Augiensi interdicto abbatiæ hoc anno Romani Pontificis mandata et literas detulit, quod scilicet Apostolicæ Sedis anathemate de corpore Ecclesiæ præcisus esset, quòd ei in perpetuum ad Abbatiam Augiensem vel ad aliquam dignitatem Ecclesiasticam aditus occlusus esset. Quod ei in perpetuum ad abbatiam Augiensem, vel ad aliquam dignitatem Ecclesiasticam aditus occlusus esset, propterea, quod de Simoniaca hæresi insimulatus, aut objectum crimen purgaret ad Synodum secundò et tertiò vocatus venire distulit. Lambert. Schaffnaburg.

Annus Christi 1073. Augiæ 350.

obijt Alexander II. 20. Aprilis. Successor ejus S. Gregorius VII. creatus 30. Junij

Qubertus

Quibertus, seu Ruppertus, Invasor Abbatiæ Augiensis Simoniacus, vulgo Nummularij nomine appellatus, baculum pastoralem, quem non ut pastor, sed ut Mercenarius nundinatione acceperat, multa cum amaritudine reddere cogitur. Qui scelere Bambergensis Episcopi Gengenbacensibus asceticis, ut ipsum postularent, commendatus, qui re comperta tantopere offensi, et conciliati sunt, ut pessimo sanè Exemplo, verba refero Cl. Gabrielis Buelini, in ipsum irruerent, et cum socio ascetæ pari ratione statim perimerent. Lamb: Aschnaburgs: Druel:

Ejectis Simone et Juda, Meginhardo a Quiberto, sedem Augiensem conscendit Eggehardus II. qui et Echardus, et Eggebertus legitur, Monachus et Abbas Augiæ ordine legitimo XXXI. Comes Nellenburgensis, Eberhardi Landgravij, illius qui Schaffhusense Monasterium fundavit, et Domine Ido, seu Uthe filius, germanus frater Uthonis, seu Udonis Archi Episcopi Trevirensis, et Burcardi Landgravij Nellenburgi Vir juvenis, et minimè quantùm bellicosus. hic Romæ ab ipso S. Gregorio VII. consecratus et confirmatus, omnium privilegiorum obtinuit stabilimentum, insigneq; ornamentum et gratiam, utendi in Processionibus umbellâ, et nomine Defensoris Ecclesiæ Romanæ.

Annus

Annus Christi 1074. Augiæ 351.

Gregorius VII. primo Pontificatus sui anno subscribit Sententiæ Excommunicationis ab Alexandro II. latæ. Omnes detinentes Bona Augiensis Monasterij à Ruberto Simoniaco collata, excommunicatos denuntiat. Extant Literæ Pontificiæ Tom III. Concil: Gener: à Severino Binio editorum P. II. Gregorius VII. Explanum L. I. Epla 82. f. 279. Et sic se habent:

Gregorius omnibus ad quod Literæ istæ pervenerint, s. Quanquam ad propulsandas, omnium Ecclesiarum et Venerabilium locorum injurias ex debito officij nostri, et universali providentia, quâ per B. Petrum Apostolorum Principem licet indigni suscepimus, solicitè nobis invigilandum et elaborandum esse noscamus; his tamen locis apostolicæ authoritatis opem et sanctum circumferre dupliciter quodammodo compellimur, quæ et in generali sanctæ Romanæ Ecclesiæ membrorum continentia cæteris coæquantur, et singulares Patrocinij privilegia pro cæteris sortiuntur, Equibus quoniam Augiense Monasterium huic Sanctæ et Apostolicæ Sedi quâdam principali et individuâ cohæret linea, de dispensione Bonorum ejus valdè dolentes, quid dominus et Antecessor noster Alexander Venerandæ memoriæ

Papa inde decrevit, recolere, & Sententiam nos-
tre confirmationis in ipsum omnibus
ad quos hujus Epistole nostre notitia per-
venire poterit, destinavimus indicare. Post-
quam predictus dominus noster Papa Ro-
bertum Simoniacum & invasorem ejusdem
Monasterij nullis admonitionibus, nullisq;
minis ad hoc flectere potuit, ut vel abbatia
dimitteret, aut pro reddenda ratione sui
introitus Apostolico se conspectui presen-
taret; cognita veritate, quod relictâ aliâ ab-
batiâ ad hanc pretio anhelâsset, Synodali
judicio cum Anathematis jaculo, nisi resi-
pisceret percussit, & sub eadem censura omni-
bus, acepta ab eo beneficia ad prefatum
Coenobium pertinentia, penitus rescidit,
cunctaq; ab eo disposita, Apostolicâ precep-
tione cassavit, atq; hec eadem per Epistolam
Episcopo Constantiensi publicè predicanda,
& per Episcopatum suum divulgenda man-
davit. Itaq; [illegible] miserante deo [illegible] factum est, ut
ille ab insana occupatione Abbatie desis-
teret, sed non ut fautores ejus contra deum
& justitiam acepta ab eo monasterij bona
relinquerent. Qua propter, quoniam illa
principali & hereticâ peste depulsa, Charis-
simum S. Petri filium Echardum ex ipsâ
congregatione à confratribus electum, & à
nobis diligenter examinatum Abbatem
ibi [illegible] auctore deo [illegible] conseravimus, cupientes,

ut

" ad Monasterium post longas et multas tribu-
" -lationes jam ad quietem et monastice reli-
" -gionis cultum redeat, simili modo omnibus,
" qui à supe fato Roberto pro defendenda ejus
" requitia, aut exhibenda sibi fidelitate Bona
" Abbatie in Beneficia dati sunt, sub Ana-
" thematis districtione et animadversione in-
" terdicimus; Nam cùm ille talium Institu-
" tionum auctor, et distributor in loco, ad
" quem hereticè aspiraverat, permanere non
" potuit, quibus legibus, aut quo isti sibimet
" vendicabunt, quod sacrilega convention ce-
" -perunt? unde tam omnibus Christi fide-
" -libus, qui hec cognoverint, apostolica au-
" -thoritate præcipimus, ut eos ni nulla pe-
" -nitus christiane communionis partici-
" -patione recipiant, dum iniquitatis,
" et mortis sue pretium diabolica avidi-
" -tate possident. Data Rome 8. Idus Maji.
" 8. Maji. / Indictione Undecima.

Eodem tempore Gregorius VII. ad Ottonem Epis-
-copum Constantiensem Epistolam decretalem
contra Simoniacos scripsit, cujus initium
reperire est. Concil. Tom. 3. p. 2. Epistolarum
Decretal. Greg. VII. cap. 1. ed. E. et F. fol. 383.
in hec verba:

" Gregorius Episcopus servus servorum
" Dei. Dilecto in Christo fratri Ottoni,
" Constantiensi Episcopo, Salutem et
" Apostolicam Benedictionem.

In-

Instantia Nuntiorum tuorum festinanter
redire volentium non permisit, nos fra-
ternitati tuæ, quæ in Romana Synodo con-
stituta sunt, seriatim intimare; hæc autem
necessaria tibi scribenda fore arbitrati sumus,
nos juxta auctoritatem S.S. Patrum in
eadem Synodo sententiam dedisse, ut hi,
qui per Symoniacam hæresim, hoc est in-
ferventu pretij ad aliquem sacrorum ordi-
num gradum et officium promoti sunt,
nullum in Sancta Ecclesia ulterius minis-
terij locum habeant; illi quoq; qui Ec-
clesiis datione pecuniæ obtinent, omninò
eas perdant, nec deinceps vendere, vel emere
alicui liceat. Cætera.

Annus Christi 1075. Augiæ 352.
Eggehardum inter et Ottonem Episcopum
Constantiensem Schismaticum et Symonia-
cum, magna orta est controversia, quæ quis
causa fuerit, nec compertum est: adeam inter
se amicabiliter componendam Gregorius VII.
ambos hortatus, sui ad Sacram Sedem cau-
sam deferant. Litteræ Sanctissimi ad Otto-
nem leguntur Tomo III. Concil. gener. P. II.
Epistolarum Gregorij Papæ VII. Libr. 2. Epla
60. fol. 299. hujus tenoris:

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei
Ottoni Constantiensi Episcopo Salutem
et Apostolicam Benedictionem.

Sicut

Sicut Jua Super Eardo Abbate Augiensis Mo-
-nasterij, ita illius Super te nobis est illata
querimonia. Verùm, quià Nos fatigatio-
-nibus Vestris parere cupimus, consulen-
-do mandamus Vobis, ut Vestrùm com mu-
-nes amicos et Sapientes Viros, Veritatis
amatores, Justitiæ magis quàm amici-
-tiæ faventes convocetis, quorum consilio
opportuno tempore et loco convenientes,
litem Vestram æquis rationibus, et aliquâ
congruâ pactione dirimi in commune as-
-sensum detis. Quodsi peccatis facientibus
fieri nequeat, commonitos Vos ex presenti
authoritate esse Volumus, ut circa festivi-
-tatem omnium Sanctorum amborum Apos-
-tolorum limina Veniatis, Quatenus fa-
-mente Deo: causam Vestram diligenti
examinatione discutiamus, et diuturnam
discordiam justo fine decidamus. In-
-terim Verò præcipimus, ut omni lite in-
-ter Vos sopitâ, quasi per manum B. Petri
et nostram, firma pax posita, atq; con-
-dicta teneatur, ut neutra pars alteram
molestijs vel contrarietate provocare, aut
inquietare audeat, Nec Vobis videatur,
Sancto-mediatore interposito pacis Jura
dissolvere; quoniam, qui in hac constitu-
-tione Apostolicæ Auctoritati reve-
-rentiam et fidem non exhibuerit, ex

ipsa sua temeritatis impietate adversùs se et causam suam fidem et judicium provocabit. Datum Romæ 3. Jdus Martij. Jndict. 13.

Otto Episcopus Causæ succumbens, postea à Pontifice Maximo, eò quòd Jmpio excommunicato Henrico IV. adhæreret, ab Episcopatu depositus excommunicatus est. Merck: Loggius f.

Post hunc intra Sexennium erant duo Episcopi Constantienses ab Henrico constituti, Rupertus unus, alter Bertholdus Canonicus Buchoviensis, sed quia neuter horum Confirmationis munus accepit, etiam inter Episcopos censendus non est.

Henricus Episcopus Curiensis, Monachus Augiensis, Legatione fungitur pro S. Gregorio VII. in Concilio Moguntino, Sacerdotalis Conjugij et Simoniacæ Labis etiam cum vitæ discrimine hostis acerrimus. Baron: Lamb: Schaffnab: f.

Eggehardus II. Abbas, Jntercedente Ottonis III. Jmperatoris licentiâ, data Olavico II. Augiæ abb: Suisgi Successoribus Anno 999. Virginis potestatem ac jus tribuit, in Villa Kienspach quocunqi Monasterio profutura cognoscuntur, posse exerceri, fieri, construi, etiam mercatum in omni hebdomada in quinta feria, etiam monetam omni tempore purissimi Argenti haberi,

Secundùm

secundum dicti Abbatis Voluntatem, et dispositionem ejusdem successorum. Ea videlicet ratione, quatenus jam dicta Moneta simul cum mercatu et omni publica functione ibi pertinente sit sub regimine ejusdem Dei Ecclesiæ et Abbatum una cum regali et publico banno, nullo contradicente, Insuper, Imperiali potentia decretum est, ut, quicunq; et undecunq; ad Suprà dictum mercatum venire voluerit, securè et pacificè veniat, et que negotia rationabilia voluerit, exerceat, comparet, et vendat, atq; ad priora cum omni pacis securitate redeat. Adjunctum est etiam, ut, quicunq; prædictam monetam et mercatum infringere, vel condemnare præsumpserit, vel aliquem illuc venientem molestaverit, eandem poenam, et Imperiale bannum persolvat, quod solvere debet, qui Moguntinum et Wormatiense aut Constantiense mercatum aut monetam dissipare et annullare tentat. Hæc prædictus Abbas hanc regiam munificentiam omnibus ejusdem oppidi Villanis mercandi potestatem concessit, ut ipsi et eorum posteri sint mercatores, exceptis his, qui in Vineis vel arcis occupantur. Ipsi autem mercatores, inter se, vel inter alios nulla alia faciant judicia, præterquam que Constantiensibus, Basileensibus, et omnibus mercatoribus ab antiquis temporibus sunt concessa, nihilq; abeis, ab Abbate vel Advocato ejus requiratur, quàm quod ex Suprædictarum urbium Episcopis

& Advocatis à mercatoribus requisitum esse, dignoscitur. Statuit etiam praefatus abbas, ut tribus vicibus in anno per quatuordecim dies vinum vel alias res non vendant, donec res abbatis venundentur; Et si qui vinatores inventi fuerint, Imperiale bannum persolvere coganturi Similiter secundum regiam constitutionem persolvant, qui furtum, rapinam, Invasionem, caesionem, molestationem, percussionem, inviolationem, intra terminum ejusdem oppidi facere presumpserint; Est autem terminus ab orientali plagâ, quousq; ab oppido ingrediatur Sylva ad Abenhus, à Meridie medietas lacus, ab occidente Vallum coenolentum ad Husen, ab Aquilone rivulus Suartenbach. Quae concessio facta est Anno Domini Jesu Christi 1075. Indict. 13. in die Saturni luna 13. regnante Henrico Rege 17mo Anno Regni ejus 7to.

Annus Christi 1076. Augiae 353.

Henricus IV. à Proceribus Imperij 15. Maij exauctoratur, in cujus locum substituitur Rudolphus Dux Suevie. Koch. Crus:

Hoc anno Rubertus vel Ruppertus, Abbas quondam Augiae simoniacus haereseos sive, nunquam usq; huc ejurata, poenas dedit in Monasterio Gengenbacensi in Alsatiâ, cui à Bambergensi Episcopo praefectus erat, sed alio modo, quàm supra ad annum 1075. ex Buelino retulimus. Lambertus namq; Schafnaburgensis ejusdem occisionis,

non

non Monachos, sed Scriptores ejusdem monrij, quibus ob avaritiam exosus erat, auctores facit: quod vero similius est.

Rudolphus Cæsar Cœnobio S. Galli præfecit Luitholdum ejus loci Monachum, qui à fratribus Henrici Schismatici partes sequentibus, expulsus, conjuge cum ab eodem Henrico constitutus est, Abbas Adalricus III. cognatus est Marquardi Carinthiæ ducis filius; Luitholdum verò exulem in Augiam Venientem Eggehardus Abbas benignè excepit, nisibusq; hostis contra amulum futatus est, quod mutuorum Bellorum Adalricum inter et Eggehardum, non sine plurimi sanguinis effusione et Subditorum ruina exorsorum fomentum fuit.

Annus Christi 1077. Augiæ 354.

Eggehardus II. Abbas Romam ad Synodum [illegible] Buccelinus ait in causa cognati sui Luitholphi, seu Luitholdi Monachi Sangallensis: / proficiscens in Burgo S. Dominini: / alij perperam scribunt S. Dominici: / ab Henricianis dolosè capitur, Adalberto, Parmensi Episcopo, Henrico faventi, in custodiam traditur; Busch: Latius: Aus: Stumpf: Tschudi: Guler.

Eggehardi Germanus frater, Udo, seu Otto, Archi-Episcopus Trevirensis morte sufertus. Egon: Aus:

Annus Christi 1078. Augiæ 355.

Rumor sive fortuitò sive de industria de

morte Eggehardi Abbatis Augiensis Spargitur, hinc Udalricus III. Sangallensis mox, Sicut S. Galli, ita et Augiæ Invasor, eam ab excommunicato Cæsare per Simoniacæ Hæreseos cuniculos Purpiter exambit, et facile impetrat. auth: cit:

Transijt ad Gaudia Angelorum Henricus Episcopus Curiensis, Monachus Augiensis, Sepultus in sua Cathedrali Ecclesia: qui nihil moratus excommunicati Cæsaris preces aut minas, pro legitimo semper stetit pontifice, cælibatûs integerrimus assertor periculorum omnium pro religione fortissimus contemptor; Wion, Demochares. Bellforest: et Bucel: in Rhætia.

Placet hic referre genuina Verba Guleli, in Rhætia opinione suâ, Henrico nostro injuriosa, sed summè gloriosa.

" Er starb in der Bestättigung seiner
" Abwesenheit von seiner Kirche, indem
" weil er sich wider Innocentium und
" seine Anhänger in das Gegen Stift
" bis an sein End hat gebrauchen lass.

Annus Christi 1079. Augiæ 356.

S. Gregorius VII. ad Carmensem Episcopum literas dat, quibus jubet, ut Abbatem Augiensem Eggehardum captivum dimittat. Extant hæ Concil: Tom: III. P. II. Epistolarum Greg: VII. L. 6. Epist: 18. fol: 340. et sunt sequentes:

Gregorius Episcopus servus servorum Dei Eurardo Carmensi Episcopo.

Din

Dei est, quod de pura et sincera Charitate di-
=leximus, sed quod Abbatem ad nos venientem
et ad S. Synodum properantem cepisti, non
aequam viem dilectioni nostre reddidisti;
Magnum quidem facimus, et officio tuo indig-
=nam, cujus nescio jussu vel instinctu contra
talem virum praesumpsisti: qui, siquid tibi
deberet, tamen, quia ad nos veniebat, te-
=neri non meruit. Qua propter Apostolica
authoritate praecipimus tibi, ut, si non-
=dum dimisisti eum, acceptis his literis
continuo cum honore perduci facias ad Ma-
=thildim. Interim verò ab episcopali of-
=ficio, propter hoc, quod illum remorasti
es, abstineas, usq; quo ad nos ipse venias,
Si autem, quod non speramus, neq; his
mandatis nostris, ut dimittas scilicet, ob-
=temperare volueris, Ecclesiae in Teutonicum
omninò tibi ex parte Beati Petri inter-
=dicimus. Data in Synodo 16. Kal: Martij
p: 13. febr: / Indictione Secunda.

Annus Christi 1080. Augiae 357.

Rudolphus Caesar propè Merseburgum in
praelio amissâ dextera moritur, et eligitur
contra Henricum Hermannus Comes de
Luxenburg. Dux Lotharingiae Kolb: Alij.

Eggehardus quem alij falsò mortuum
in Italia dixerunt, tandem vix impetran-
=tibus Gregorio VII. et Mathilde ducissa liber

è

e carcere dimittitur, qui in Germaniam reversus à suis fidelibus Augiæ filijs, cum gaudio quidem excepius, sed videns damna Monasterio suo ab alieno invasore oblata, vehementer comotus, ad arma conversus, collecto numeroso milite primâ Expeditione omniâ, quæ, Sangallensium vastavit.

Annus Christi 1081. Augiæ 358.

Quartâ expeditione Eggehardus invadit prosperè San Gallenses, ædificato propè S. Gallū castrò et fortalitio Bernecio, ex quo adalrici subditos magis infestare posset, quod tamen postmodùm à Sangallensibus eversum est.

Annus Christi 1082. Augiæ 359.

Vacans hucusqs legitimo insessore Cathedra Constantiensis committitur 27. Octobris Gebhardo III. Ducis Zaringensi, Monacho Hirsaugiensi Episcopo XXXVII. qui confirmatur & consecratur à Constificio Legato Dño Petro Episcopo Albæ, præfuit in summis difficultatibus annis 10. Electionem ejus alij citiùs, alij serius ponunt.

Annus Christi 1083. Augiæ 360.

Adalrico Abbati S. Galli per Hermannū cæsarem ejecto subrogatur Wetinarius quidam Monachus Augiensis, quem stabilire totis viribus intendit Eggehardus

interim

Interim pergunt bella serere legitimus Augiæ abbas, et ejus invasor Udalricus, sorte variâ, sed subditis utrinq; semper damnosa.

Annus Christi 1084. Augiæ 36i.
Epocha Imperij Romani Henrici IV. Regis Imperatoris III. à die 31. Martij Coronati à Guiberto dicto Clemens III. Antipapa.

Otto S. R. E. Cardinalis, ostiensis Ecclesiæ Episcopus Legatus Capuæ, postea Pontifex Maximus Urbanus II. dictus, veniens in Augiam, vidensq; fratrum exactam regularis disciplinæ observantiam, ac constantem in tribulationibus ac rerumnis erga sedem Apostolicam fidelitatem, adeo intrinsecus loci amœnitate ac sanctitate captus est, ut postulato fraternitatis augiensis consortio, locum inter fratres obtinuerit, factusq; sit, quasi Cœnobita augiensis, pro sempiterna hujus rei memoria seniores nostri instrumentum desuper confectum annotârunt, in necrologio Vetustissimo, de quo supra ad annum 818. in hæc verba:

" Notum sit omnibus, qualiter Beato Memoriæ otto, Sanctæ Romanæ
" Ecclesiæ Cardinalis, atq; ostiensis Ecclesiæ Episcopus Domni Gregorij Papæ
" legatione junctus ad nos Augienses
" fratres venit, qui, cum aliquot dies

nobiscum moraretur, quadam die Capi-
-tulum nostrum ingressus, post sacre
Exhortationis verba, post salutaria coe-
-lestis doctrine monita, postulavit à
Patre Monasterij Eggehardo & fratribus
nostris consortium sibi dari nostre
Confraternitatis, cujus petitioni assen-
-sum prebentes, fraternitatem, coem-
-ptionem prebendam, quasi uni ex nobis, ex in-
-timo cordis affectu concessimus, & post
obitum ejus orationem & Memoriam,
fratribus nostris antiquitus constitu-
-tam, quasi precordiali Amuletum dilecto
fratri promisimus. Necrolog: Aug.

Annus Christi 1085. Augusto 362.
Moritur terris, & oritur coelis invictissimus
Papa Gregorius VII. 25. Maji. Vacat Sedes
anno uno, Mensibus vi. diebus 13.

Otto, excommunicatus nuper & de-
-positus nuper Constantiensis Episcopus,
& Udalricus S. Galli abbas Henrico addicti,
Bertholdus comes Väringensis, Eggehardus
Abbas Augiensis, & Burcardus ejus frater
Hellenbusgiens Comitiorij, fero & igne
multo grassari pergunt, his Henricianis
& eorum subditis, illis Comitiorijs nocere
studentibus, tandem misericordis dei
comitate factum est, ut idem Udalricus
III. S. Galli abbas gravibus hinc bellorum

fluctibus

fluctibus in transversum actus, cœlesti Visione admonitus hoc adhuc annô ipse Agennum profectus, sanctæque fidei V. M. religijs ad suum Monasterium secum allatis propriam Basilicam, quasi Laicis templum extruxerit, sublato protinus omni Bellonæ tumultu. auth: cit. Lect: Brev: in festo S. Fidei 6. 8bris

Annus Christi 1086. Augiæ 363.

Werinharius, seu Wernharius Monachus Augiensis ab Hermanno Cæsare nuper constitutus S. Galli Abbas, ab Eggehardo succollatus, de conservanda sibi Abbatia desperat, juriqs suo renunciat. Aus: Stumpf. schuduis.

Hîc exauthoratus Præsul Constantiensis Simoniacus Basileæ extinguitur A Sepelitur.

Refert D. Lazarus Lippius in Chronico Augiensi ea, quæ sequuntur.

" His diam temporibus inter Monachos
" Augienses, varias dignitates et officia
" gerentes, fuerunt:
" Præpositus vel prior.
" Decanus.
" Præpositus Sex Canonicorum S. Pelagij Martyris.
" Præpositus Sex Canonicorum S. Petri
" Apostoli.

Præpositus

Præpositus Sex Canonicorum S. Georgij M.
" Præpositus Sex Canonicorum S. Adalberti M.
" Custos, vel Sacrarius.
" Cellarius, vel Cellerarius.
" Camerarius.
" Portarius, vel Portanarius.
" Hospitarius, vel Hospitalarius.
" Aedituarius,
" Scholasticus.
" Magister Refectorij.
" Cantor &c.

Qui fermè omnes proprios Sacellanos, velut Ancillares, duos aut tres, & Scholares totidem habuerunt; item propria &c. præter omnibus communne &c. Sigilla, & proprias Prebendas, Possessiones, ac Beneficia.

Annus Christi 1087. Augiæ 364.
Eligitur Romanus Pontifex Victor III. creatus 11. Maji, qui eodem anno 18. Septembris moritur. Vacat Sedes Mensibus 5. Diebus 28.

Circa hæc tempora Hermannus Cæsar e Mundanis valedicit, auspicatus æterna, Henricus IV. contra Pontificem & Pontificios more suo pessimo furere pergit.

Annus Christi 1088. Augiæ 365.
Eligitur in Pontificem Maximum Urbanus II. creatus 12. Martij.

Egge-

Eggehardus II. Abbas Augiæ XXXI. alijs XXXIII. ab Urbano II. A Guelphone Bojariæ Duce ob fidelitatem erga Sedem Apostolicam, post Wigbodonem contra Sigefridum Schismaticum, Augustanus Episcopus XXXI. designatus; Sed ad id Episcopium iturientem mortis prodromi jam in itinere constitutum domum regredijubent, ubi reliquos Vitæ dies in pœnitentiæ luctu complens obiit, à proposito Monastico alienum meliandi genium, placidè tandem defunctus est, 24. Novembris Sepultus in Augia. auth: Supra cit. ex quibus aliqui, ut Buel: D. II. Germ: Sacræ. Busch: Cimarolo. s. pro obitu ejus signant annum sequentem.

Unanimi fratrum Consensu, Guelphonis jussu, contra Henricum IV. ut scribunt Busch: et Cus: coopstatur in Abbatem Augiæ XXXII. alijs XXXIV. Adalricus II. Baro de Thüeffen Vel Lupfen, aut ut Stumpfius, Dapsheim, antea Præpositus monasterij, Vir doctus, in divinis et humanis exercitatus. alioqui electionis ejus annum ponunt ad annum, qui sequitur.

Annus Christi 1089. Augiæ 366.

Bertholdus Presbyter Constantiensis, continuator Chronici B. Hermanni Contracti ad annum præsentem hæc habet:

Dominus

Dominus Papa Urbanus his temporibus Ro-
=me in Insula, quæ inter duas pontes sita
est, morabatur, decretalemq; Epistolam
Venerabili Gebhardo Constantiensi Episcopo
13. Cal: Maji direxit, in qua ei Episcopalē
potestatem super Clerum et populum Au-
=giensis Insulæ, præter Monachos conces-
=sit, data eiam authoritate, ut Abbatem
inibi vice suâ ordinaret. Hactenùs Bertholdus.
Utrum hæc Epistola Vigorem consecuta sit, aut
non potius projectaria tantùm, valdè dubi-
=tamus, certe Adalricus II. Abbas Augiensis non
à Gebhardo Episcopo Constantiensi, sed ipso-
=met Summo Pontifice Urbano II. ordinatus
est, prout ipse Bertholdus testatur. cujus
verba brevi recensebimus, qui vix credimus, quis-
=modi Epistolam decretalem à Constantiensibus
Monasterij posse, vi cujus jam tunc temporis
Episcopus Constantiensis potestatem super
Clerum et populum Augiensis Insulæ, utpote
immediatè Summo Sedi semper subjecta
exercuerit.

Annus Christi 1090. Hugie 967.

Circa hunc Annum Illustrissima Juditha,
filia Balduini Comitis Flandriæ, uxor
Guelphonis IV. cum pluribus Sanctorum
Reliqijs pretiosissimum Christi sanguinem
Monasterio Wemgartensi obtulit. Duel.

Annus

Annus Christi 1091. Augiæ 368.

Annus Christi 1092. Augiæ 369.
Gebhardus III. Episcopus Constantiensis ob innumeras tribulationes ab Henricianis illatas Episcopatu liberè cedit, Arnaldus Monolphus Comes Sanctimontanus, Monachus Sangallensis, præcelsi Episcopatui ad annos fere 13. Episcopus XXXVIII.

Annus Christi 1093. Augiæ 370.

Annus Christi 1094. Augiæ 371.
Illustris Dominus Hermannus L.B. de Tegernau et Walda, bonæ indolis Juvenis, Hezilonis fundatoris Monasterij S. Georgij in Sylva Hercinia filius, Cœnobiorum Augiæ Divitis et ejusdem S. Georgij Advocatus à servis Ecclesiæ Augiensis, dum ad templum orandi causâ ire vellet, per insidias crudeliter Septimo Kalendas Octobris hoc anno in justa concisus et in Monasterio S. Georgij honorificè sepultus est. Berthold: Const: Contin: Chron: Herm: Documenta Sanct-Georgiana.

Annus

Annus Christi 1095. Augie 372.

Primùm hoc Anno Adalricus II. in Synodo Placentina preter Consecrationem etiam Confirmationem omnium Privilegiorum Antecessorum suorum consequitur. Hàc de re ita Bertholdus Constantiensis.

„ Dominus Papa Adalricum Augiensem
„ Abbatem eo tempore Consecravit, qui ibi-
„ dem Synodo Placentine interfuit, cui
„ in presentia Constantiensis Episcopi
„ omnem Episcopalem potestatem in
„ clerum & populum Augiensis Insule
„ interdixit, quam dudum Episcopo Con-
„ stantiensi concessit; Abbas tamen illee
„ non multò post de illa potestate se
„ intromisit; unde Querimonia facta ab
„ Episcopo, Dominus Papa illum missis
„ literis ab hujusmodi presumptione
„ iterum compescuit. Hac Bertholdus.

Ex quibus patet, Adalricum nostrum non ab Episcopo Constantiensi, sed abipso Romano Episcopo ordinatum esse, Cur autem tanta mora inter electionem & consecrationem intercesserit, forte causa est, quod Abbas Augiensis propter turbines jugiter savientes & maximè ab Henricianis motos, utpote quia contra Voluntatem Henrici electus nobis impeditus, quò minùs à Summo Pontifice more antecessorum suorum inaugurationis munus susciperet, id usque ad Synodum Placentinam consultiùs

Dif-

differendum censuerit.

Sed, ut verum fateamur, veluti jam supra diximus, suspectum videtur id, quod Bertholdus de illo Interdicto asserit, Rationes nostras brevissimè ponamus:

1.ma Si Gebhardus Ao 1084. ut ipse Bertholdus testatur, vel ut alij 1081. aut 82. Episcopus Constantiensis electus, et post Decennium ab Episcopatu exulare ad annos tredecim coactus est, certè hoc anno activitatem Episcopalem exercere non potuit. - 2da Non constat de Crimine aliquo, quo summus Pontifex juste commotus, jus in Clerum et populum Augiensem, alias semper habitum, Abbati adimeret, 3tia Si jus consecrandi Abbatis Episcopo certò collatum fuisset, non ipse Papa eundem consecrâsset, quod tamen non tantùm fecit, sed insuper omnium Privilegiorum confirmationem impertijt, quomodò autem confirmatio praeteritorum Privilegiorum et ademptio eorum invicem cohærent? dicit verò Augustinus Rogg: in catal: Epp: Constant: in Gebhardo III. citans Chron: Salemit:

" Interfuit Gebhardus Concilio Pla-
" -centino habito sub Urbano Papa,
" à quo Ulricus Abbas Augiæ Dig. con-
" -secratus, et privilegiatus est Anno
Dni. 1095. 4. Nov.

4.ta Nec Mersius nisi in annotatione post Hermannum III. qui fuit electus Seculo XV. ubi Extractum ex Bertholdo recensch, nec alij authores quantum quidem nobis constat, de hoc Inducto Gebhardo facto quidquam memorant.

Annus Christi 1096. Augiæ 373.

Annus Christi 1097. Augiæ 374.

Annus Christi 1098. Augiæ 375.

Annus Christi 1099. Augiæ 376.
Moritur Urbanus II. 29. Julij. Subsequitur Paschalis II. creatus 14. Aug.
Epocha Ordinationis Henrici V. à die 6. Januarij

Annus

Annus Christi MCC.
Redempti Orbis Saeculum XII.

Annus Augiæ 377.

Werinharius Monachus Augiæ Anno 1083. designatus Abbas S. Galli, hoc anno quieto fine Vitam claudit.

In hunc Annum desinit Bertholdus Presbyter Constantiensis, continuator Chronici Hermanniani.

Gebhardo III. pro tempore ab Episcopatu Constantiensi exulanti à Paschale II. P. M. conceditur Legatio Apostolica ad Ecclesias Germanicas.

Annus Christi 1101. Augiæ 378.

Annus Christi 1102. Augiæ 379.

Annus Christi 1103. Augiæ 380.

Manuscripta Pithoeana ad Annum præsentem hæc habent: Luitholdus quoq; Abbas quondam hujus S. Pithoeani Mo-

Monasterij S. Rupertus Scholasticus ad
Augiense Monasterium se contulerunt: /
ob Schisma Henricianum: / Jam dictus
autem Rupertus egregius erat Magister,
in omnibus liberalibus disciplinis, sed
S. Bernardus item idem ejusdem Monasterij
Monachus Summæ Sapientiæ & Doctri-
-næ vir, qui hinc temporis ambo simul
multitudinem magnam discipulorum
in Celestinum habuerunt, quoniam
Scholis præerant, & plerosq; ad optimam
eruditionem provexerant. Hi, sed S. Wan-
=harius pari polleus eruditione, anathe-
=ma fugientes Augiensi se Monasterio
sociaverunt.

Annus Christi 1104. Augiæ 381.

Annus Christi 1105. Augiæ 382.

Infelicissimus Imperatorum Henricus
Rex IV. Imperator III. post detracta
Ingelheimij Imperij Insignia de throno
in Carcerem ductus, gravis Vinculis ferreis,
inhis Vinculis pontificijs constrictus,
tristem sortitur Vitæ finem 7. Vel ut alij
1. Augusti. Anno regni 52. Imperij 22.

Subsequitur filius ejus Henricus V.
Quæ Imperator IV. prius Scelerum paterno
Vindicator

Vindicator postea Æmulator. Greg: Koch:
et Aliÿ

Gebhardus III. post Dethronisatum
Henricum, et ejectum Arnolphum ad
Episcopatum suum redijt.

Annus Christi 1106. Augiæ 383.

Annus Christi 1107. Augiæ 384.

Annus Christi 1108. Augiæ 385.

Adalricus II. Divionem, seu Teudonem,
Cardinalem à Latere in Augiam à Cas-
=chali Papa II. visitandi et reformandi
necnon Jura, et antiqua, novis additis Cœ-
=nobij Privilegia confirmandi, atq; alia ubi-
=liâ statuendi causâ missum, magno honore
singulariq; solennitate suscepit, ubi idem
purpuratus Cæsul Authoritate Apos-
=tolicâ Anathemate confixit illos, qui sivè
servi sive Liberi sint, in Insula Augiensi ho-
=micidium, Vulneris alicujus inflictionem
temerariam Membri mutilationem vel
abscissionem, inimicitias tam occultas
quàm manifestas, oppressionem, Damnum

In-

Incendia, vel destructiones, domorum, Vinea=
=rum et arborum excisionem, sanctuarium
spoliationem absq; direptionem commise=
=rint aut fecerint; Servus, qui ejusmodi per=
=petraverit, omnes suas amittat sanctitates,
tam proprias, quam in feudum acceptas,
absq; ullâ recuperandi spe, ipsoq; ad Eccle=
=siæ jura redeant, in Exilium insuper ex=
=pellatur perpetuum. Sin liber fuerit, om=
=nia pariter ab Ecclesia accepta feuda perdat
excommunicatusq; sit tamdiu, donec sa=
=tisfecerit.

Filij verò legitimi post feudorum amis=
=sionem ea tantùm, quæ illis ex hæreditate
sua obveniunt, possideant; Contemptor
autem hujus Legis et pœnæ, si occisus in=
=terim fuerit, ejiciatur extra Insulam, et
tanquam Romanæ Sedis contemptor
careat omni sepulturæ honore; Homi=
=cida verò ejus ab omni tali homicidio
immunis existat, de vitæ suæ securus
amissione, discrimine, periculoq;.

Ab eodem quoq; Eminentissimo Cardi=
=nale omnibus per totam Insulam In=
=colis, exceptis Libellis, et Monasterij fa=
=mulis, usus arma portandi, nisi ad eam
defendendam, vel si quisquam aliò pro=
=fecturus esset, omninò prohibitus fuit,
tali transgressoribus lege posita, ut tam=
diu, donec satisfecerint, extra Insulam
in exilio maneant. f. oheim.

Circa

circa hunc Annum Berchtoldus Zäringensis Comes, frater Gebhardi III. Episcopi Constan-=tiensis Dux Alemanniæ fundavit et exstruxit Monasterium S. Petri in Hercynia Silva, ibique pos-=tea sepultus Anno 1111. 12. Aprilis Vogg.

Annus Christi 1109. Augiæ 386.

Annus Christi 1110 Augiæ 387.

Annus Christi 1111. Augiæ 388.
Epocha Imperij Romani à Die 2. Aprilis, Coronationis Henrici Regis V. Imperia-=toris IV.

Annus Christi 1112. Augiæ 389.

Annus Christi 1113. Augiæ 390.

Annus

Annus Christi 1114. Augiæ 391.

Annus Christi 1115. Augiæ 392.

Annus Christi 1116. Augiæ 393.

Gebhardus III. Episcopus Constantien=
=sis XXXVII. alterâ vice Episcopatu
cedere cogitur, nuper Henricianæ Sectæ,
modo Mortis imperiô; Ille Præsul, ex
quo secundâ vice Regimen pastorale sus=
=cepit, continuo Abbate Petri-domûs Theo=
=dorico, Viro magnæ pietatis, eruditionis
ac prudentiæ, Monacho prius Hirsau=
=giensi, Conscientiæ arbitrô usus est. Merk.

Annus Christi 1117. Augiæ 394.

Cathedram Constantiensem conscendit
Episcopus XXXIX. Ulricus, seu Adal=
=ricus I. Comes à Dillingen et Kyburg,
Consanguineus S. Adalrici Episcopi Au=
=gustani, Constructor et Dotator Collegij
Creützlingani, Conservator Monasterij
et Ecclesiæ Augiæ Brigantinæ, novita
à Cognato suo Rudolpho Comite Bri=
=gantij extructa. præfuit Annis 10.

Annus

Annus Christi 1118. Augiæ 395.
Defuncto Paschali II. 18. Januarij, Succe=
=dit Gelasius II. creatus 31. Ejusdem.

Annus Christi 1119 Augiæ 396.
Gelasius II. die 29. Januarij morbum Suc=
=cessorem habet Callistum II. creatum 1 Febr.

Annus Christi 1120. Augiæ 397.
Precibus Adalrici I. Episcopi Constantiensis
exoratus Callistus II. Pontifex Maximus
S. Conradum Ejusdem Sedis Antistitem
adbo Sanctorum miserunt.

Annus Christi 1121. Augiæ 398.

Annus Christi 1122. Augiæ 399.

Adalrico II. Abbati Augiæ XXXII. alijs
XXXIV. dies vitæ decimus fuit 25.ᵗᵘˢ
Martij, humulato in Augia.

Initium Regiminis capessit Ru=
=dolphus II. Baro de Bottenstein, Brisgojus
Monachus Augiensis, fratergs Mangoldis.

alij

alij Hermanni: / Abbatis Sangallensis /
Catuum Augiensium Electione substi=
=tutus abbas XXXIII. alijs XXXV.
Ejus familiæ Barones omnium Subdi=
=torum ac temporalium bonorum in Lan=
=goja ad Monasterium Beatissimæ
Virginis in Helvetica Eremo Vulgò Ein=
=Sidlen, situm, pertinentium Advocati
atq; defensores extiterunt. Chron: Aug:

Annus Christi 1123. Augiæ 400.

Annus Christi 1124. Augiæ 401.

A Seculum V.

Callistus II. moritur 12. Decembris, Suc=
=cedit Honorius II. creatus 16. ejusdem.

Annus Christi 1125. Augiæ 402.

Henricus V. Rex, Imperator IV. Patris sui
Henrici Sceleruin quondam Ultor Vindex, tamen
ex post Æmulus, in Romanos Pontifices
Paschalem II. et Gelasium II. valdè injurius,
vitam hoc Anno cum Corona deposuit, 23. Maji:
vel ùt alij Mense Augusto, Spiræ Sepultus,
Anno ætatis 44. Ordinationis in Regem
27. in Regem Romanorum 21. à Coronatione
15.

is., in hoc solicitor patre suo, quòd ultimis vitæ diebus, gratiam, fructus signos pœnitentiæ faciendi meritus fuerit. Lolb. Mabij.

Annus Christi 1126. Augiæ 403.

Annus Christi 1127. Augiæ 404.

Adalricus I. Episcopus Constantiensis XXXIX. Epilepsiâ correptus, in cella S. Mariæ p. Vulgò Münster / Collegio Canonicorum regularium S. Augustini in Brisgoja, meritis plenus decessit. Junus Constantiam deductum in Choro Cathedralis templi sepulto mandatum est. Merki.

Cui subrogatus est, Adalricus II. Dato de Castell, Castrô haud procul de Costantiâ distante, Monachus San-Blasianus, Episcopus XL. prudentiâ, Dexteritate, & variis Virtutibus insignis.

Annus Christi 1128. Augiæ 405.

Annus Christi 1129. Augiæ 406.

Ludolphus II. Abbas Augiæ, interfuit cla-

clarissimo Principum Conventui, Basileæ abs Lothario Rege hoc anno dicto. Chron. aug.

Annus Christi 1130. Augiæ 107.
Obijt Romanus Ecclesiæ Antistes Honorius II. 14. februarij. Succedit Innocentius II. creatus 17. Ejusdem.

Annus Christi 1131. Augiæ 108.
Virga Castoralis à morte eripitur Rudolpho II. Abbati Augiæ XXXIII. aliis XXXV. 10. Febr. Sepulcro in Augia, à Patribus traditur Ludovico Comiti de Pfullendorff, Monacho Augiensi, viro bono & docto, qui dicte Wolfgango Lazio, fuit filius Rudolphi Comitis & Wilsindis filiæ Welphonis Comitis ab Altorff. Abbas XXXIV. aliis XXXVI. ad annos 4.

Annus Christi 1132. Augiæ 109.

Annus Christi 1133. Augiæ 110.

Annus

Annus Christi 1137. Augiæ 411.
Epocha Imperij Romani à die 4. Junij Co=
=ronationis Lotharij II.

Annus Christi 1138. Augiæ 412.
Ludovicus Abbas XXXIV. quarto Regi=
=minis Anno indutus Pontificalibus
ac pretiosissimis ornamentis Duttlingæ
in Parochiali Ecclesia à suis ac poten=
=tioribus Vasallis interemptus, & in
augiam delatus, in porticu Ecclesiæ
S. Laurentij Martyris tecta commendatus
est. Hæc Ecclesia annodò nec tecta habet.

Post hunc Augiam suscepit guberna=
=dam Abbas XXXV. Udalricus III. Com.
de Zollern, Monachus Augiensis, nobilis
quidem genere, sed disciplinæ Monas=
=ticæ non admodum addictus, prout ad
hoc grave officium gerendum planè ineptus
ac valde inhabilis Chron: Aug.

Annus Christi 1136. Augiæ 413.
Gustato pauxillo mellis abbatialis ho=
=noris, inutilis Udalricus III. Abbas XX
XV. moritur, & in dissensiones, longâq; con=
certatione obtinet dominatum contra fri=
=doleum Otto, Baro de Bottenstein, quem
quidem vocant de Rappenstein Monachus

A

Abbas augiensis XXXVI alijs XX XVIII

Annus Christi 1137. Augiæ 414.

Annus Christi 1138. Augiæ 415.

Lotharius II Imperator devotus Ecclesiæ Romanæ filius, magnum sui relinquens desiderium æternitatem adiit 4. alij 6. Decemb. Sepultus in Saxonia in Monrio Regis diuthera dicto, anno regni 14. Imperij 6. alij obitum ejus notant anno priore.

Romanorum Rex à die 6. Martij constituitur Conradus III Suevorum & Francorum orientalium dux. Kolb.

Adalricus II multas perpessus calamitates ob seditiosos canonicorum tumultus favori cedens Episcopatum Constantiensem liberè resignans rediit ad suum S. Blasij Monasterium, ubi reliquum vitæ in omni sanctitate consumavit.

Annus Christi 1139. Augiæ 416.

Otho abbas XXXVI à Rege Conrado deponitur, in ejusq locum melior sufficitur Fridolenus seu Fridolinus, Fridello vel Fridelocho Baro de Heydeck ex Ergovia Monachus augiensis Vir pius, religiosus, ac doctus Abbas XXXVII. alijs XXXIX. quem statim Romam profecturum Innocentius II. consecravit, omniaq

-niagś indulta Apostolica, Imperialia & alia quevis, in Specie à Teuzone vel Tuizone S. R. E. Cardinale concessa, et supra anno 1108. relata ratificat, datâ Sequente Bullâ.

" Innocentius Episcopus Servus Servorum " Dei. Devotis filijs Fridolco & fratri- " -bus Monasterij Augiensis Salutem & " Apostolicam Benedictionem. Cùm no- " -bis juxta Doctoris gentium verba, om- " -nium Ecclesiarum Commissa Sit cura, de- " -et Nos summâ diligentiâ earum pace " & tranquillitatem studiosè procurare, " ac S. Petri subditos propè vel longè po- " -sitos defendere. Cumgś Ecclesiasticis hu- " -jus nostræ defensionis cura specialiter " Sedi Apostolicæ subjectis exhibenda sit, " Religiosi, presertim Sedi Apostolicæ " immediate subjecti tantò frequentiùs " considerare, quantò plus à longius à " terrenarum sollicitudinibus abesse ac " soliùs divinis semper inhærere debent.

Cer ipsos etiam voluntariè suscepta " divina servitia stare non possunt, ubi " quod Deus avertat, per malitiosorum " hominum molestias & importuni- " -tates perturbantur. Hæc absq; dubio " considerantes, charissimi filij, cupientes " pacem & tranquillitatem Vestram pro- " -movere, hisce literis Privilegia Vestro " loco à Tuizone Episcopo Cardinali

Tres-

" Presbytero pie recordationis apud vos mo-
" -rante primùm tradita ac postea à Reve-
" -rendo Fratre nostro Theodorico Episcopo
" Candidæ Sylvæ legato Apostolico renovata
" confirmamus, ac futuris temporibus ratta
" esse volumus, ita ut in posterum nullus, sive
" Liber, sive Servus, in insulæ ambitu homi-
" -cidium aliquod perpetrare, armis lædere
" vel sauciare, aut temeraria aut armata ma-
" -nu in eam intrare occultè vel apertè imi-
" -micitias struere, ibi arma, nisi ad defen-
" -dendam Insulam, vel si quis exire voluerit,
" portare, domos incendere, vel lædere, vites
" et arbores malitiosè exsecare, vel alicui
" propria quæcunqs sint, periculosi ac fur-
" -tivè auferre præsumat, aliq; audeat; Sin
" liber vel alterius conditionis et Justis quis
" -fale committat et provaricetur, juxta con-
" -stitutiones Patrum nostrorum punia-
" -tur, donec omninò satisfecerit, sive in
" vita, sive post mortem à communione
" Ecclesiæ Catholicæ separetur, Anathemati
" Apostolico subjectus. Datum Laterani
" 4. Martij Anno Christi 1139.

Conradus Dux Zæringensis donat Augiæ quartã
partem oppidi Oeningen in Brisgovia, quam
donationem idem Sanctissimus Dominus Pa-
-pa Innocentius II. petitionibus fidelei ab-
-batis Augiensis gratum præbens assensum
cum omni jure et Justitia, quam ipse Dux
Chunradus successione hereditariâ mihi habe-
-bat, Augiensi Monasterio piâ devotione collata

in

in perpetuum confirmat, et presenti Privilegio hoc anno communit.

" Innocentius Episcopus Servus Servorum
" Dei s. Dilecto filio fideolo Abbati Au-
" -giensis Monasterij ejusq; Successoribus
" regulariter substituendis in D. P. M.
" Ex Commisso nobis à Deo Apostolatûs
" officio Ecclesiarum omnium curam nos
" convenit gerere. Si qua eis oblationes
" seu donatione fidelium conferuntur, apos-
" -tolico debemus munimine roborare.
" Quam profectò sollicitudinem erga Au-
" -giense Monasterium tanto amplio rem
" gerere volumus, quanto specialius idem
" locus cum rebus ad ipsum pertinentibus
" ad jus beati Petri cognoscitur pertinere.
" Ea propter dilecte in Domino fili fideo-
" -le Abbas, tuis petitionibus gratum
" prebentes assensum quartam partem
" Villæ Ouingin ab Illustro viro Chunrado
" Duce Zaringen cum omni Jure et Justi-
" -tia, quam ipse Successione hereditariâ
" inibi habebat, Augiensi Monasterio piâ
" devotione collatam in perpetuum tibi tu-
" -isq; Successoribus et per nos eidem Coenobio
" confirmamus et presenti privilegio com-
" -munimus. Decernimus ergo, ut nulli
" hominum omninò liceat, Vos vel Ecle-
" -siam Vestram super hâc nostrâ confirma-
" -tione de cetero molestare, aut de predicta
" portione Villæ aliquam vobis injuriam

irrogare, Si quis autem hanc donationem seu oblationem infringere vel mutare ausu temerario attentaverit, Secundò Tertiogs commonitus, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisgs sui dignitate careat, et donec corrigat, reatum suum excommunicationi subjaceat.

ām ām ām



Ego Innocentius Catholice Eccleśie Epś. SS

✠ Ego Lucas ṗbr Card: tt. Ston̄m Johis et Pauli SS.

✠ Ego Theodewinus Epś Ste Rufine SS

✠ Ego Jvo Pbr Card: ṡ.ṡ Ston̄m Laurentij et Damasi SS

✠ Ego Crisogonus Pbr Card: ṡ.ṡ Ste Praxedis SS

✠ Ego Pbr — — Diac: Cardl: SS

✠ Ego Gozo St. Rom: — — Diac: Cardl: SS

Dat' Lat' per manum Simerii S. R. E. Diac: Card: et Cancellarium XIII Kl: Martij Indict: III. Incarnationis Dominice M°. C°. XXX VIIII: Pontificatus vero Domni Innoc: anno XI.

Constantie amore pacis cedente Adalrico II. unanimi consensu eligitur Episcopus

X.

XLI. Hermannus I. Baro de Arbona, qui totum patrimonium suum Episcopatui tribuit, anno sequente collapsum Scotorum Monasterium restauravit, A Anno 1155. impetravit à Friderico Barbarossa confirmationem donationis ac Dulle regiæ Dagoberti, de quâ suo loco.

Annus Christi 1140 Augiæ 417.

Otto prior anno depositus Abbas Augiæ in amentiam, alij voluntariam, A alij epilepsiam actus, vitæ suæ finem fecit, sepultus in Augia.

Fridolens Augiensis Monasterij Abbas donat pro remedio animæ suæ Vineam in superiore piscatorum domo propè curtim S. Kiliani sitam, A in villa Eigeltingen unum Dunnuarium, quorum utrumq; sine damno A absq; fratrum sumptu lucratus est, Augiensi Monasterio tradidit A transfudit, ac in perpetuum donatum esse voluit, statuens inde fratribus suis claustralibus in anniversario suo Caritatem, unam, secundùm situm et consuetudinem ejus loci, vi pane A in vino dari, cum alijs multis annexis pijs statutis A decretis, quo donatio facta est, in presentia fratrum Augiensium. Anno domini 1140.

Refert Franciscus Petrus Can: Reg: ord: S. Augustini in Sueviâ Ecclesiastica ex Bruschio sequentia: S. Crucis Vallis / Grüglitz Cœnob: Cist: ord: Cisterc: Carinthiæ / antiquitus aquarum

haustus, vulgò Wasser Sozhm fortè ab irrequis fontibus, quos tota habet circumsita Vicinia penè innumeros: postea verò à S. Annis particula: quam seminous fundator Comes Ego de Waldstätten & Grüningen dicitur sutim ex Augia Divite sustulisse: / aliter nominatum, rem paulò aliter narrat Ausius ad hunc annum; quo verane an falsa sint, hic disputare non vacat.

Annus Christi 1141. Augiæ 418.

Udalricus II. nuper Episcopus Constantiensis, Monachus S. Blasij, sanctè vivens, sanctè moritur, honorificâ sepulturâ donatur, & celebri memoriâ in eodem San Blasiano Monasterio colitur.

Annus Christi 1142. Augiæ 419.

Fridolens ex propriis Bonis & hæreditate fundavit anniversarium perpetuum, quo Sacellanus S. Kiliani quot annis consuetis Vigilijs & Missis pro animæ suæ salute Deum faceret sibi propitium.

Hoc anno Theodoninus Episcopus portuensis, Tituli S. Ruffinæ Presbyter Cardinalis, & per Germaniam Legatus Apostolicus ad Augiam Majorem profectus Ludolphum Comitem de Lupfen Thelingæ Landgravium Abbatem Einsidlensem electum in præsentiâ Hermanni Episcopi Constantiensis, in Dominica Palmarum 12. Aprilis, Jussu Conradi

III.

III. consecravit & inunxit. Christophorus Hart=
=mann. in Annal. Erem: Bucel.

Annus Christi 1143. Augie 17.0.
Mortuo Innocentio II. 24. Septembris Succedit Pa=
=pa Coelestinus II. creatus 26. ejusdem.

Annus Christi 1144. Augie 421.
Obijt Coelestinus II. 9. Martij, Successit Lucius
II. creatus sequenti die

Fridolens frequenti Principum Conventui
Argentorati à Rege Conrado indicto atq; cele=
=brato interfuit.

Annus Christi 1145. Augie 422.
Lucio II. Romanæ Sedis Episcopo 13. Febr:
defuncto Succedit Eugenius III. creatus 14.
ejusdem.

Fridolens cum Abbate & fratribus S.
Galli fraternitatem jam olim à Waldone
& Hartwico I. Abbatibus Augiensibus cum
ijs initam renovavit. Chron: Aug:

Hoc eodem anno S. Bernardus Claraval=
=lensis abbas & Doctor mellifluus, Constan=
=tiæ commoratus ad preces & Intercessio=
=nem ejusdem Abbatis Augiensis Fridolei Cæ=
=cum lumen restituit. Hartmannus in Annal.
Erem: Gaufridus Abbas Claravall: S. Ber=
=nardi Notarius in Vita L. 7. C. 5. de hoc sic
habet:

Cùm

" Cùm Veniſſet Conſtantiam Homo Dei et undiq;
" ſe Virtutum ejus fama diffunderet, Abbas
" Augienſis ſ: quod intra Lacum Lemanum
" antiquum extat et nobile Monaſterium ſ
" hominem ſ: quem ſuis Eleemoſynis ſuſten-
" tabat ſ Cœcum miſit ad eum, et confeſtim
" Videntem illum recepit; A apud eundem Gau-
" fridum Frolwinus Abbas ait: quæ Conſtan-
" tiæ facta ſunt pro tumultu pauci Viderunt;
" Ego tamen Cœcum illum, qui feria V. ante
" Aſtate illuminatus eſt, vidi. Abbas Augi-
" enſis addui præcepera eum, cujus mendicus
" erat.

Annus Chriſti 1146 Augiæ 423.

Conradus III. Romanorum Rex habuit ſpira
Comitia Expeditionis ſacræ gratiâ, quibus
etiam Epiſcopus Conſtant. Hermannus in-
terfuit et ſubſcripſit.

Annus Chriſti 1147. Augiæ 424.

Annus Chriſti 1148. Augiæ 428.

Eugenius III. Fridolico eadem, quæ Innocen-
tius II. Prædeceſſor, eodem tenore et ijſdem
Verbis planè confirmavit. Datum Remis

29.

29. Martij. Buschi Ans.

Annus Christi 1149. Augie 426.

Annus Christi 1150 Augie 427.

Annus Christi 1151. Augie 428.

Annus Christi 1152. Augie 429.

Conradus III. Romanorum Rex, ex Syria in Germaniam rediens, dum iter in Italiam adornat, coronam Imperij in facie Romane Ecclesie mi se suscepturus, ter jubente morte adornare adactus, in viam desinitatis Bambergo moritur 15. Febr: ibidem Sepulchus Anno etatis 58. Regni 15.

Eligitur unanimi Electorum Consensu fridericus I. Enobarbus seu Barbarossa, à Barba rubricante ita dictus, Rex à Die 29. Martij. Koeb. Ansuis. f.

Annus Christi 1153. Augiæ 130.

Moritur Eugenius III. 8. July, quem insequitur sequente statim die creatus Anastasius IV.

Annus Christi 1154. Augiæ 131.

Defuncto Anastasio IV. 2. Decembris Sufficitur Adrianus IV. creatus 4. ejusdem.

Annus Christi 1155. Augiæ 132.

Epocha Romani Imperij à die 18. Junij, Coronationis Friderici I.

Emanat hoc anno Bulla Friderici I. Imperatoris de dato Constantiæ, Indictione 4. V. Cal. Sept. f. 28. Aug. / ni quâ circumscribuntur limites Episcopatûs Constantiensis. Bulla f. quæ extat apud Pistorium in chronico Constantiensi fol. 625. & Jacobum Mercatum fol. 180. / verba ferè extrema sunt hæc:

" Conradus Augustensis Episcopus, Conradus
" Wormatiensis Episcopus, Udalricus Au-
" -giensis Abbas, Wernherus Abbas S. Galli,
" Adalbertus Cambidonensis, Welfo Dux,
" Bertholdus Dux Burgundiæ &c.

Ex quo patet Abbatem Augiæ alijs præponi &c.

Annus Christi 1156. Augiæ 133.

Henricus Dux Bavariæ Monachos Gasnenmonasterienses cum D. Benedicti regula, quam

S.

S. P. Erminius fundator noster olim ipsem tradiderat, transfert in Civitatem Mettensem, Canonicos verò Mettenses ad Offenmünster. Hundius

Annus Christi 1157. Augiæ 434.

Annus Christi 1158. Augiæ 435.

Cum Friderico I. Imperatore, Amultis Principibus profectus est Fridolens contra Mediolanenses, cùm priùs idem Imperator uxorem Adelheidam Constantiæ repudiâsset, Otto San. Blas. Continuator Ottonis Frising.

Annus Christi 1159. Augiæ 436.

1. Fridolens Abbas XXXVII. infirmus ex Principe domum rediens, in pulverem redijt 31. Maji Sepultus in Augia.
2. Monitus Adrianus IV. 1. Septembris. creatur 7. Ejusdem Alexander III.
3. Gubernationem suscipit Adalricus IV. Baro de Hewenek, Germanus Fridolei frater, Monachus & præpositus Augiensis. Abbas XXXVIII. ab Adriano IV. Papa Romæ consecratus, confirmatus, et Patribus Augiensibus commendatus per sequens Breve Apostolicum:

" Hadrianus Episcopus Servus Servorum
" Dei. Dilectis filijs nostris, Monachis,

Presbyteris, & omni populo Augiensis Monas-
-terij, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dilectum filium nostrum quondam electum
Adalricum, modò Abbatem Vestrum, paternâ
charitate tanquam prium & peculiarem S.
R. E. filium, eô modô, quo tunc rationabiliter
cognovimus honorandum suscepimus: tunc
ejus electionem debitâ formâ & audientiâ
cognoscentes, nullum invenimus impedi-
-mentum, Aplicis ac sacris canonibus con-
-trarium, demùm affectuosè apostolicâ au-
-thoritate confirmavimus, ac eidem Adal-
-rico filio nostro more consueto consecrandi
gratiam arbitrati sumus conferendam.

Quare preveniente Sancti Spiritûs gra-
-tiâ, à nostris, tanquam à Sancti Petri
manibus consecratum ad vos, nostros sin-
-gulares filios cum Executione nostrarum
Literarum & potestate Privilegiorum re-
-mittentes, singulis, his apostolicis litte-
-ris præcipiendo, ut eum benevolè suscipia-
-tis, honorificè tractetis, in nullo con-
-trarij, in nullo superbè inobedientes. Si
quis ex vobis Scienter ac temerè ei resistendo,
tanquam Patris sui spiritualis & Ab-
-batis præcepta non admiserit, in eis, quæ
ad Deum, humilem obedientiam contemp-
-serit, & Abbas in Valem. inobedientem,
quicunq; fuerit, Sententiam Excommu-
-nicationis tulerit, eam Sententiam & pœnam

Volumus

volumus esse ratam. Usum Infule in missis,
in processionibus in- & Extra Monasterium,
à Predecessoribus nostris Concessum, ut etiam
annuli aurei, predicto Abbati ex Singulari Apos-
-tolice Sedis benignitate clargiti sumus. Datum
Laterani 19. Octobris 1159.

Annus Christi 1160. Hugie 437.

Annus Christi 1161. Hugie 438.

Annus Christi 1162. Hugie 439.
Monasterium Pelhrusianum in Cineres redactum,
feliciter è Cineribus excitatum hoc anno ad
perfectionem deducitur Conferentibus Sym-
-bolas solide Charitatis diversis Cœnobijs, Bu-
-giensi inprimis S. Wigfacensi. Ducel.

Annus Christi 1163. Hugie 440.

Annus Christi 1164. Hugie 441.

Annus Christi 1165. Augiæ 442.

Hermannus I. Episcopus Constantiensis XLI.
felici fine maximo omnium luctu consum=
=matur, sepultus in Cathedrali Ecclesia. Suc
=cedit Otho II. Comes Habsburgicus, sive, ut alijs
placet Zaringensis Canonicus Cathedralis, ac
præpositus ad S. Mauritium Augustæ. Epis=
=copus XLII.

Marchwardus filius Adalrici filij Luddodi,
qui audiens illud Evangelicum præceptum
date Eleemosynam, & omnia munda sunt vo=
=bis, & iterum: Divitiæ Viri redemptio anime
ejus; tradidit omne beneficium quod habuit
in villa, quæ nuncupatur Singen ad Monas=
Mariæ semper Virginis, quod constructum
est in Insula, quæ appellatur Lindeaugia.
Sed, quia iste Marchwardus depredationem
aliorum veribus, prefatum, quod in Singen
habuit, beneficium Bertholdo ejusdem Vil=
=le Villico pro duodecim talentis vendidit,
quod cum factum esset, Vineam intra In=
=sulam sitam pro viginti quatuor talentis
à Bertholdo Martini filio coëmit, de cujus
Vineæ medietate statuit, ut, quamdiu Vixe=
=rit, in Anniversario Patris sui Adalrici, in
festo S. Blasij Martyris, unicuique fratrum
Stupus Vini, nec Cellario plus quàm alijs
detur, post obitum verò suum, singulis an=
=nis eundem Stupum in suam commemo=
=rationem prædictis fratribus tribui con=
=stituit, de alterâ Vini medietate, et novem
decimis, quas in diversis Vineis ex paternâ
hereditate hactenus obtinuit, panem et

Vinum

vinum cum piscibus secundum consuetudinem
huius loci et claustri in festo S. Michaelis Ar-
-changeli Dominis claustralibus constituit,
plenius dari, ut quandò sepius suis sumptibus
recreantur; Ha sunt decime: Decima totius
Vinee Hugonis, quam Henricus Minister de-
-dit sororibus suis, in omnibus, quo in ea crescunt,
Decima Vinee, que fuit Eberwini et sororis
sue, et illius Vinee, que fuit Marchwardi et
Matris sue, et illius Vinee, quam Rechenbodo
Presbyter Vendidit uxori Werneri de Schoploch,
he tres vinee circumdate sunt Vineâ Eber-
-hardi et fratris sui Bertholdi filiorum Chun-
-radi et decima Vinee Henrici filij Hermanni
Sutoris, que pertinet ad Cameram abbatis
et sita est in eadem Vinea puerorum; et de-
-cime duarum Vinearum que dicti March-
-wardi proprie sunt, inferioris et superioris;
et decime illius Vinee, quam Henricus de
Asterinchoven Burchardo de Wormingen
tradidit et filie sue. Et decima decimi
Justi, quod jacet in Vinea Roggeri. Has
novem decimas, quas prefatis vineis
presignavit, sive sit in vinis, sive in pomis,
sive in holeribus, vel quidquid in eisdem
vineis super cadente vore et pluvia nas-
-citur, addidit ad prefatum servitium,
quod sui juris esse debebatur;

Addidit sui fundationi et donationi
etiam duas mulieres, Bertam cum fa-
-more suo, filias Hermanni, tali condi-
-tione

=sione, ut postquam ambo nubant, in festo S. Michaelis talentum piperis ad prefatum ser=
=vitium tribuant. Interim dum una sit in virginitate, dent dimidietatem tali pacto, ut hæ due nulli in feudum concedantur et nemo qui ex eis nascatur, sed ubicunq; sint, absq=
=ue isto vivant, et tantum in nocte sua casu tribuant. Acta sunt hec in Augia majore anno dominice Incarnationis 1165.

Annus Christi 1166. Augie 443.

Annus Christi 1167. Augie 444.

Annus Christi 1168. Augie 445.

Annus Christi 1169. Augie 446.
Epocha Henrici VI. Regis à die 15. Augusti.
Otto II. Episcopus Constantiensis XLII.
Valetudinarius semper, vir cæteroquin op=
timis moribus conspicuus, obijt.
Pastorem diocesis nacta est concordibus
cano=

Canonicorum Suffragijs Bertholdum Baronem de Bußnang in Thurgovia, vel opinione aliorum de Kesnach in Ergovia virum eximia prudentiâ & virtute præditum, qui fuit ejusdem sedis Episcopus XLIII.

Annus Christi 1170. Augiæ 447.

Annus Christi 1171. Augiæ 448.

Annus Christi 1172. Augiæ 449.

Annus Christi 1173. Augiæ 450.

Udalricus IV. Abbas Augiensis XXXVIII. incidens in morbum incurabilem fratribus Abbatiam resignavit, inter quos Hermannus de Speichingen Præpositus & Albertus de Ramstein Decanus Monachi Augienses, diu certantes ambo pro hac dignitate excludebantur, dum sede abbatiali uno anno vacante, inter duos eligantes tertius gaudebat, nempe Diethelmus I. Chron: Aug:

Annus

Annus Christi 1174. Augiæ 451.
Adalricum IV. Abbatem Augiæ XXXVIII.
resignatum, & morbis exesum mors condit
in urna, 7. Novemb.

Annus Christi 1175. Augiæ 452.
Litigantibus interim & iam coram Impe-
-ratore Friderico I. & multis Principibus
tum Ecclesiasticis, tum Saecularibus, Spiram
ad Comitia vocatis, quos prædiximus, duo-
-bus Abbatiæ Candidatis, dum nec ab Im-
-peratore ipso, nec ab alijs Principibus,
licèt paternè admoniti, alter alteri cedere
voluisset, nec ullâ ratione concordare pos-
-sent, Consilio Principum ab Imperatore
meritò constitutus est Abbas Augiensis
XXXIX. alijs XLI., qui tunc fortè
& iam Spiræ erat, Diethelmus I. Liber de
Weissenburg, Dominus in Crenckingen &
Liebenthal, Monachus Augiensis, insignis &
multis præclaris dotibus ornatissimus Ju-
-venis, doctus, prudens, & facundus. Unde
& si adhuc juvenili in ætate consisteret,
tamen tamen maturitatis & probitatis
exstitit, ut ex Comitijs Spirensibus in Au-
-giam reversus, magno à fratribus totaque
Insula tripudio, alacritate, honore, &
gratulatione susceptus, insigni Coenobio
de ritate gubernandum aggressus
fuerit.

Annus

Annus Christi 1176 Augiæ 453.

Annus Christi 1177. Augiæ 454.

Annus Christi 1178. Augiæ 455.

Annus Christi 1179. Augiæ 456.
Bertholdum Episcopum Constantiensem XLIII. ad decennium laudabiliter pontificale officium suum administrantem, hoc anno 20. vel ut alij 22. Maji defunctum, Constantiæq; in Cathedrali templo intra chorum Equestum insecutus est Hermannus II. Nobilis à Frickingen ex Hegovia, pacis & Tranquillitatis publicæ amantissimus, Episcopus XLIV.

Annus Christi 1180 Augiæ 457.

Annus Christi 1181. Augiæ 458.
obijt Alexander III. 25. Augusti, Secutus est creatus est 29. ejusdem Lucius III.

V.S.L. II

Annus Christi 1183. Augie. 460.

Imperator Fridericus Barbarossa Conventa Principum Constantie convocavit, in quo Pax, postea constantiensis dicta, sancita est.

Nobilis & generosus Vir Wiligovus Comes de Kebesse cum conjuge sua Bertha montem S. Michaelis propè ulmam cum omnibus suis possessionibus à quodam ministeriali augiensi justo pecuniarum pretio comparavit, & fundavit Collegium Canonicorum regularium S. Augustini ad Insulas Wengenses in ulma dictum, quæ fundationem Diethelmus I. Abbas Augiensis cum fundi hujusmodi dominus confirmavit, tradito à Wiligovo Abbate Augiensi & ejus successoribus papetuo jure, Præpositi ejus loci confirmandi & investiendi p. Litere fundationis Wiligovi, & confirmationis Diethelmi habentur apud Bruschium, Ausium. & Franciscum Schad sunt ejus hujus tenoris:

" In Nomine Sancte & individue Trinitatis Amen.

" Cum ex verbis ipsius Domini discamus:

" date Elemosynam, & omnia munda sunt

" vobis: Notum sit omnibus, tam præsentibus

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

=sentibus, quàm futuris: quod nobilis quidam
Wiligovens de Albeck pro Salute & remedio ani=
=mæ suæ et omnium parentum suorum, à
quodam monasteriali Augiensis Ecclesiæ, precio
intervenient, obtinuit montem & Dominum
S. Michaelis, apud ulmam situm cum omnibus
appendiciis suis quem usq; ad hæc tempora jure
proprietatis possedit: ut in usus Augiensis Eccle=
=siæ conferret, et omne jus ac proprietatem &
possessionem in Ecclesiam transferret.

Ex Consilio autem religiosorum illius tempo=
=res Virorum instituit, ut predictus locus
domus hospitalis pauperum, refocillatio &
Asylum peregrinorum in æternum permaneat,

Eidem domui proposituum cum alijs cano=
=nicis sub S. Augustini regula devotè degenti=
=bus, præficiendum ordinavit. ut autem pere=
=grinantes in eodem loco: quia propter ipsos
præcipuè est fundatus: honestam consola=
=tionem de Communi Almonia fra=
=trum assidùe inveniant, Præpositus ejus=
=dem loci personas ad serviendum deo con=
=gruas recipiat, et in recipiendo modum
non excedat, ne pauperum Consolatio de=
=crescat; fratres in prefato loco sibi Præ=
=positum liberè eligant, & electum suo do=
=mino Abbati Augiensi, pro investitura
ab ipso suscipienda, quantocyùs ne locus
desoletur, representent. Si verò: quod Deus
avertat: in dicta electione partes fuerint,
Abbas Augiensis Consilio Advocati domus
illius Karitatis Seniorris electum in=
=vestiat,

-vestiat, Sin autem fratres sine rationabili
causâ electionem distulerint, Abbas augien-
-sis consensu Advocati, ne domus pauperum
destituatur, citatis fratribus, ubi Advocatus
fuerit presens, causam dilationis diligenter
inquirat, et ad eligendum Prepositum in Deo
persuadeat; Sin autem injustè renuntiaverit,
Abbas cum Advocato de Regula Augustini
honestam Personam ipsis proficiat.

Notum sit etiam omnibus, quòd Witi-
-gowus fundator ipsius loci, pro defensione
ab omni exactione, jure dominij ab Ab-
-bate augiensi susceipiat Advocatiam, et eadem
advocatia ut ad omnem suam posteritatem
scilicet ad seniorem masculum, transeat,
instituit, Item: dictus loci fundator om-
-nibus suis hominibus pro remedio anime
sue, res suas jam mobiles quàm immobiles
ad montem michaelis conferendi libertatem
ordinavit; Similiter dicte domus Author
pro honestate et utilitate loci ab ipso loco
et ab omnibus pertinentibus ad ipsum,
congregationem mulierum incommodam
removere firmiter adornavit et instituit,
Videlicet ne secundùm consuetudinem alio-
-rum Coenobiorum Sorores in consortium
fratrum assumantur.

Ego Diethelmus Abbas Augiensis, con-
-sensu fratrum meorum et ministerialium
communicato consilio, ut hujus ordina-
-tionis Witigowei constitutio i. quam ho-
-nestam et rationabilem, et virtutis Dei
inceptam vidimus, firmum apud nos

et

A Successores nostros suas Confectiones suae Confectionis Ienorem obtineat, A domus beate Michaelis de immutabili donatione gaudeat, plamit nobis, prefatas traditiones Sigillo Eccles[i]e nostre Communire. Concedimus Iam, Ut licat omni familie Augiensis domus servorum A Ministerialium facere Commercium Vobiscum rerum suarum mobilium A Immobilium per donationem, Commutationem A venditionem.

Huius rei testes sunt: Leopoldus dux Austrie, Rudolphus Palatinus de Tübingen, Mangoldus Comes de Veringen, A filius suus Eberhardus, Burcardus Comes de Hohenberg Conradus de Schupfenried, Dieno de Gundelfingen, Ernestus de Hufelingen, Et alij quam plurimi. Acta sunt hec Anno dominice Incarnationis MCLXXXIII. Indictione VI.da Regnante Friderico Imperatorum Romanorum Invictissimo, A Semper Augusto, in ipsius Conspectu apud Ulmam.

Annus Christi 1184 Augie 461.

Annus Christi 1185. Augie 462.
Mortuus Lucius III. 25. Novembris, A sequenti die creatur pro eo Urbanus III.

Annus

Annus Christi 1186 Augie 463.

Durante Schismate inter Alexandrum III. legitimè electum, et alios antipapas, usqs ad finem Schismatis et persecutionis ffrederici Cenobarbi Diethelmus Confirmationis et Consecrationis munus distulit, quod hoc Anno ab Urbano III. Romae accepit, prudenter interim se gerens, et caute nulli Schismaticorum adhaerendo, ne in Alexandri, quem Sueba in electione sua potiora et legitima habuisse vota, vel Iram Imperatoris, cujus gratia ad abbatiam augiensem fuit promotus incideret indignationem. Tunc Iram suo Coenobio concessa privilegia, more atqs laudabili suorum Praedecessorum Consuetudine renovari fecit.

Annus Christi 1187. Augie 464.

Defuncto die 20. octobris Urbano III. subrogatur Gregorius VIII. sequenti die creatus qui eodem anno 17. Decembris obijt, et Sedem summam reliquit Clementi III. creato 19. ejusdem.

Annus Christi 1188. Augie 465.

Annus Christi 1189. Augie 466.

Annus Christi 1190. Augie 467.

ffrederico Barbarossae hic annus ultimus vitae

vitæ finit, quo in Cydno Ciliciæ flumine mersus
ocubuit, 10. Junij Anno ætatis 69. Regni 39.
Imperij 36. Princeps Laudatissimus, nisi Pseudo-
Pontifices tres adversus Alexandrum Pontificem
legitimum, Consilijs, auxilijs, ferro & igne pro-
pugnâsset, Vix in viam pacis reductus, nisi duce
& Vindice Deo. Insignia Imperij obtinuit
filius ejus primogenitus Henricus VI. Rex.

Annus Christi 1191 Augiæ 968.
Decedit è Vivis Clemens III. 8. Aprilis, creatus
Cœlestinus III. 12. Ejusdem.

Epocha Imperij Romani à Coronatione
Henrici Regis VI. Imperatoris V.

Mortuo Hermanno II. Episcopo Con-
stantiensi XLIV. unanimibus Canonico-
rum Cathedralium Votis Diethelmus Abbas
Augiensis in Episcopum XLV. cooptatus est.
Merk. Demochares, Imhof, Stumpf. alij
notant annum 1194. ut Hartmann. alij 1188.
ut Buel. alij regnasse in Episcopatu volunt
annis 12. ut Busch. Demochares, Roggius.
alij 15. ut Imhof alij 18. ut Stumpfius. Busch.
nescio, quo auctore, an à Semestrio dicit, quod
Diethelmus post 12. regiminis Episcopalis
annum resignaverit, & in Augia manens
obierit? Silent de hoc acta Augiensia, & Au-
thores passim. Notantur in Necrologio nostro
MS. Vetustissimo, sub Erlebaldo Abbate con-
scripto nigris sine nam recentiores, quidam
censuales homines, qui sub Diethelmo Abbate

censum annuum Ecclesie B. M. V. in Augia persolverunt, Ex pluribus aliqua habe Specimina:

" Notum sit omnibus quod Ego Willebert de
" Schonegowe et filius meus Henricus, et Hai-
" -lewic Soror mea et filius suus Henricus de
" Wenburen annuum censum nostrum ad
" Ecclesiam B. M. in Augia persolvimus.
" Hujus rei testes sunt Henricus ejusdem
" Ecclesie Decanus et Hermannus Prepositg
" et Landoldus ejusdem Ecclesie Custos., et
" Remboldus, Bertholdus sub Diethalmo Abbate.

aliud Exemplum

" Notum sit omnibus, quod nos perthold, Cunrad,
" Hiligart, Gertrut, de Wurzeburc Anno In-
" -carnationis Dominice MCXCI ad persol-
" -vendum annuum censum ad Ecclesiam
" B. M. in Augiam pervenimus in natale In-
" -nocentum, hujus rei testes sunt Henricus
" Decanus Hermannus Prepositus, Landoldg
" Custos, perthold = Waethele, Heinrich. sub
" Diethalmo abbate.

Actum Specimen.

" Notum sit tam presentibus, quam futuris,
" quod Fridericus dictus Minusti de Halaspac,
" Adelhait famulam suam cum filia sua
" libere contulit Ecclesie nostre et his pre-
" -sentibus M. decano B. Custode, B. de
" Blanckenstein et C. Catuneli suo cum fra-
" -tribus Ecclesie nostre et aliis Laicis,

Ulrico

ulrico Burch Sutore de Halaspac, Anr: de fonte Berth: dicto Saltzmann ad confirmandam autem hujus traditionis firmitatem predicta famula instituit annuatim tres denarios in assumptione S. Marie.

Annus Christi 1192. Augie 469.

Annus Christi 1193. Augie 470.

Annus Christi 1194. Augie 471.

Annus Christi 1195. Augie 472.

Annus Christi 1196. Augie 473.

Diethelmus Episcopus & Abbas Philippi suevie Duis postea vero Regis, in Siciliam ad Imperatorem fratrem proficiscentis vices in ejus absentia agere exoratus, ducatu

sueviæ, singulari prudentiâ, dexteritate A Cande usq; ad ipsius Philippi editum commenda- tum gubernavit. Extitit hi Philippus Augiæ Majoris advocatus. Chron: Augiensis.

Annus Christi 1197. Augiæ 414.

Henricus VI Rex Romanorum, Imperator ejus nominis V animam egit, Veneno â Con- stantia Conjuge porrecto, Sublatus 28. Sep- tembris, Sepultus Palermi, alij Messinæ in Sicilia in Ecclesia Cathedrali, anno ætatis 32. Regni 29. Imperij 7. præter avaritiam, ni- miâ in hostes Captivos crudelitas ejus argui- tur, sed vitæ Periodum fine clausit optimo, cum Supetis Ecclesiæ Inimicis rediens in gratiam.

Eadmitur hoc anno Augiensi Ecclesiæ unâ cum prædio S. Libre Cella ad reparandam magnam Candelam ut patet ex his Diethel- mi litteris.

" In Nomine Sanctæ Individuæ Trinitatis.
" Diethelmus Augiensis abbas, Constanti-
" ensis Episcopus. Notum sit omnibus
" tam futuræ quàm præsentis ætatis ho-
" minibus, qualiter Hermannus præpositus
" curiæ A Cellerarius Augiensis A Walthe- rus
" Cellerarius de Staitheim unâ cum uxore
" sua Hiltebuga A duobus filijs suis Wal-
" thero A Henrico prædium Ktum juxta
" Capidem, duodecim videlicet jaurta, de
" quo priùs Canonicis S. Joannis debebatur

Caritas

Caritas panis A vini in Anniversario Henrici
de Sorto, dicto Henrico Ministro A Conrado
filio suo, A Adelheide filia sua, sua compa-
-raverunt pecunia, A ob salutem animarum
suarum Augensi contradiderunt Eccles.e, eo
videlicet pacto, ut quilibet Augensis eccle-
-sius illud possideat, et quam diu vivat, pre-
-fatus Prepositus, ipse, vel quicunq; Succes-
sus Caritatem Vini in Commemoratione:
mortuo verò ipso, in anniversario ipsius can-
dem Charitatem fratribus Augensis Coenobij
annuatim persolvat. Ex parte verò predicti
Wacheri A uxoris suæ A filiorum suorum
5. Libras Cere in festo omnium Sanctorum
ad reparandam magnam Candelam, quam
idem Wacherus juxta majus altare ob reme-
-dium animæ suæ posuit, nihil ominùs
annuatim exsolvat. ut autem hanc Tradi-
-tionem A dam Salutarem pactionem nullus
violare presumat imposterum, presentem
paginam duorum Sigillorum, nostri vide-
-licet A augensis Capituli, Impressionibus
roboravimus. actum est autem hoc anno
ab Incarnatione Dni 1197.

Annus Christi 1198. Augie 475.
Coelestinus III. moritur 8. Januarij, Suc-
-cedit Innocentius III. eodem die creatus.

Post Henricum Cesarem discordantis
Electorum pars una Philippum Friderici I.
filium, Henrici fratrem, altera Ottonem
Brunsvico-Luneburgensem elegit.

Philippus Rex regnavit à die 29. Martij, A
otho IV. Rex, à die 4. July continuas inter
pugnas.

Annus Christi 1199. Augiæ 476.

Annus Christi 1200.
Redempti orbis Seculum XIII.
Augiæ annus 477.

Annus Christi 1201. Augiæ 478.

Annus Christi 1202. Augiæ 479.
Sub Diethelmo I. Episcopo Constantiensi
& Abbate Augiensi monasticam vitam
exercebant in Augia multi, actâ prosapiâ
nati, qui variis officijs deputabantur. nempe:
Radigerus Decanus.
Ulricus Cellerarius.

Con=

Conradus de Zimmern Scholasticus.
Wernherus hospitalarius,
Henricus de Alysheim.
Adelbertus de Ramstein Praepositus in Widerzell.
Burckardus de Hewen Camerarius.
Wernherus Dominus in Leprosorio.
Adelbertus Magister refectorij Oheim.

Annus Christi 1203. Augiæ 480.

Annus Christi 1204. Augiæ 481.

Annus Christi 1205. Augiæ 482.

Annus Christi 1206. Augiæ 483.
Diethelmus I. Abbas Augiæ XXXIX Episcopus Constantiæ XLV. de utroq; loco optimè meritus 12. Aprilis felici fine terminat vitam, sepultus in Augia, qui tantus erat honoris contemptor, humilitatisq; amator, ut in suis literis plerumq; hoc solo titulo usus

fuerit; Divina Cretate Diethelmus Augiensis Ecclesie humilis Servus.

Mirum est, quantùm varient Autores in Anno obitûs Diethelmi. Merulius ait obijsse 1209 et sic Demochares, Imhofius nobiscum sentit, Buccel. et Brusch. 1029. Stumpf. 1029 vel 1027. Lazius minùs justo liberalis Diethelmo tribuit adhuc triginta quatuor vitæ annos, dum scribit eum Episcopum Constantiensem egisse ad 1240.

Dignitas Abbatialis Hermanno de Sperchingen, quam avidè suprà ambierat, modicè gustanda relinquitur Abbati XL. alijs XLII.

Episcopatum Constantiensem post Diethelmum administrat Wernerus Laroâ Staufen Ejus XLVI. deprædicatur insignis Chori et officij divini Auctor.

Annus Christi 1207. Augiæ 484.

Hermannus Abbas XL. octavo Idatim mense ob gravem infirmitatem, nolens, volens, præfectura cedere cogitur, de Anno mortis ejus non constat.

Augiam Gubernandi Onus inde suscepit Henricus I. Comes de Kalb seu Kalwe, abbas XLI. alijs XLIII. Monachus Augiensis, Vir insignis Protonotarius Imperatorius, et Legum Doctor, quem hoc Anno Innocentius III. P. M. insigni Privilegio honoratum immixit, et Consecravit, cum confirmatione

aliorum

alionum Privilegiorum à Suis predecessoribus
Regie Collatorum. Bulla hec sunt Verba:
Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
Dilectis filijs Henrico Abbati Monÿ Augien-
-sis, ejusq; fratribus tam presentibus quàm
futuris regularem vitam Professis. Cùm
ex Commisso nobis Apostolatus officio Uni-
-versarum Ecclesiarum adesse oppostunita-
-tibus adesse mus, illis tamen, que Specialiùs
ad curiam Romanæ Spectant Ecclesiæ pro-
-pensius nos convenit providere, atq; ea pa-
-terna Vigilantiâ apostolice Sedis munimine
confovere. Quocirca dilecte in Domino Ab-
-bas Tuis rationabilibus postulationibus
clementer annuimus, A Augiense Mo-
-nasterium quod utriq; B. Petri Juris ex-
-istit, cui auctore Domino Cretivos ad Ex-
-emplar Solicis recordationis Predecessorū
nostrorum Romanorum Pontificum
Adriani, Leonis, Stephani, Joannis, Do-
-nisaÿ, Leonis, Joannis, Leonis noni, ur-
-bani Secundi, Innocentÿ, Adriani, A Alex-
-andri sub Sacro Romanæ Ecclesiæ, tutela
& protectione Suscepimus, & omnem
Libertatem à prefatis Predecessoribus nos-
-tris eidem Collatam presenti sibi Pri-
-vilegio confirmamus, Statuentes, ut
quascunq; possessiones, quecunq; Bona
in Villis, Castris, Terris cultis, Inculctis,
Vineis, pratis, Molendinis, aquis, Sylvis,
Servis, mancipijs, Ecclesijs, Seu alijs rebus,

quas idem Cœnobium Jmpresentiarum justè
ac legitimè possidet, aut in futurum Con-
=cessione Pontificum, liberalitate Regum vel
Principum, oblatione fidelium, seu alijs jus-
=tis modis prestante Domino poterit adi-
=pisci, firma tibi, tuisq; Successoribus et illi-
=bata permaneant. obeunte verò te, nunc ejus-
=dem loci abbate Vel tuorum quolibet Suc-
=cessorum, nullus ibi qualibet Surreptione
astutiâ seu violentiâ preponatur, nisi quem
de eodem Monasterio, si idoneus ibi reper-
=tus fuerit, fratres novem cum consensu
Vel pars Consilij Sanioris secundùm Dei
timorem et Beati Benedicti Regulam ele-
=gerint. Si verò, quod absit, ad tantum offi-
=cium, nullus apud nos idoneus poterit re-
=periri, tunc demùm liceat vobis de loco
et religioso Monasterio personam honestam,
discretam, et Sapientem eligere. Electus autem
Abbas â Romano tantùm Pontifice do-
=num Consecrationis Vel Benedictionis ac-
=cipiat, et missarum Solemnia cum mitra,
anulo, chirotheca, subtili dalmaticâ et
Sandalijs celebret. Qui tamen â nulla un-
=quam potestate judiciaria deponatur. nisi
forte, quod non optamus, tam gravi culpa
fuerit irretitus, ut in presentia Romani
Pontificis Ecclesiastico penitùs Regimine
degradetur. Nullus tamen Sacerdotum in
prefato monasterio missarum Solemnia

celebrare

celebrare, aut Cathedram Collocare, nisi cum Ab-
-batis licentia & gratiam voluntate, Sed ne
ibi, autin aliquibus locis sibi pertinentibus
contra Predecessorum suorum Consilium
celebrare, vel Decimationem exigere audeat.
Corro Chrisma, Oleum Sanctum, Consecratio-
-nes Altarium seu Basilicarum, ordinationes
Monachorum seu Clericorum, intra ambitum
ipsius Insulæ omnipotenti famulantium,
vel Aram in cellis eidem Coenobio subditis com-
-morantium â quocunqs malueritis Catho-
-lico suscipiatis Episcopo. Insuper etiam
quod jam pridem ab Apostolica Sede institu
religionis, quæ apud vos Viguisse cognoscitur
Dilectioni Vestræ Concessum est, Vt videlicet,
quotiens Abbas ipsius Monasterij Romam
Veneris, inter Sacrarum Missarum Solemnia
Sacramentorum Librum in manu teneat,
et exinde Apostolicæ Sedis Præsuli servet,
atqs ubicunqs Synodus Apostolica celebra-
-bitur, Sedeat Semis pedes ejusdem Conti-
-fices, et Libros Canonum ac Decreta San-
-torum Patrum ei exhibeat. Nos quoqs
nihilominus confirmamus, atquamdiu
apud vos ordo religionis Viguerit, hoc ipsum
Sancimus Servari. Ad indicium autem,
quod idem Monasterium B. Petri juris
existat et ejus ditionis, Abbates Vestri Mo-
-nasterij primo anno Consecrationis Suæ
Librum Sacramentorum cum Lectionario,
necnon Librum Evangeliorum, ac duos

Equos

Equos albos, qui pro Censu vel pensione ab
eodem Cœnobio Apostolicæ Sedi debentur,
nobis de Successoribus nostris persolvat.
Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum
liceat prefatum Cœnobium temerè perturbare,
aut ejus possessiones auferre, vel ablatas re-
tinere, minuere, aut quibuslibet Vexationi-
bus fatigare, sed omnia integra conserven-
tur eorum, pro quorum gubernatione ac
sustentatione concessa sunt, usibus omni-
modis profutura, salvâ Sedis Apostolicæ
authoritate. Si quis igitur in futurum
Archi-Episcopus vel Episcopus, Imperator,
Rex, aut Princeps, Dux, Marchio, aut Co-
mes, vel Vice-Comes, Judex, aut quelibet
magna parvaq; Persona, Ecclesiasticâ vel se-
cularis hanc nostræ constitutionis paginam
sciens contra eam temerè venire tentaverit,
secundò, tertiove commonitus, si non satis-
factione congruâ emendaverit, potestatis,
honorisq; sui caret dignitate, reamq; se divino
judicio existere de perpetrata iniquitate cog-
noscat, et à Sacratissimo Corpore et Sanguine
Dei et Domini Redemptoris nostri JESU
Christi alienus fiat, atq; in extremo Exa-
mine districtæ ultioni subjaceat; cunctis
autem eidem Cœnobio sua jura servantibus
sit Pax Domini nostri JESU CHRISTI
quatenus et hic fructum bonæ actionis
percipiat, et apud districtum Judicem præ-
mia æternæ pacis inveniat. Amen.



Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus SSe

Ego Celsus Portuen et Sce Ruff: epus

Ego Joannes Albanen epus.

Ego Joannes Sabionen epus

Ego Nichola Tuscul: epus

Ego Guido Prenestinus epus

Ego Hugo Hostiensis epus

Ego Johs Tit Sti Stephani in Coelio monte presb: Cardin: SSe

Ego Anth: Tit Sti Laurentij in Lucina Presb: Card

Ego Goffredus Tit Ste Praxedis Pbr: Card: I

Ego Cencius Stomm Johis et Pauli pbr Card. Tit parochij SSe.

Ego Greg Sti Vitalis Tit Vestine pbr Card

Ego Petrus Tit S. Marcelli pbr Card:

Ego Leo Tit S. Anni Pbr. Card

A. c. d. Ego Rogerius Tit S. Anastasie Pbr Card:

Ego Petrus Ste Pudentiane ⁊ Castorius tit
Card: ⁊⁊⁊⁊.

Ego Stephanus ⁊ S. Grisogoni ꝓbr Card: ⁊.

Ego Greg⁹ Sti Georgij ad Velum aureum
Diaconus Cardinalis ⁊⁊⁊.

S. Nicolai in Carcere Tull: diac: Card⁹ ⁊⁊.

Ego Joes S. Marie in Via Lata diac: Card: ⁊.

Ego Guala S. Marie in portiticu diac: Card: ⁊⁊.

Ego Georg⁹ S. Theodori Diac: Card: ⁊⁊⁊.

Ego Od⁹ S. Gagij A Bachi Diacon: Card: ⁊.

Ego Joes Scor Cosme A Damiani Diacon:
Card: ⁊⁊.

Datum Laterani per manum Joannis Ste Ma-
rie in Cosmedin Diaconi Card⁹ Ste Roma-
ne Eccleie Cancellarij XI. Kl Apr: Indict:
VIIII. Incarnationis Dominice Anno
MCCVII. Pontificatus vero Domini Inno-
centij ꝑꝑ. III. Anno decimo.)

Annus Christi 1208. Augie 485.
Philippus Romanorum Rex ab Ottone
Wittelspachio Bavarie Comite in Conclavi
regio Pacitatis gratia Venie Sethonem admit-
tens, gladio percussus Vitam finivit 21. Junij
primò Bamberge, deinde Spire Sepultus.

Ex hoc tempore Otto IV. Brunsvicensis
ab

ab Imperij Statibus confirmatur Rex Romanorum Loeb: Aus: Italij.

Annus Christi 1209. Augiæ 486.
Epocha Imperij Romani Ottonis IV. à die 5. Mensis Octobr.

Floresebat hoc tempore Confraternitas Augiam inter et Principale Archisterium Fuldense ac Coenobia eidem subjecta, id quod testantur Rotuli in Necrologio nostro pervetusto superstites. V.S.I. 1.1.

Annus Christi 1210. Augiæ 487.
Wernero Episcopo Constantiensi XLVI. hic annus ultimus Vitæ fuit, qui sepultus est in superiore parte Chori Ecclesiæ Cathedralis. Secutus est Conradus II. Comes de Andechs et Tegrensfeld, Episcopus XLVII.

Tempore Ottonis IV. Imperatoris et mox dicti Episcopi Werneri, cum is ipse, et Abbas San Galensis Adalricus Baro de Saxo pro Castro Heinuf decertarent, Abbas Salemitanus Eberhardus de Rohrdorff et Abbas noster Henricus paces inter ipsos fecêre, quæ tamen non diu duravit, sed mox in apertum erupit bellum, ut scribit Joannes Gulcius. L.9. Helvet. V.S.I. 2.1.

Annus Christi 1211. Augiæ 488.

Annus

Annus Christi 1212. Augiæ 489.

Otto N. Brunswicensis, cum quo A. Romano Pontifice Innocentio III. in initio optimè convenerat, sed successivè bonorum Ecclesiasticorum Invasor, à Ejusdem Pontificis hostis Capitalissimus effectus, Anathemate percussus, regno privatus Anno 8. Imperij 4.to cujus post Sexennium morientis tanta fuit poenitentia, ut ossa sua ad Romanum pontificem jussent deferri, quò citiùs excommunicationis Vinculò solveretur.

Successor ejus Fridericus II. Henrici VI. filius, cujus Epocha regni à die 6. Xbris

Henricus Abbas noster interfuit Basileæ Confirmationi Privilegiorum Ottonis Bohemorum regi à Friderico II. Imperatori facta. Chron: Aug.

Annus Christi 1213. Augiæ 490.

Annus Christi 1214. Augiæ 491.

Annus Christi 1215. Augiæ 492.

Cùm Henricus de Fridingen Advocatus in cella Patolfi Iram Advocatiam Ecclesiæ Schuenensis

Schinensis quam Albertus Dux de Teikh pos-
sidebat, assequeret, sed canonici ejusdem Ec-
clesie nobilem de Fridingen emptare renue-
rent, Henricus Abbas Augie jus & libertatem
predicte Ecclesie nonaginta sex libris monete
constantiensis redemit, confectô desuper in
hec verba instrumento.

In Nomine Sancte & Individue Trinita-
tis amen. ✠. Ego Haintricus Dei Gratiâ Au-
giensis Ecclesie Abbas. Ne modernorum
gesta rationabiliter celebrata oblivionis
nube depereant, antiquorum & prudentum
Virorum auctoritas statuit ea litterarum
testimonio perennare. Notum fit igitur
tam presentis quàm future etatis fidelibus,
quod, cùm per immoderatam Advocatorum
insolentiam Henricus de Fridingen Advocatus
in Cella Rabolfi advocatiam in Schyna, vi-
delicet Ecclesie solius & Atrij & beneficiorum
claustralium feodaliter sibi de manu Alber-
tus de Theche conquireret, Canonici predicte
Ecclesie cùm exactiones timerent insolidas,
ne sures unquam fierent Advocatus, sibi usqs
quaqs in faciem restiterunt; super quo causâ
diutius agitata, Nos fratrum nostrorum
ac Ministerialium Ecclesie, atqs aliorum
prudentum usi consilio, jus & libertatem
predicte Ecclesie à jam dicto advocato
pretio nonaginta sex librarum constan-
tiensis monete redemimus, ex quibus idem

Ca-

canonici Quadraginta quinque libras ex parte
sua persolverunt, tali pactionis forma pre-
-habita, ut jam dictus advocatus advoca-
-tiam taliter conquisitam in manu ante-
dicti Ducis, Ut idem dux in manu nostra
idem feodum resignaret. quibus juxta ratio-
-nabilem ordinationem peractis, nos in re-
-compensationem predicti feodi Advocatia
in Richishusen predicto Duci et filijs ejus
concessimus, quam jam dictus advocatus
de Cella Ratolfi de manu ipsius feodaliter
suscepit pacifice possidendam. Cum ergo hec
omnia pro remedio anime nostre fideliter
ac devote ad effectum perduxerimus, hoc
etiam predictis fratribus in laboris sui
recompensationem indulsimus, firmiter
statuentes, ut nec nos, nec aliquis succes-
-sorum nostrorum eandem advocatiam
ullo alienationis titulo possit vel debeat
in quemquam transferre, Aut potius nos-
-tem eandem Canonicorum Anniversa-
-rius ipsorum in eadem Ecclesia, sicut et
aliorum Benefactorum Ecclesie consueto
modo et ordine celebretur; Nomina au-
-tem eorum sunt hec: Otto plebanus
ejusdem Ecclesie, Hainricus Custos, Kon-
-radus plebanus in Steine. Lampertus.
Conradus de Steine, Eberhardus Plebanus
in Horna; Ne autem impiorum homi-
-num, qui impudenter impugnant verum,

loquuntur

loquuntur Mendacium, calumnia Constitu-
-tionem nostram rationabiliter celebra-
-tam attentet rescindere, aut labor a gravis
sumptus predictorum fratrum fructuosus
perduret, et utilis, presentem inde fecimus
conscribi paginam sigilli nostri et Ecclesie
nostre munimine roboratam. Siquis autem,
quod absit, Ecclesiam, et fratres predictos liber-
-tate indulta privare attentaverit, iram omni-
-potentis Dei incurrat, et maledictioni eter-
-ne subjaceat, nisi prius dampnum violate
libertatis plenè resarciat. Acta sunt hec autem
coram multis Nobilibus in Regia curia apud
ulmam solempniter celebrata Anno domi-
-nice incarnationis M. CC. XV. Indictione
III. Epacta XVIII. concurrente III. Presidente
sacrosancte Romane sedi Innocentio III
Pontificatus sui anno XVIII. Regnante
quoq; gloriosissimo Romanorum Rege Friderico
-rico II. Anno regni sui III. Abbatie quoq;
nostro anno VIII. Testes hujus rei sunt:
Bertholdus Decanus Augiensis. Burchardus
Prepositus, Hugo Cellarius, Konradus
Custos, Ebirhardus Camerarius, et totus
Ecclesie nostre Conventus. Burchardus
Plebanus S. Joannis, Rodigerus, Hainricus,
Chonradus, Canonici sui. Hugo Plebanus,
superioris Celle, Wicherus, olricus, Ber-
-tholdus Canonici sui. Canonici inferioris
Celle Fridericus, Burchardus, Adelbertus fra-
-trius Lajici. Hugo de Langinstein, et Hugo

filius ejus. Hylteboldus de Steuchiboron, Konradus de Wassenburg. Konradus de Lupfen, Bertholdus de Kalpshm. Conradus de Wartenbere, et Hainricus frater suus. Luitholdus de Marpach, Domo et Wernherus et Burchardus Schinenses. Heinricus et Ebirhardus de Salustein. Bertholdus Dapifer de Creigin Konradus Minister Augiensis et alij quàm plures tam Clerici, quàm Laici. In domino feliciter amen.

Annus Christi 1216. Augiæ 493.

Innocentius III. 16. Julij defunctus successorem habuit Honorium III. creatum 18. ejusdem illatæ Vinearum Basilicæ S. Martini Patroni reliquiæ, quas liberalissimè Henricus Augiæ divitis Abbas Comes de Calve ejusdemq; Cœnobij fratres Bertholdo Abbati obtulerant, dilectionis benedictinæ usq; hodie illustre monimentum Verba sunt D. D. Gabrielis Bucelini in Chronologia Constantiensi ad hunc annum.

Annus Christi 1217. Augiæ 494.

Annus Christi 1218. Augiæ 495.

Otto IV. Imperator, ante septennium depositus, defunctus est Brunswici 19. Maji ibidemq; sepultus.

Nascitur

Nascitur I Maji nobilissimus Jlos, Rudolphus Comes ab Habspurg, Patre Alberto, A Matre Hedwiga Comitissâ de Kyburg, Postea Romanorum Jmperator Gloriosus, Protoparens Ducum austriacorum.

Annus Christi 1219. Augiæ 196.

Annus Christi 1220. Augiæ 197.
Epocha Jmperij Romani à die 22. Novembris Coronationis Friderici II.

Annus Christi 1221. Augiæ 198.

Annus Christi 1222. Augiæ 199.

Annus Christi 1223. Augiæ 500.

Annus

Annus Christi 1224 Augiæ fundatæ 501.
A Seculum VI.tum

Annus Christi 1225. Augiæ 502.

Annus Christi 1226. Augiæ 503.

Annus Christi 1227. Augiæ 504.
Obiit Honorius III. 18. Martij, creatus se-
-quenti die Gregorius IX.

Annus Christi 1228. Augiæ 505.

Annus Christi 1229. Augiæ 506.

Annus

Annus Christi 1230. Augiæ 507.

Confecte sunt hoc anno Littere Commutationis Sylve in Aichorn erga Villam Wingensem, inter Monasteria Augiense, et Petershusianum; Literarum tenor hic est.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis amen.

Ego Henricus Divinâ permissione Augiensis Abbas, quia facta mortalium ex sua natura intereunt, necesse est, ut Literarum adminiculo ab oblivionis calumpniâ defendantur. Ad noticiam igitur posterorum cupimus pervenire, quod Abbas [Conradus II.] et Conventus Domus Petri cum ex defectu lignorum gravis et frequens domum suam necessitas perurgeret, apud nos et Conventum nostrum crebrius devotis suis decreverunt postulationibus impetrare, quatenus sincere charitatis intuitu huic in hac parte indigentie consulentes Sylvam Aichorn nuncupatam Monasterio suo conterminam cujus fundus ad nostram dignoscebatur Ecclesiam pertinere, sibi per eternam commutationem aliarum Ecclesie sue possessionum in proventu estimatione equivalentium salvâ fidemptitate nostre Ecclesie conferremus. Nos igitur fraterno compassionis affectu ipsorum precibus inclinati de consensu fratrum nostrorum et de voluntate advocati scilicet Henrici

Domini

domini Regis eis prefatam Sylvam cum ple-
=nâ Juris universitate contradidimus perpetuò
possidendam, sub tali pactionis forma, quod
nemo preter fratres illius Monrÿ in eadem
Sylvâ quidquam Juris, vel novalia colendo, vel
ligna secando sive vi parentis deinceps de beat
obtinere, requisito tamen priùs utopportuit, af-
=sensu, ad quos prefate Sylve fundus ab Eccle-
=siâ nostra feudali Successione sciatur devolutus;
Siquidem Gloriosissimus Romanorum Rex
Henricus eandem Sylvam â nobis immediatè
tenebat in feudo, per quem Comes Ulricus de
Helfenstein eadem infeudatus, Ulrico Militi
de Botmann ipsam jure concesserat feudali.
qui eandem Sylvam tunc possessione tenuit cor-
=porali, Hii singuli memorata Sylva ad ma-
=num sui domini resignatâ, quidquid in
ea Juris habebant, successivè ad manum nost-
=ram cum solempnitate debitâ transtulerunt,
Supradictus verò abbas et Conventus in com-
=pensationem hujus Sylve, predium, quod
habebant in villa Owingen, cum suis perti-
=nentijs, exceptis hominibus, quos nomine
perpetuitatis obtinuerant, exceptis etiam
feudatarijs, quos cum prefatis hominibus
sibi retinuerunt, Ecclesie nostre solenniter
contulerunt, Nos autem ad majorem cau-
=telam concambium predictum noluimus
acceptare, nisi priùs septem honestiores ec-
=clesie nostre ministeriales jurati, facta
diligenti estimatione prætaxati prædij
sortem Ecclesie nostre in sepè dicta com-
=mutatione commodiorem vi proventibg

jadi=

judicarent, quorum nomina hic sunt inserta:
Henricus Advocatus de Fridingen. Conradus
Pincerna de Wasserburg, Burkardus de Salustain.
Conradus de Radewage, Conradus Minister Aug.:
Ne autem contra commutationem hanc legitimè
celebratam malignorum protervia fraudem pos-
set aliquam machinari, presentem paginam
conscribi fecimus, ipsam Sigillorum tam nostri
quàm Abbatis de domo Petri munimine robo-
rantes. Acta sunt hec in Choro nostro
augiensi Anno dominice incarnationis
M.CC.XXX. Indictione 3. concurrente VII.
Epacta IIII. presidente Sedi Apostolice Vene-
rabili Papa Gregorio VIIII. gubernante con-
stantiensem Cathedram Conrado, hujus no-
minis II. imperante Serenissimo Romanorū
Imperatore Friderico una cum filio suo Rege
Henrico. Testes autem, qui huic commuta-
tioni interfuerunt, sunt hii: De capitulo
augiensi: Eberhardus Decanus. Burchardus
Prepositus et hospitalarius, Hugo cellarius,
Conradus Custos, Henricus Scholasticus,
Conradus Kammerling, Burcardus et Al-
bertus confratres Comites de Hunoverfingen,
et totum Capitulum. Walthenus de Löffen,
et otto, Canonici constantienses, Conradus
Abbas de domo Petri Auctor hujus commu-
tationis seu concambii, Ulricus Prior, Hen-
ricus Vitrianus, Ulricus de Lohe, Ulricus de
Regenesviler fratres Ecclesie prelibate.
Milites verò: Swigerus de Gundelfingen, Conradus
Princeps de Fürstenberg, Petrus de Thalheim,

" Berchtoldus Dapifer de Krajen. Ulricus A Con-
" -radus fratres Carnales de Böörmann, Berchtold
" de Regenoltswiler, Ulricus Buist, Amminis-
" -riales Superius Scripti, Alij quàm plures, tam
" clerici, quàm Laici - in Domino feliciter amen.

Annus Christi 1231. Augiæ 508.

Annus Christi 1232. Augiæ 509.

Annus Christi 1233. Augiæ 510.

Annus Christi 1234. Augiæ 511.

Henricus I. abbas Augiæ XLI. Vito S. L. Li-
-minij Episcopi Meldensis Augiæ fundatoris
nostri Scriptor Eximius apud Cæsares & Ro-
-manos Pontifices Summâ authoritate
pollens 12. Julij Carnis molem exuens, in
Augiâ Sepeliri voluit, relictâ Sede abbatiali
Vacuâ, ad biennium Auctor. Sunt, qui vo-
-lunt Henricum obijsse 1237. Statuenter
electionis annum 1210.

Multi credunt Henricum nostrum
Ger-

Germanum fratrem fuisse D. Willeboldi Comitis de Kalxe, iste Willeboldus velut acter Alexius, insalutato hospite, abdicatogs à se Comitatu, sub peregrini specie loca sacra invisit, abigs in Pedibu Berckheimium s. distat à civitate Meminga duabus horis / veniens, subitò morbo quodam correptus, inter Angelorum concentus à campanarum Berckheimensium, sponte suâ s. nullo hominum manu admovente / insonantium clangores, suavissimumgs odorem à corpore beato promanantem sanctissimè obijt, anno 1230. Ita Reverendissimus D. D. Ignatius Imphis Ecclesiæ Rothensis Ord. Premonst. Abbas, in literis ad augiam datis 11. febr. 1744. A. de hoc Willeboldo nil apud nos reperire est.

Obijt 6. Septembris Conradus II. Epus Constantiensis XLVII. Sepultus in Cathedrali Ecclesia, subsequitur Henricus nobilis de Tanneck Epus XLVIII. Vir prudens & utilis, qui Patrimonium suum, ditionem Tanneck in Turgovia sitam, Episcopatui adjecit.

Anno Christi 1235. Augiæ 512. Henricus Episcopus Constantiensis gravem conflictum contra voluntatem suam utpotè pacis amantissimus, commisit in valle Schwiggerana cum duobus Baronibus Neuffensibus, quos tamen Deo, Deiparægs, duce cum alijs 40. Baronibus & nobilibus fortiter cepit, & Constantiam captivos duxit, à Martij in die S. Aebani, quos postea certis conditionibus dimisit.

Annus Christi 1236. Augiæ 513.

Conradus quidam ministerialis Ecclesiæ de Wassenburg cum assensu fratrum suorum possessiones suas in Stetten, quas titulo proprietatis possederat, ob remedium animarum tam suæ, quàm uxoris suæ, Ecclesiæ Augiensi hâc pactô liberè tradidit, possidendas, ut Cellario Monasterij eadem ratione officij sui procurante fratribus majoris Ecclesiæ, in anniversario ipsius panis & vini Charitas abyssô Cellario ministretur. Omnes tam collegiatas Ecclesias Insulæ Augiensis singulis clericis in anniversario supradicto Caritatem panis & vini statuit exindè ministrari. Lampadem quoq; singulis noctibus perpetuô arsuram, in majore Ecclesia exinde administrari tam ordinavit. prædicta verò possessiones ab procuratione Villicorum, & ab exactione Advocatorum perpetuô sunt immunes & liberæ. Acta sunt hæc in Augia in Choro S. Mariæ Anno domini 1236.

Annus Christi 1237. Augiæ 514.

Epocha Conradi IV. Regis.

Conradus Comes à Zimbern Monachus & Scholasticus Augiensis, vir doctus, fratrum Augiensium electione Augiam suscepit gubernandam, Abbas XLII. alijs XLIV. more Prædecessorum suorum Romæ consecratus, & confirmatus à Gregorio IX.

In ingressu Prælaturæ suæ præstô affuerunt ministeriales, censuales, alijque Monasterij subditi, ad regale augiense Cœnobium debita

debita obsequia solvere obnoxij, accesserunt eum,
cupientes informari, ad quæ, qualiaqs pro feu-
dis sibi à Monasterio collatis eidem teneantur
census et servitia solvere, alqs prestare, se fide-
liter omnia, quæ sibi imponantur, executuros.
Ita enim Cœnobij res per fridericii II. Imperatoris
visitatores, et Abbatiæ vacationem distractæ,
devastatæ, confusæ, et intricatæ facta sunt,
ut subditi nescierint, cui, quid, et quantum,
servire aut dare teneantur. Conradus suorum
erga se et augiensem Ecclesiam cernens fide-
litatem sinceram, eam multis ac paternis com-
mendans verbis, ad quæcunqs obstricti essent,
scriptis ad eorum humilem petitionem datis,
ita informavit. Nulli quavis ratione ab Ec-
clesia augiensi accepta feudalia licent ven-
dere ac abalienare, nec possessis et colonis clo-
cata commutare: ubi imminens Ecclesiæ
Augiensi necessitas ingruerit, fidelem eidem
per totum vitæ suæ cursum presentet assis-
tentiam: in summis personaliter obstricti
opitulentur necessitatibus: post alicujus eo-
rum obitum equus primarius, et arma bellica
jure mortuarij Cœnobio fideliter presententur:
reliqua verò bona hæreditario jure possideant
eorum filij ad Monasterium pertinentes.
alium autem habentes dominum hæreditate
propriorum bonorum et feudorum cedent,
proximi verò hæredes nobis subditi talia
bona possideant, item censuales nostri te-
neantur solvere, quamdiu vexerint censum,
post obitum verò ipsorum, si hæredes ad

nos pertinentes habuerint, Jus mortuarij Sol-
vere debent, hoc est Lectum primarium, A
Vestes pretiosiores, quibus Visitando Ecclesiam
et ad alia loca honesta adire consueverant: Item
bum optimum aliorumq; Armentorum
jumentorum et gregum, relinquentium au-
tem filios ac heres domini tota hereditas
ad Ecclesiam Augiensem devolvatur, nostri
Item ministeriales eodem jure, sicut censua-
les nobis obstricti, excepto, quod non singulis
annis censum solvere debent, teneantur. Da-
tum in Augia 9. Maji Acta aug. Duel:
Brusch: Oheim.

Hoc eodem anno nobile opulentum et
religiosissimum Virginum Monasterium in ip-
sa ulmensi urbe inchoatum, Appro Monia-
libus Ordinis S. P. Benedicti fundatum
postmodum vero in Sefflingen translatum
et ordini S. Francisci addictum dotatum est
potissimum à Conrado nostro abbate et
Udalrico ac Pelegrino de Freyburg Equitibus.
Abbas Augiensis tradidit aliquot curtes, me-
diolagi Pagi Phuolensis. Duel: Brusch:
Ans: Francisc: Pelrus.

Annus Christi 1238. Augiæ 515.

Annus

Annus Christi 1239. Augiæ 516.

Annus Christi 1240. Augiæ 517.
Conradus Abbas noster interfuit Monas-terio Marchtallensi Ord: Cremonsti: Trans-lationi corporis B. Eberhardi, primi ejusdem Ecclesiæ Marchtallensis Præpositi, ita acta Marchtallensia Belgis Bollandianis communicata, et inveniendæ in actis SS. Tomo II. Aprilis, ad 17. ejusdem Mensis, fol: 503. ubi licèt prælatus abbas non vocetur, nomine suo, sed tantùm Abbas Augiensis attamen Annus 1240. quo eadem Trans-latio facta est, hunc ipsum fuisse pro-bat.

Annus Christi 1241. Augiæ 518.
Defungitur Gregorius IX 21. Augusti, pro quo eligitur et creatur 27. octobris Cœles-tinus IV. quo etiam 12. Novembris mor-tuo Sedes vacat anno uno. mens. 1. diebus 11.

Præfatus Romanæ Ecclesiæ Præsul Gre-gorius IX. octavo Pontificatûs sui anno duleissimam illam Antiphonam, Salve Re-gina: à Mariophilo insigni B. Hermanno Contracto Comite Veringensi, Monacho Au-giensi compositam, Statuto anni tempore, sub finem horarum Canonicarum cantari

praecipit. Ducc: Hartmann: Schudi:
Hanc Antiphonam Marianam Monachi
Augienses quotidie, excepto triduo ante Cæsca,
post Vesperas in choro altaris Summi usq;
hodie decantare consueverunt, in contra puncto:
authore Orlando di Lasso, Capellæ magistro
monacensi In Solemnitatibus Duplicis I. vel
II. classis, et ex introducta jam consuetudine
eciam in anniversaria memoria D. con-
=fratris nostri 19. Julij recurrente, post ul=
=rasq; Vesperas ad prædictam Antiphonam
adhibetur organum. V. S. I. 2. 2.

Annus Christi 1242. Augiæ 519.

V. S. I. 2. 2.

Annus Christi 1243. Augiæ 520.
Eligitur Creatur Pontifex Maximus,
Innocentius IV. 24. Junij.

Annus Christi 1244. Augiæ 521.

Annus Christi 1245. Augiæ 522.
Fridericus II. Romanorum Imperator,
trium Pontificum Persecutor acerrimus,
per

per quatergs Excommunicationis Vinculo per-
-cussus, tandem à Germaniæ Proceribus
hoc anno dethronisatus est, postquam
regnavit Rex annis 34. Imperator 25.

Annus Christi 1246. Augiæ 523.

Annus Christi 1247. Augiæ 524.
Wilhelmus Comes Hollandiæ Rex coronatur
1. Novembris.

Etsi Augia Dives eodem, quo Epus con-
-stant. Henricus de Tanneck A Sangallensis
Abbas Ebertholdus L. B. de Falckenstein, de
quo infra respicieret, ulma tamen, Augiensium
civitas apertè Friderico A Conrado, excom-
-municatis favet, A incredibili Catholicorum
cœtu Henricum Thuringum non solum
exclusit, sed A Sagitta Trajectum, cum Dissen-
-teria accessisset, è medio sustulit. Buel. in
chronol. Const.

Annus Christi 1248. Augiæ 525.
Innocentius IV. Papa indulget abbati A
conventui Monasterij Augiensis, ut ad re-
-cepturnem seu provisionem alicujus in
pensionibus vel beneficijs Ecclesiasticis per
literas Apostolicas impetratas seu etiam
impetrandas non possint compelli, quæ
de indulgentia hujusmodi plenam et ex-

=pressam non fecerint mentionem. Data Lugduni 13. Cal. Junij p. 20 Maji anno Pontificatus sui 5.

Henricus Episcopus Constantiensis XLVIII. moritur et sepelitur in Cathedrali sua Basilica mense Augusto; Pedum ejus apprehendit Cleri electione Eberhardus II. Dapifer de Waldburg, Epus XLIX. Vir humanus et mitis erga omnes conditionis homines ideoq; omnibus charus, plurima Bona adjecit Monasterio Episcopatui quorum pretium ascenderat ad octies mille argenti marcas moneta Constantiensis, Ita Eberhardi hujus Encomiastes Mensis. alia verò de hoc Episcopo occurrent infra ad annum 1258.

Annus Christi 1249. Augusti 526.

Adhuc Innocentius IV. Privilegium dedit Augiæ, ne durante Impedimento periculorum possit quis extra Insulam in judicium vocari, Privilegij à P. Joanne Egonis ex originali descripti tenor hic est.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filijs Abbati et Conventui Monasterij Augiensis, ad Romanam Ecclesiam, sicut dicitur, nullo medio pertinentibus Constantiensis Diœcesis Salutem et Apostolicam benedictionem. Religionis Vestræ meretur honestas, ut petitionibus Vestris, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Cùm igitur sicut petitio Vestra nobis exhibita continebat, Augiense Monasterium adeo sit circumdatum Civitatibus et Oppidis inimicorum patriæ fidelium quondam Imperatori

ad=

adhærentium ut vix possitis absq; rerum & personarum periculo ad alia loca proverbis negotijs progredi, extra ipsum: Nos attendentes sincere devotionis studium quod in negotijs ejusdem Ecclesie adhibuisse nascimini, ac volentes vobis opportuno remedio providere, vestris devotis supplicationibus inclinati, Authoritate vobis presentium indulgemus, ut durante impedimento hujusmodi non possitis per alteras Apostolice Sedis vel legatorum ipsius extra Insulam ipsius Monasterij à quoquam in judicium convenire. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostre Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni II. Idus Januarij /:12. Jan./ Pontificatus nostri anno VI.

Impo Centius PP. IIII

plumbeo Sigillo

Eadem hua Sanctitas petitioni & Supplicationi Abbatis et conventus Monasterij Augiensis aquiescens, & authoritate hua indulget. ut predictus Abbas et Conventus Ecclesiam S. Petri Celle Inferioris, cùm eam vacare contigerit retinere in proprios usus libere valeant, proviso quod ipsi, ne debito divinorum defraudetur obsequio perydoneum Vicarium ser-

-viatur reservata ei de ipsius proventibus con-
-grua portione ad debita procurationum
Episcopi & Archidiaconorum onera suppor-
-tanda & ni alijs Diecesani Episcopi jure salvo;
Data Lugduni 8. Id. July /: 8. Jul.: / Constificatus
Anno VI.

Annus Christi 1250. Augiæ 527.

Fridericus II. Imperator, nuper è solio dejectus,
tandem hoc anno misere periit, Veneno peremp-
-tus à Manfredo, altero suo Nothо. 13. Decemb.
honorificè Sepultus Monteali supra Calernũ
in Sicilia. aliqui Scribunt eum demum in fine
ad frugem redijsse, sacra Exhomologeseri expia-
-tum ab Archi Episcopo Calermitano. Suc-
-cessit in Imperio ejus filius legitimus Con-
-radus IV.

Annus Christi 1251. Augiæ 528.

Henricus Comes Montfortius, Monachus Au-
-giensis promovetur à Contado IV. ad Episco-
-patum Curiense ejus nominis V. Sedis LVI.tus
qui Bona Ecclesiæ suæ mirum in modum, sin-
-gulariqs sagacitate auxit, emit nonnulla cas-
-tra, quædam de novo extruens, quædam ædi-
-ficari à prædecessore inceptа absolvens. Si
erga singulos Principem admodum clementem
exhibens; pacem ubiqs procurans. Chr: Aug:
Democh: Imhof.

Annus Christi 1252. Augiæ 529.

Conradus Abbas Ecclesiæ Rathboldi Cellensi

quasdam

quasdam Literas ab antecessore suo Adalrico datas, in arce Neggberg confirmat Arrboral, 22. Junij Oheim. Ebusch.

Annus Christi 1253. Augiæ 530.

Annus Christi 1254. Augiæ 531.
Innocentius IV. obijt 7. Decembris Secutus est Alexander IV. deatus 25. Ejusdem.

Mangredus ex Adulterio Susceptus filius Friderici II. frater Conradi IV. ut Latii, sic fratri dolos struxit, quem fratrem, postquam et Italos & Germanos ab ejus fide deficere fecit, post quintum Imperij, & Regni 7mum annum Venenno quoq; sustulit. 21. Maji.

Post Conradum in dissensione Electorum alij, nomine potiùs quam re, Imperatores sunt dicti, propterea à multis authoribus è Syllabo Imperatorum exclusi, ut sunt: Henricus Raspo Comes in Thuringen - Wilhelmus Comes Hollandiæ, Alphonsus Sapiens Rex Castiliæ Hispanus, & Richardus Rex Angliæ.

Conradi Abbatis nostri tempore Voraces flammæ totum fere abstumpserunt Coenobium, (: quod bina vice Annales Augienses factum memorant, non addentes annum :) cujus res ob hæc incendia, & malam præcessorum

suorum administrationem, necnon Imperij miserum Statum, aliasq; causas in pauperta-tem infimam redacta & miseriam, quam idem Conradus Abbas carmine lugubri acerbè deplorat his verbis:

Augia regali — Dives quandoq; fuisti —
Nunc talis qualis — quia plurima damna tulisti —
Augia regali — In per multos tribulat —
Sed secunda mali — in multis debilitat —
Augia Sublimi — Te primitus anhilavi —
Flamma duplex hyemi — hinc Vis te precipitavi —
Tu captivat — pastore suo doluisti —
A malè tractat — sibi recompassa fuisti —
Tollunt impavid — primoq; ministeriale —
A Incumbunt avid — post raptores generale —

Res tibi collata — à Principibus reverendi —
Sorbent sublata — ac insidiantur edendi —
Hi defensore — humiles quandoq; fuerun —
Nunc Te raptore — crudeles constituerun —
Lis tibi Papali — quæ depositit fidericu —
His conjuncta mali — voluit super hoc inimicu —
Et contemptore — fidei sacre violentu —
reddere commissu — sibi tum negatipse talentu —
Hæc sunt Sed plus — cedente te tamen ill —
maximè Aurbs ulm — ina quondam regia vill —

Has ob rationes Conradus Abbas Innocentio IV.

Summo

Summo Pontifici supplex factus est, pro incorporatione quarundam Parochiarum Juris sui patronatus, ut earum proventibus miseto Coenobij Stadii melius prospicere valeat, Consensum prebuit Pontifex hoc Anno ultimo vitæ suæ anno, datis his gratis Literis:

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filijs Abbati & Conventui Monasterij Augiensis Ordinis D. Benedicti, quamvis libenter omnibus & singulis in necessitatibus constitutis paterna commiseratione adjutrices manus porrigamus, oportet tamen nos ijs, qui immediatè Romanæ Ecclesiæ subjecti sunt, magis favere, majori consolatione manus nostras extendere; cùm itaq; ex parte vestra nobis expositum fuerit, Vtì Monij reditus exhibisse multos, modò lamentabili incendio, & Bellorum incursionibus ita debilitatos & exiguos fructus, ut pro vestra sustentatione non sufficiant, adhæc multis oneratum esse debitis monasterium, Vestræ petitioni inclinantes, ad istam necessitatem & paupertatem Subleuandam concedimus, & damus facultatem, ut fructus & census beneficiorum quorum conferendorum & confirmandorum jus Patronatus habetis, si aliquod eorundem infra tres annos vacaverit, unius anni fructus adversum usum liberè colligere, & convertere valeatis absq; resistentia omnium & singulorum, quâcunq;

forma Verborum A Apostolica Sede petitarum aut petendarum, quibus vos impediri possitis quarum gratiarum formam modo hisce literis expressam esse volumus. Nulli igitur hominum liceat, quovis modo has literas nostre concessionis infringere, ac temere eis contravenire, Siquis autem hoc attentaverit, sciat se indignationem omnipotentis Dei A Apostolorum S. S. Petri A Pauli incursurum. Datum Assisij 7. Id. Septembris Pontificat. anno XI. Innocentij IV.

Idem Mandat Abbati augiensi, ut circa correctionem excessuum Monachorum non obstante frivole appellationis objectu, que inclusionem monastice Disciplino consuevit opponi, libere officij sui debitum exequatur non obstante Statuto vel juramento, prestito in derogationem observantie regularis. Data Assisij Pontificatus áo XI.

Is quoq; disposuit, ut nullus delegatus ab eo Excutor, deputatus á Sede Apostolica seu legati ejusdem possit in abbatem A Conventum Monasterij augiensis, Interdicti seu Suspensionis aut excommunicationis Sententiam promulgare, absq; illius Sedis speciali Mandato, faciente plenam A expressam ad de verbo ad verbum de indulgentia hujusmodi mentionem, non obstante, si aliquibus ex A abipsa Sede indultum, quod

inter-

interdici, suspendi aut excommunicari non possint per literas Apostolicas in quibus de indulto hujusmodi expressa mentio non habetur. Datum Assisij anno ut supra.

Annus Christi 1255. Augiæ 532.

Conradus Abbas XLII. post pie ac religiose administratam rem augiensem ex hac miseriarum Valle rapitur 22. Junij, & Sepelitur in Augia. Successorem habuit Burchardum Baronem de Höwen, Monachum Augiensem, Abbatem XLIII. alijs XLV. cui triennale regimen tum falsi & Sacrilegi fratres, cum eorum complices minuim quantum amaruleseere fecerunt.

Annus Christi 1256. Augiæ 533.

Wilhelmo Rege die 28. Januarij defuncto, Richardus Rex Angliæ, & Alphonsus Rex Castellæ in dissidio eligunter.

Legat. C. Gabriel Bucelinus in chronologia Constantiensi ad annum 1251. quod Ebehardus Constantiensis Episcopus monasterium in Zurzach à Burchardo Dicto Augiæ Abbate pro 310. argenti marcis emerit, quod antea membrum Augiense erat, & insigne illic Collegium Canonicorum condiderit, verum de his nec Oheim, nec Marquis, aut Roggius s. quidquam agunt, nec dicam, Burchardum eo anno nudum abbatis Vices sustinere.

Annus Christi 1257. Augiae 534.

Alberthus Baro de Saxo cum consensu fratrum suorum Henrici & Udalrici Vendidit Ludolpho Praesuli Sabariensi arcem suam Wartenstein cum Praefectura montis Sabariensis, & bonorum in dominio Vaticensi, & in Valentz alqs Vätniss Actum in Reichenau. Buel.

Annus Christi 1258. Augiae 535.

Bucelinus in Chronologia Constantiensi ad annum 1261. haec habet:

Festino Exemplo, nec prudem sub hoc
" tempus Roma damnato, dilatandae po-
" tentiae intentus Augiam adjungere Epis-
" copatui allaborat Eberhardus Episcopus,
" jamq; effecerat, ut Burchardus Abbas
" L. B. ab Höwen Abbatiam cederet, Verùm
" Berchtoldus S. Galli abbas tantum Romae
" potuit, ut Abbatia Episcopo eriperetur, &
" Alberthus de Romstein S. Gallensis Monachq
" Abbas institueretur. quod sequenti anno
" contigit. Haec Bucelinus: in hunc ferè mo-
" dum scribunt Bruschius & Stumpfius.
Bruschius addit: Alberthum ante abbatiam
ex Monacho S. Galli fuisse decanum. Ca-
pituli constantiensis. Burchardum verò
post regiminis Annum Sextum Epo Ab-
batiam resignâsse. Sed falluntur. Buce-
linus quidem primo quod annum 1261. an-
notet, cùm Episcopi constant. ad augiam

Cap-

capiendam oream, prioribus jam annis pa-
-lam factam; Alexander IV. hoc anno 1258.
compescuerit. 2dò dum ait Berchtoldum
Abbatem S. Galli tantùm Romæ potuisse,
ut Abbatia Episcopo eriperetur, non enim
in causa hac laboravit Berchtoldus, sed ipse-
-met Burchardus Abbas augiensis Supplici
libello sacram pro mali remedio interpella-
-vit sedem, à qua Berchtoldus Abbas S.
Galli constitutus est administrator Mo-
-nasterij Augiæ Majoris seu divitis tam in
spiritualibus, quàm temporalibus.

Utrum autem Abbatus de Ramstein
in S. Gallo, vel in Augia Monachum sit
professus, libem hic movere non libet;

Sanè Chronicus, supra ad annum 1202.
à me citatus, eundem Monachum Augiæ,
& Præpositum S. Petri, seu Cellæ Egrinonis
in Niderzell, quæ est in inferiore Insulæ
nostræ parte sita, pronunciat; at verò
Abbates S. Galli eum sibi adscisunt, Augiæ Cœ-
-nobij Præpositum asserunt. Sed quid mihi
videatur, candidè fatebor. fuisse scilicet duos
Abbates de Ramstein: unum, qui scribitur,
fuisse Monachus et decanus Monasterij nos-
-tri, qui & jam anno 1173 cum Hermanno de
Speichingen Præposito & Monacho Augiæ
de Abbatiâ frustrà decertârat; alterum
qui hoc vel sequenti anno post Alexandri
IV. pedum obtinuerat; iste in Augia,

hic in S. Gallo Monasticis legibus subditus. Vix enim Summus Pontifex Monasterij utilitati stabiliter duraturo provisurus, virum decrepita aetatis, nonagenario multò majorem, qualis Albertus ille, qui anno praedicto clavum affectabat, adhuc annum fuisset, substituerit.

Audiamus Errorem Brunschij, qui praeter ceteros hallucinantur in eò, quod dicat, Albertum ante abbatiam ex Monacho S. Galli fuisse Decanum Capituli Constantiensis; Burchardum verò post sextum Reginimis annum Episcopo abbatiam resignâsse; s. Annè verisimile videtur, quòd Pontifex M. qui Episcopum avide inhiantem Abbatiae jam acriter repulit, illicò ejusdem Cathedralis Ecclesiae Decano fasces augiensis immanaverit? falsum quoq; est, quod Burchardus post sextum Reginimis annum Episcopo abbatiam resignârit; siquidem post factam Alexandro IV. à Burchardo relationem de vita sua, bonorumq; Monasterij sui periculo, eadem sua Sanctitas Berchtoldum Abbatem Sangallensem, cenobium Cabasceni Augiae, cui sustentando Burchardus hostibus undequaq; obsitus, impar erat, supposuit adeoq; Burchardus non Episcopo, sed Berchtoldo, authoritate Apostolicâ jussus, augiensem resignavit abbatiam.

Luem

Lucem dictis nostris clariorem affundent Literæ Apostolicæ Iam ad Berchtoldum Abbatem, S. Galli, quàm ad Eberhardum de Sulz, Archidiaconum Argentinensem, in quarum prioribus.

Alexander Papa IV. Committit Berchtoldo Abbati S.ti Galli Monasterium Augiæ Majoris seu Divitis, in Spiritualibus & Temporalibus administrandum. Anno Christi 1258.

Alexander Episcopus. Servus Servorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij S. Galli, Constantiensis Diœcesis Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dilectus filius ... Abbas Monasterij Augiensis ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinentis ord: S. Benedicti Const: Dioces: lacrimabili nobis petitione monstravit, quod Fridericus de Tengen, & Berchtoldus de Rote, ipsius Monasterij Monachi una cum quibusdam militibus complicibus suis in necem ejusdem Abbatis instinctu diabolico conspirantes ipsum nuper in quadam Cœna, quam fraudulenter sibi ad hoc pariri fecerant, occidere cogitarunt; Quorum manus divinâ cooperante gratiâ, idem Abbas à quodam Sceleris hujus modi conscio prænuntius evasit; Veruntamen prædicti Monachi & milites dolentes suo spei se frustratos effectu, Spiritu diabolico concitati captata opportunitate, dum Abbas prædictus pro ipsius Monasterij negotijs ab-

-sens esset, in Insulam, in qua Situm est prædictum monasterium, sub noctis silentio cum armatorum multitudine irruerunt, et quoddam castrum ipsius monasterij, ac idem Monasterium et Insulam ipsam cum omnibus rebus ibidem inventis hostiliter occupârunt, villasqs ac munitiones ejusdem Insulæ pertinentes ad prædictum Monasterium penitùs depredantes incendio devastarunt eadem, Monachos dicti monrij, quos ad consentiendum suæ malitiæ in hac parte flectere non poterant, à monasterio ipso turpiter expellendo. Sicqs prefatum Monasterium in quo plurimis libertatibus et temporalium Bonorum ubertate dotato vigebat observantia regularis, adeo collapsum est in temporalibus et in Spiritualibus deformatum, quod, nisi celeriter succurratur eidem, vix adiciet, et resurget.

Quare predictus abbas nobis humiliter supplicavit, ut super hoc adhibere salubre remedium paterna sollicitudine curaremus.

Quia verò illam de tua circumspectione fiduciam gerimus, quòd memoratum Monasterium reformari per tuæ diligentiæ studium in Spiritualibus et temporalibus, castra quoq et possessiones ipsius contra invasiones tyrannicas per tuam potentiam poterunt feliciter defensari, curam et administrationem prælibati Monasterij, tam in spiritualibus quàm temporalibus, usqs ad nostre beneplacitum voluntatis, autho-

-ritate

=ritate presentium tibi plenè duximus com=
=mittendam; Discretioni tue per Apostolica
scripta in virtute obedientie districtè pre=
=cipiendo, Mandantes, quatinus hujusmodi
curam suscipiens, ac dictum Monasterium
juxta datam tibi à deo prudentiam reformare,
et à malignorum incursibus defensare pro=
=curans, eidem Abbati interim vite neces=
=saria subministres, ac alias de suo et ipsius
Monasterij Monachorum statu disponas,
pro ut animarum ipsorum salubri et utili=
=tati prescripti Monasterij secundum deum
videris expedire. Contradictores per censuram
Ecclesiasticam, appellatione postposita,
compescendo. non obstante, si est aliquibus
ab apostolica sede indultum, quod interdici,
suspendi, vel excommunicari non possint.
per literas Apostolicas, que de indulto
hujusmodi plenam et expressam non fece=
=rint mentionem, sive qualibet alia indul=
=gentia sedis ejusdem, de cujus toto tenore
oporteat in nostris litteris plenam et ex=
=pressam mentionem fieri, et per quam ef=
=fectus presentium impediri valeat vel
differi. Preceptum autem nostrum si
adimpleat tua discretio, quod nominatus
Monasterium per tuam industriam illud
quod speramus, suscipiet incrementum,
nosq; qui hoc gratum habebimus pluri=
=mum et amplum, devotionem tuam pos=
=simus

=simus exinde merito commendare. Datum
Viterbij VIII. Idus Febru: / 6. Febr: / Pontifi=
=catus nostri Anno 4to=

Idem Pontifex insinuans Archidiacono
Argentinensi Administrationem Augiæ
Majoris à se commissam Berchtoldo
Abbati, mandat eidem, ut cogat Episco=
=pum Constantiensem ad restitutionem
Sigilli Conventûs Augiensis ipsius ꝙ
Monasterij, & bonorum ab ipso occupa=
=torum. Anno Christi 1258.

Alexander Episcopus Servus Servorum dei. Dilecto
filio Eberhardo de Sulze, Archidiacono in Eccle=
=sia Argentinensi Salutem & Apostolicam
Benedictionem. Intellecto, quod Monaste=
=rium Augiense, ad Romanam Ecclesiam nullo
modo pertinens ordinis S. Benedictini Con=
=stant. Diœcesis, quod florere in Spiritualibus
& abundare in temporalibus consuevit, occa=
=sione discordiæ inter .... Abbatem & Mo=
=nachos ipsius Monrij quodam militis
suscitatæ, collapsum erat, adeò, ut in ut=
=risq; quod non remansisset aliquis in eodem
curam & administrationem ipsius in Spi=
=ritualibus dilecto filio .... Abbati Monas=
=terij S. Galli ejusdem Diœcesis, usq; ad nostræ
beneplacitum voluntatis duximus commit=
=tendam. Speranles, quod idem Monasterium
Augiense per ipsius abbatis Industriam
& potentiam reformari ac possessionem

et

A castra ipsius à malignorum incursibus po-
-terunt defensari. Verum sicut accepimus Ve-
-nerabilis frater noster .... Episcopus Constan-
-tiensis, quia Jura Ecclesiæ Romanæ conserva-
-re tenetur, mittens falcem in alienam messem,
Sigillum Conventûs dicti Monasterij sibi
procuravit à quibusdam ipsius Monachis as-
-signari et à quoddam Castrum ad Monasterium
predictum pertinens, ac Insulam, in quaest
situm Monasterium memoratum, ad mo-
-nasterium ipsum spectantem, pro sua oc-
-cupans voluntate quosdam Monachos pre-
-dicti Monasterij, et quosdam milites et ho-
-mines ipsius ad præstandum sibi fidelita-
-tis juramentum temerariè induxit, per hoc
intendens quoddamodo supra dictum mo-
-nasterium suæ subiicere ditioni in grave
prædicti Monasterij præjudicium, et Apos-
-tolicæ sedis injuriam et contemptum.
Ne igitur nos, qui aliorum jura volumus
illesa servari, jus nostrum et Ecclesiæ Ro-
-manæ negligere videamur, eidem Epposo
in virtute obedientiæ nostris damus dis-
-tricte litteris, in præceptis, ut diligenter
attendens, quantum in his excesserit, jura
nostra et prædictæ Ecclesiæ occupando,
dictum Sigillum, Castrum, et Insulam
prædicta, necnon alia Bona omnia præ-
-fati monasterij, quæ obtinet, ad manus
suas pervenisse noscantur, eidem Abbati
S. Galli, sublato cujuslibet dilationis et

A difficultatis obstaculo, restituere non post-
-ponat, & Monachos, milites, & homines,
predictos absolvat, ab hujusmodi Juramento,
Cæpdum nostrum aliter impleturus, quod
de transgressione & inobedientia reprehendi
non posset, & nos contra eum aliter procedere
non cogamur. Quocirca discretioni tuæ per
Apostolica Scripta mandamus, quatenùs,
si dictus Episcopus præceptum nostrum
super hoc neglexerit adimplere, tu eum adid
auctoritate nostrâ, appellatione remota
compellas. Non obstante si predicto Epis-
-copo à Sede Sit indultum, eâdem, quòd inter-
-dici, suspendi vel excommunicari non possit
per Litteras Apostolicas, quæ de Indulto hujus-
-modi plenam & expressam non fecerint
mentionem, sive qualibet Indulgentia Se-
-dis predictæ de cujus toto tenore oporteat
in nostris Litteris plenam & expressam men-
-tionem fieri, & per quam effectus presen-
-tium impediri valeat vel differri. Datum
Viterbij III. nonas Maji / 5. Maji / Conti-
-ficatûs nostri Anno 4to

Loans plumbi pendentis.

Vides amice Lector! quod ex ambabus his
literis aliter informeris, quàm Buccelinus
& Buschius, cujus fortasse utrius ys oculos
fugit germinum hoc Alexandri IV. præcep-
-tum. Quàm porrò exulcerata Augiæ, hui-
-ne jam proxime hæc fuerint tempora,

Sat

sat liquidè patet, ubi Pastor â propriis, sed lupis crudelioribus, cruentâ machinatione ad necem quæsitus est ovibus, ubi irruentium noctis silentio militum furor quoddam castrum [: haud dubiè scopula, Vulgò Vogelhus dictum :] ipsam Insulam cum circumjacentibus Vicis et Munitionibus, rapina igneq; vastavit, ubi oves reliquæ, pastoris voci obtemperantes, è caula monachia ejecto, ubi denique Vicinus Episcopus missâ in messem alienam falce, procuratô sibi conventûs Sigillô, Augiam diœcesi suæ pro libitu subjicere attentavit, Vasallis quibusdam Monasterij juramento fidelitatis illegitimè jam obstrictis. Quorum cumulo malorum providentia Numinis per suum in terris Vicarium Alexandrum IV. in tempore obstitit, dum vulnerata, et vix non emortua Augiæ medicum experitur Berchtoldum Abbatem S. Galli administratorem adscivit, cujus dexteritas omnia vix uno ictu potiorem restituit. Hujus præclarissimi viri de utroq; Monasterio optimè meriti, acta ex Chronico S. Galli per R. P. Basilium Bacchasar Monachum Principalis ejusdem Monasterij Archivistam excerpta nobisq; perbenignè communicata, quia non admodum prolixa, his annectere placuit.

Extractus ex Chronico S. Galli.

Fuit Berchtoldus ex Baronibus de Falckenstain in Hercinia Sylva oriundus, atque

Walthero Abbatiam S. Galli resignanti Sufs-
fectus anno partæ Salutis 1244. præ-
-cipuâ devotione Virgineam matrem co-
-luit, cujus aram novis reditibus dotavit.
Jamq; ejus tempore quotidiè missa de SS.
Dei Genitrice decantabatur. Cæterùm Cæ-
-sar magnanimus, fortis, ac gloriosus, et
pro corrupto illius temporis more, quæq;
diffidationis bello strenuus, invictusq;.
Summo et Apostolicæ Sedi addictus, ut
nihil supra, cùm Fridericus II. Imperator
urgentes in Ecclesiam turbas excitâsset,
quin ipsi Christi Vicario Innocentio IV.
fatales struxisset insidias Berchtoldus in
agro Suburbano pro Pontifice publicè
crucem promulgavit, et Crios ipse cum
nobilibus suis assumpsit; inde alia ex
aliis Pontificia Privilegia, ut ne quisquam
absq; peculiari Sedis Apostolicæ Mandato
censuram Ecclesiasticam in ejus persona
ferre posset, in corporationes Beneficio-
-rum, usus Pontificalium, Benedictio-
-nes Calicum, Vestiumq; sacrarum, aliaq;
gratijs quoq; ad posteros Abbates trans-
-fusis, neq; sibi soli sufficere tum temporis
credebatur S. Galli abbas. Fortè mense Au-
-gusto obierat Henricus de Tanne Epus
Constantiensis, qui Apostolico Jussu
Monasterium Augiense aliquamdiu
rexerat,

rexerat. Quare Pontifex Innocentius IV. non alium aptiorem rebus eidem Monasterium Berchtoldi cure commisit. Actum Anno 1249. novemgs post annos Alexander Papa IV. eundem S. Galli abbatem Augie divisti presecit. cujus historiam paulo altius et ex primis principijs libet repetere.

Agebat Augie abbatem Burckardus, ex Baronibus de Hewen, quem inter et Monachos quosdam ejusdem monrij, precipuè erant Fridericus de Tengen, et Berchtoldus de Rote, tanta exarsit discordia, ut eam perfidissimi Monachi Abbati suo reum machinarentur; atqui ipse sua declusi sunt. Itaqs dum Abbas fortè pro monasterij sui negotijs abesset, opportuna veluti occasione usi, quosdam in societatem milites ascivêre; sumptisqs armis totam Augie Insulam, cum arce et monasterio in suam redegere potestatem, Monachis, qui nefarias eorum partes amplecti nollent, inde expulsis, varijsqs tum rapinis tum incendijs hinc inde perpetratis; qua intollerabili insolentia supra modum exasperatus abbas ad Apostolicam Sedem confugit, rogavitqs, ut afflictum Coenobium in spiritualibus eque ac temporalibus Berchtoldi curae, et administrationi committeretur. Id quod Pontifex actutum prestitit, datis litteris.

Sed, quoniam sedulosi illi Monachi, prefatum abbatem suum abbatia

renunciare coegerunt, spretoq; Apostolico Mandato Episcopum Constantiensem administratorem assumpserunt, id Pontifex non ferendum latus, alias ad Archidiaconum Argentinensem dedit literas, quibus mandat, ut Constantiensem Cresulem cogat, Sigillum Conventûs Augiensis ipsum Monasterium, bonaq; occupata Abbati Berchtoldo restituere. eorundem tenor est ut supra.

Verùm tamen his nondum acquievit Episcopus, quin causa magis magisq; agitata utrinq; tandem Episcopus et Abbas ad Pontificem venêre in Italiam.

Habebat Abbas S. Galli in suo comitatu plures ex equestri ordine nobiles viros, cum paucis Capellanis; contrà Epcpus paucis assumptis Equitibus, magno clericorum globo stipatus erat; Pontifex utrumq; Cresulem benignè exceptum, candidis pretiosisq; Sericis donavit. Ex quibus Episcopus aliquos ex suis clericis amicivit, cetera sibi reservavit. At verò Berchtoldus, emptis simul pannis coccineis, tum ijs tum illeis Sericis; tanquam Augiæ insigni; suos vestivit milites, unâ solùm Serici parte retentâ, ex qua Sacrum postea pallium; Clauiale vocant; confecit.

Comparuêre postea rursùs coram Pontifice ambo antistites, quem visis abbatis militibus ita comptè vestitis risisse ajunt. conversumq; ad duos ejusdem abbatis

Cres-

Presbyteros: quorum uni nomen Waltherо de Kir-
chen, alteri Magistro Rudolphо de Ehingen,
quosqs abbas in Curia pontificia, velut suos
Procuratores alebat, dixisse ait Vides, quodque
sepe sepius mihi affirmastis: Dominum Vestrum
in pretio Equestrem habere ordinem, indeqs glo-
riam aucupari: algs adeo ipse Pontifex hoc
Abbatis ingenio plurimum oblectatus fuit.
Post hec inter utrasqs partes coram Pontifice
disceptatum est, objecerat Abbas Episcopo,
indignum esse, ut Episcopus preter Episcopa-
tum suum adhuc Abbatiam administraret;
At replicabat Episcopus: neqs hoc ferre leges Ca-
nonicas, ut unus idemqs Abbas duas retine-
ret abbatias. Aderat quidam è D. Dominici
familia Vir Spectatissimus, at iam in aula
pontificia notissimus quàm Berchtoldo nro
amicissimus. Hic sub silentio algs in aurem
Abbati suggerere, difficile futurum utramqs
obtinere abbatiam. Si enim si Charum quen-
dam apstumqs in Gremio suo haberet monach-
um, eundem ad Augiensem Abbatiam pro-
moveret.

Placuit magnopere Berchtoldo prudentis
Viri consilium. Eoqs eodem tempore in
Monasterio S. Galli Præpositus esset Heberhus
de Ramstein, ipsius Berchtoldi nepos, pro
eodem Augiensem Abbatiam à Pontifice petijt,
et haud difficulter impetravit. Itaqs lota Epis-
inter et Abbatem contentio sopita, neqs ulla
deinceps inter eos lis nova mota est. Hic est

Hic est ille Albertus, qui ex Monacho & Præ-
posito S. Galli sub Annum 1258. aut fortè
59. ad Augiensem abbatiam evectus, multis
annis felicibus auspiciis præfuit, cujus etiam
concessione Insula Mainowa cum pluribus
aliis Bonis, quæ Augiensia Beneficia, seu feuda
erant, ab Arnoldo de Langenstein Equite Ordini
Teuthonicorum militibus donodata, & Domus
ibidem sive Domicilium pro eodem ordine
militari conditum fuit. Berchtoldus verò
S. Galli abbas, sibi deinceps Monasterio suo
indentus adhuc res multas & præclaras ges-
sit, denique ex gravi curis ulcere biduo ante
Pentecosten, seu 10. Junij mortem oppetijt
Anno 1272. regiminis 27. aliis in Monte
S. Galli sepultus fuit.

Hactenùs ex Chronico S. Galli:

Annus Christi 1259. Augiæ 536.
Sedatis itaq; Vigilantia Augiensis Ad minis-
tratoris Berchtoldi Abbatis S. Galli, tumul-
tibus, rebusq; in ordinem redactis, Albertus
de Ramstein Abbas XLIV. aliis XLVI. con-
stitutus est ab adepto Alexandro IV. Abba-
tialis munus benedictionis, roburq; Civi-
legiorum promeritus, cujus rei gesta per de-
cursum annorum regiminis sat diuturni
patescent.

Annus Christi 1260. Augiæ 537.
Altero Stabuli regiminis sui anno Albertus
Abbas consensit in donationem agri à partis
Sylvæ

Sylvæ eiusdem Eremitæ F. Walthero, factam, in qua area ad hæc usq; tempora cernitur Parthenium ordinis Eremitarum S. Augustini haud procul Wolmatinga in Sylvâ Vulgo Wasserwalt Tenor Literarum desuper est, qui Sequitur:

In Nomine Gottes Amen.

Wir Albert von Gottes Gnaden Abbt des Closters in der Ehr Jesu allen, welche diesen gegenwärtigen Brief sehen und zu wissen, daß wir gemeine zu Wollmüthigen, die Gott vor augen haben und ingedenck ihrer Seelen Heyl seyen, beschlossen haben einen Acker gemeint in unserm unter dem Wolfwasser gelegen, genandt Hailwasen, welchen der Acker eingeschlossen, mit gewissen Ziel und Marcken dem Bruder Walthero zu bauen, und zu pflantzen zu seiner Wohnung erlaubt in dem einsidlichen Leben Jesu Christi, und so hiemit für barmhertzige Gaben für diesen Acker mit dem Heil der Seelen, der zuvor zu dem gemeinen gebrauch des Closters were, von allen Zinsbarkeiten, Zins, Aufleger, und allen beschwerden frey und ledig gemacht, und soll also dem gemeinen Bruder, und allen seinen Nachkömlingen, wie denen eigenen allen, die Albert Gott seinen wollen,

erlaubt haben, einem Abt samt dem Kloster
zu allem Gebrauch und Notdurftigkeit inn
zuhaben, und zu nutzen, wie es ihm gefällig
ist zur Ehr unserer Herrn Jesu Christi, und
der Glorwürdigen allzeit Jungfrauen Mariä.
in dem stift nichts abgemeldt beschehen
geschicht. Damit aber die abgemeldte Stuck
und alle zu Eigung nicht alle beste weiß
beschützet seien, hat Arnoldus miles, und Hugo
von Lemgumen das Orts so zu Lemgow und
herwarts herwin willigt, und dem gutem
Willen der beyseinander Gemeinde wegen
dieses gutes wenig nicht gelegen-
heiten. Und wir, die inzeitlich gute bewa-
-nnen mit gwalt der Enge zu nehmen,
und uns beraubungen unsers eigenen be-
-möge zu beschützen, weil von inn ge-
-nommen auf gewalt und beraubten,
und der Gemeinde gehören ist, so es
gilt und beschützen so, und ursach sie
mit den andern Klöster zu bezeu-
-gen gleich allen Nachbarn
-liegen in seinen besonderen Sinn und
Sitz en, wohin es uns sollen schuldig sein
des und mit unsern Nachbarschaften
mit besonderen abstehen zu haben, zu
denen alles Gedeihen und wenigen be-
-ständigung haben wir mit dem Arnold

und

[illegible] Hugo von Lenyngstein Ritter [illegible]
[illegible] Brieff mit [illegible] Insigel be-
[illegible] wollen, welches [illegible] in dem
Jahr Christi 1260. Am 2. 2 Brieff Monath.

L.S. L.S. L.S.

Anno Postmodum 1404. Virgines hue introductæ habitu monastico indutæ, Regulam S. Augustini professæ sunt, Monrio earum hodiedum nomen claustrum participante à S. Catharina V. M. V. S. I. 2. 2.

Eodem anno Cambium inter Monasterium Augiæ Majoris, et Parthenonem Vallis S. Catharinæ propè Dieffenhofen Ord. Prædicat. pro ut sequitur sequens extractus ex eodem Parthenone nobiscum communicatus à D. Carolo Josepho Forster illius loci Præfecto 28. Maji 1749.

Anno 1260. Ich [illegible] Löbl. Gotteshaus Reichenau mit dem Gotteshaus St. Catharina Thal ein Brief und Brief gethan worüber Brief ist dass die Conventa einige Güther zu Lehenungen und Nutznießungen dem Closter, das Closter aber dem Convent einige Wiesgewächs zu Altenhaus, und andere Güther zu Pfrungen, jährl. 100. Mark Silber übergeben.

Dieses

Vinsens ist zu Offen Sub Alberto Abbate cum consensu Capituli Augiensis presentibus confratribus ipsius Monasterij Nec expressè consentientibus Videlicet:

Marquardo de Bauenburg Decano
Friderico de Tengen Preposito.
Hainrico de Hurningen Custode.
Burchardo de Hewen Cellario.
Quodolpho dicto Wachernitz
Quodolpho de Güttingen.
Friderico dicto Sonnen Kaeb.
Magistro Hermanno Canonico Constantiensi, dicto de Schafusa.
Alberto Rectore Ecclesie in Ermetingen.
Fratre Quodolpho Priore.
Fratre Heinrico de Hochdorff Subpriore.
fratrum Ord: Predicatorum in Const:
fratre Conrado dicto de Constanz.
et fratre Joanne de Ravenspurg.
ejusdem domus et ordinis fratribus.
Conrado filio Villici de Aulegeringen.
Bertholdo de Sancto Gotthardo Canonicis Ecclesie Sti Joannis.
Walthero dicto Rerli Canonico S. Georgij.
Hainrico de Gerlicon.
Hainrico dicto faber et Conrado Canonico S. Alberti.
Wilhelmo Rectore Eccl[esi]e in Singen Canonico S. Pelagij.

Aim-

Hainrico dicto de Lussawe.
Burchardo dicto de Stuzelingen Sacerdotibus.
Hainrico Rectore Cuerorum.
Alberto Canonico Celle Inferioris.
Gotfrido dicto Galle Canonico in Celle
Gatholdi.
Luckholdo de Gerlicon, et Matthia Rectore
Ecclesie in Zeringen.
Eberhardo de Steckborn.
Adalrico de Sallenstein.
Hainrico de Frowingen.
Hainrico dicto Burgalar.
Conrado de Marbach. militibus et ips=
=suis Ecclesie Ministerialibus.
Conrado Nobili de Wartenbergh.
Hainrico et Conrado de Schwaindorff.
Conrado de Stoffen.
Mechelmo de Millheim.
Conrado de Salenstain.
Conrado Oberenbergh et Burchardo de Wangen.
Adalrico de Harena, et Conrado dicto
Underschopffen, Civibus Constant.
Et alijs quam plurimis tam Clericis,
quam Laicis.
Quibus Privilegium datum et confirmatum sub
regimine Dmi Papæ Clementis, und
von Jahrs authentisiret 1267. Anno
1mo Constificatus.

Annus Christi 1261. Augiæ 538.

Mortuo 25. Maji Alexandro IV. eligitur Urbanus IV. creatus 29. Augusti.

Burchardus quoq́ de Hoiven Abbas Augiæ XLIII. alijs XLV. miserim à Berchtoldo administratore, mandante Summo Pontifice, Subministratis vitæ necessarijs provisus circa hæc tempora alicubi Crumnarum suarum Exodium capiens, æternitatis beatæ, ut ominamur, exordium facit.

Annus Christi 1262. Augiæ 539.

Annus Christi 1263. Augiæ 540.

Hilteboldus miles de Steckborn pro remedio & salute tam animæ suæ, quàm etiam uxoris Adelheidis et filij Hiltebaldi & uxoris suæ duas Vineas in Augia, quas titulo proprietatis possederat, sitas apud locum, qui quondam continebat Sylvam, mi[illegible]serim scilicet partem et majorem cuiusdam Vineæ suæ, præter domum & aream continentem domicilium cum agellis pauis superioribus ipsi domui contiguis; alteram quoq́ Vineam totaliter ipsi domui contigis oppositam Augiensi Ecclesiæ majori post mortem suam et prædictæ uxoris suæ liberè contradidit, ita, quod ex-

-tunc

hunc jam dictæ Vineæ ad officium decana-
tûs semper pertineant, & quilibet Decanus
prædictas Vineas possidens, fratribus ipsius
Monasterij in anniversario suo & sæpè dictæ
uxoris suæ & prædicti filij sui & uxoris suæ
fratribus tantùm ipso die anniversariorum
præsentibus, nisi forte aliquis de licentia
Decani eo die absens fuerit, Caritatem pa-
nis & Vini & unius ferculi tenearitus mi-
nistrare eô modô, sicut ipsi inter se suas
solent distribuere caritates. Hoc pacto &
ea donationis formâ interveniente, quòd
nullibi Abbati sæpè dictas Vineas aut per
infeudationem, aut per aliquem aliena-
tionis modum ab Ecclesia alienare li-
ceat, & si hoc fortè ipse Abbas fecerit, quod
absit, ipso ex hac possessiones antedic-
tarum Vinearum ad hæredes prædicti
donatoris sine contradictione qualibet
revertantur. Statuit etiam de consensu
& consilio suo memorata superiùs uxor
sua, quòd, licet ipso donatore decedente,
quàm diu ipsa sæpè fata mulier prædic-
tas Vineas tenuerit, ad memoriam ip-
sius donationis de ipsis Vineis Decano
urna Vini puri in festo S. Martini an-
nis singulis persolvatur. Acta sunt hæc
Augiæ Anno 1263. V. S. I. 3. j.

Annus Christi 1264. Augiæ 541.

Obijt Urbanus IV. 2. octobris. Sedes vacat
mensibus 4. diebus 3.

Albertus

Acbertus Abbas commutavit hoc anno cum Eberhardo Abbate Salemitano domum quandam ulme ad augiam pertinentem, presentibus & consentientibus Conventualibus, Marquardo de Summerow Decano. Friderico de Tenga Propositio, Henrico de Hurninga Custode, Burchardo de Hörve Cunrado de Gundelfingen: Friderico de Sommerhalb de Teggenhusen, & Ludolpho de Güttinga annal. aug V.S.I. 3.1.

Annus Christi 1265. Augie 542.
Eligitur Summum Ecclesie Romane Caput, & creatur 6. Februarij. Clemens IV.

Annus Christi 1266. Augie 543.

Annus Christi 1267. Augie 544.
Acbertus Abbas donat & tradit Dietmaro Abbati XVI. ejusq; Monasterio S. Georgij in nigra Sylva proprietatem quatuor feudorum in loco, qui dicitur in Inn Vuoz Golz. s. Tenante Instrumento hujus tenoris.

Universis presentium inspectoribus A.[?] Acbertus.[?] Dei gratia Abbas monasterij Augie Majoris, & conventus ejusdem Con=
=stant.

=stantinensis Diecesecos Salutem in Domino.
Vobis cupimus Universitatem Vestram
quod nos considerata circa hoc utilitate
nostri Monasterij & diligenti super hoc
ac debito tractatu habito, Monasterij Sti
Georgij in nigra Sylva proprietatem 4or
feudorum in loco, qui dicitur: in Vano Fürst
Golz: apud Coenobium Sti Georgij Sitorum
que feuda ab Ecclesia nostra Marquardus
nobilis Vir de Ramsdain in feudum olim
obtinuit, & pleno jure prefato Coenobio
de consensu nostro nullo scilicet jure Ad=
=vocationis vel alio quolibet in eisdem feu=
=dis retento, ad instantiam petitionis nos=
=tre & Hugonis militis junioris de Bure=
=berg tradidit, donavit, & nos similiter
proprietate curie dicte Wolfshusan apud
Tumingen site, quam curiam nos prefato
Hugoni militi de Burcburg in feudum
concessimus, titulo permutationis ea=
=dem feudo prefato Coenobio donavimus
& tradidimus, & presentibus tradimus
& donamus. Et cum hec omnia legitimè
& canonicè undiqs processerint, in ipsorum
firmum robur & indubitatum testi=
=monium presentes literas dilectis in
Xto Abbati & conventui prefati Coe=
=nobij, Sigillis nostris, & prefati Mar=
=quardi Sigillo tradidimus roboratas.
Datum apud nostrum Monasterium
Anno domini MCCLXVII III. Kal:
Martij / 28. Febr: / Ego Marquardus de

de Ramstain Confiteor me Sigillum meum
presentibus appendisse



Idem Abbas Albertus Civibus Rastboldicellensibus Monasterij Jurisdictioni Jam Subjectis quasdam libertates confirmavit in Scopula augiensi, ascæ in superiore Versùs urbem, Constantiensem Insulæ parte Vulgò: Vogelen: dicta, in presentia Dom: Friderici de Tengen Præpositi, D. Cunradi de Gundelfingen Cellarij Domini Conradi de Veldbach, Arnolfi seu Arnoldi de Langenstein, Algeri de Rart equitum. Chrem. Tschud.

Annus Christi 1268. Hugue 545.
Clemente IV. die 29. Novembris obeunte, Sedes Papalis Vacabat annis 2. mensibus 10. diebus 27.

Eberhardus II. Episcopus Constantiensis Ecclesiam Thaumaturgæ Virginis Todtmoseæ in Sylva Hereynia Dilionis Sanctissiana consecravit.

Crosarius

Confatus Papa Clemens IV. Alberto Abbati
omnia à Romanis Pontificibus antea con-
cessa privilegia, uti à absolutionem ab
omni tributo & exactionibus Regum &
Principum, aliorumq; Christi fidelium
confirmavit his literis Apostolicis:

Clemens p. Quando justa à nobis petuntur,
vis equitatis & ratio requirit, ut ea officij
nostri sollicitudine ad bonum effectum dedu-
-camus. Dilecti igitur filij in Christo justis
vestris petitionibus placidâ mente occurren-
-tes, omnia Vestra Privilegia & Ecclesiasticas
gratias à Romanis Pontificibus nostris pre-
-decessoribus aliàsq; inducta Vobis & Vestro
Monasterio, libertatem, proximetum, Im-
-munitatem à tributis & exactionibus Re-
-gum, Principum Secularium, aliorumq;
Christi fidelium, justâ de causa concessa, ut
ea justè & pacificè possideatis, apostoliâ
authoritate Vobis & Vestro Monasterio con-
-firmamus, ac nostra paterna authoritate
hisce literis defendimus, Nulli ergo homi-
-num liceat hasce nostre Prohibitionis li-
-teras infringere, aut Temerè contravenire,
Siquis autem attentaverit, Scial se indigna-
-tionem omnipotentis Dei & SS. Apostolo-
-rum Petri & Pauli incursurum. Datum
Viterbij 23. Januarij. Pontificatus nostri
anno tertio 1268.

Cùm autem nonnulli Abbatis Alber-
-gimine contra Coenobij Augiensis liber-

=Salem & consuetudinem quedam non con=
=demnenda Bona ad monasterium Augi=
=ense pertinentia, temerario ausu invasi=
=sent, oppignorâssent, pignorisq; loco deti=
=nassent, donec illis ad instantiam Suaru[m]
querelarum Satisfactum fuisset, et â no=
=cestia Sibi, Sibi illata, sæpè moniti desis=
=tere noluissent, ad tantam confundendam
audaciam, Albertus Abbas Romani Con=
=fidicis Clementis IV. opem implorans
impetravit Talium exorbitantiarum
sub poena Excommunicationis prohibi=
=tionem hâc Bullâ.

Clemens p. Dilectis filijs Abbati & Con=
=ventui Monasterij Augie Majoris Ro=
=mane Ecclesie immediatè Subjecti Ordinis
S. Benedicti Constantiensis Diocesis Sa=
=lutem & Apostolicam Benedictionem.

Ex Supplici libello Vestro perepimus,
nonnullos Monachos, ac Sacerdotes Sæ=
=culares etiam Laicos quedam à Vobis re=
=quirere, proinde nonnunquam Vestris Mo=
=nachis, aliquando conversis pecoribus quoq;
Vestris violentâ consuetudine temerè Vim
inferre, pignoris loco tenere & ligare, tam=
diu possidere presumere, donec ad libitum
postulationibus eorum Satisfiat, licèt
nullum in Vos vel justum, vel commis=
=sum Imperium habeant, cur ejusmodi
faciant; Verum cùm Summum jus medio
positum

positum sit, ne quis sibi Judex mulctam irro=
=gare tentet, A predicta Consuetudo à nulla
lege dependeat, minimè ferenda est: paci Ves=
=tre et tranquillitati providentes inhibemus
virtute harum literarum, ne quis ex predicta
consuetudine motus, vobis supràdicta one=
=ra imponere, vestris facultatibus absq;
diminutione Juris, vim inferre, ligare,
vel alio quovis modo tenere presumat.
Nulli ergo hominum liceat hasce prohi=
=bitionis nostre literas infringere, aut
temere contravenire; Siquis autem at=
=tentaverit, Sciat se indignationem Omni=
=potentis Dei et S.S. Apostolorum Petri
et Pauli incursurum. Datum Viterbii
25. Januarij Pontificatus nostri
anno. 1268.

Annus Christi 1269. Augie 546.

Annus Christi 1270. Augie 547.

Annus Christi 1271. Augie 548.
Eligitur tandem et creatur Christi in Terris
Vicarius Gregorius X. 27. octobris.

Ad

Ad hunc annum Signatur Instrumentum aliquod à Ludolpho Comite Tubingensi, quo notum facit, qualiter Udalricus quondam Abbas Augiæ usum fructus et Decimum in Ottalingen ad Sexennium pro 6. Marcis argenti sibi tradiderit, Vendiderit; Datum in Herrenberg 8. Octobris 1271.

Annus Christi 1272. Augiæ 549. Richardo Rege post annum Regni 16. defuncto, die 2. Aprilis Saniora Electores consilia capientes, ad firmiorem Imperio columnam Eligendam, sequente Congressi sunt anno.

Henricus Comes de Montfort, Monachq Augiensis, Episcopus Curiensis, expleto Confinicalis muneris anno 21. magno populi luctu 14 Octobris mortuus, è Valle Lachrymarum defertur in Vallem Engadinam, Sepeliendus in Ramis. Demochares, Imhof.

Hôc annô Concambium erectum est inter Heberhum Abbatem Augiæ et F. Ludolphum ordinis hospitalis S. Mariæ Domûs Teutonicorum Jerosolymitanorum Commendatorem per Alsatiam et Burgundiam &c. Super quo Concambio seu permutatione à partibus constituti sunt arbitri Eberhardus Episcopus Constantiensis, et Henricus Præpositus S. Stephani ibidem. Quâ de re reperitur Sequens:

Copia

Copia Literarum
De Translatione Castri & Insulæ Maynaw.
& aliarum Possessionum ad ordinem
Teutonicum
Et
Castri Sandegg, & aliarum Possessionum
ad Monasterium Augiense.

In Nomine Domini & Salvatoris nostri
Jesu Christi. Amen.

Eberhardus Dei gratiâ Constantiensis Epis=
=copus, & Heinricus Præpositus S. Stephani
ibidem, omnibus Christi fidelibus presen=
=tium Inspectoribus Salutem & Subscrip=
=tis Fidem adhibentibus. Veritatis amica
Simplicitas expostulat, & requirit, ut cog=
=nitiones, per formam arbitrij terminate,
ne ursus libis incurrant materiam, Sub=
=scripture testimonium reponantur. Ad
Notitiam igitur omnium & singulorum
contextu presentium Volumus devenire,
quod cum inter Reverendum in Christo Al=
bertum Dei gratia Dominum Abbatem Au=
=gie Majoris ad Sedem Romanam imme=
=diate pertinentis, nomine sui Monasterij
ex una & Virum religiosum fratrem Rudolphum
ordinis hospitalis S. Marie Domus Theu=
=tonicorum Jerosolymitanorum commen=
=datorem per Alsatiam et Burgundiam
nomine ejusdem Hospitalis seu ordinis,
super quibusdam possessionibus infrascriptis
expressis, sibi per quondam Arnoldum de
Langen=

Langenstein, nuenon liberos, Eberhardum
de Steckboren nunc Monachum in Salem
Cunonem de Veldbach, fratrem ulricum
de Fruetwilen, fratrem Conradum de Steck=
=boren, juxta formam cujusdam Gratie fra=
=tribus dicti hospitalis à prefato domino
abbate permisse collatis, ex parte alterâ
questio aliquandiu verteretur, questionis
ejusdem causa in Nos nomine arbitri sub
pena ducentarum Marcarum hinc inde
Vallati terminanda, de voluntate et voto
seu consensu unanimi dictarum partium
annexarum; personarum tandem sine
dolo et fraude qualibet compromissâ, cau=
=sam eandem sive questionem honorabo=
=ni fide dignorum super hoc communicato
consilio consideratâ mutuâ utilitate duxi=
=mus salubriter decidendam, quod prenomina=
=tus dominus Abbas, toto sui monasterij
conventu in hoc consentiente prememorato
commendatori nomine hospitalis seu ordi=
=nis sui predicti, possessiones subscriptas, sci=
=licet inferiorem & superiorem curiam in
Almensdorff Egge & Stade, curiam in obern=
dorff, & curiam in Dingelsdorff cum Jure
Patronatûs et decima omnibusq; posses=
=sionibus Monasterio Augiensi pertinen=
=tibus ibidem Villam Litzelstetten, & Stade
sub Litzelstetten cum omnibus hominibus
possessionibus eisdem nominatis per ordinem
jure quovis annexis, nec non pertinentijs

quibus=

Quibus libet Jam infra Septa quam extra dicto-
-rum locorum, Scilicet pomarijs, hortis, pratis,
agris, cultis & inculctis, pascuis, Sylvis, Vijs,
inviis, & Juribus Videlicet advocatijs, majo-
-ambten, Ehehafftinen, Bannen, Zwingen,
Sive quocunqs alio censeantur nomine, om-
-nesqs possessiones alias Siam nominatim
non expressas, homines, & Jura quolibet, que
monasterium Augiense infra districtum,
hoc est Gettwinge vel Banne prenominata-
-rum possessionum habet, homagijs, quod Vulga-
-riter dicitur Manlehinen, duntaxat exceptis,
nec non Castrum & Insulam in Mainaw,
omnesqs alia Bona quondam Arnoldi de
Langenstein Jam propria, quam feudalia
cum hominibus & Juribus Scilicet Major-
-ambten & advocatijs Jam in homines quam
in Bona, que idem Arnoldus de Langenstein
Jam infra Gettwings vel Bann supra nomi-
-natarum possessionum habuit, aut extra
cum omni libertate, Jure, consuetudine,
quemadmodum & ipse possedit, pro annuo
censu Scilicet Viginti libris cere omnis
singulis in festo B. Galli monasterio Au-
-giensi perpetuo solvendis una cum con-
-vento suo nomine Monasterij sui con-
-stabat, de cetero, quiete & pacifice pos-
-sidendas: hoc nihilominus adjecto, quod
homines & possessiones sepius dicti hos-
-pitalis, undecunqs in ipsum Jam nunc
transierint, aut transirent, sint infra Gettwing

vel Bame Montium Augiense residentiam
vel situm habuerint in Sylvis, pascuis, omnigq
communione, que Gemeinmerck dicitur, de-
=bent in antea participare, pregatus etiam
Dominus Abbas et conventus monasterij
augiensis non debent ni prescriptis pos-
=sessionibus et hominibus preter nomina-
=tum censum simile aliquod jus aut servi-
=tia vendicare, adjecimus etiam arbitrando
quod si Conradus et Adelpoldus filij fratris
Eberhardi de Steckboren nondum haberent
sepè dicti hospitalis consensi annos, cùm
sint minores annis sive impuberes, et ambo
vel alter ipsorum hereditatem paternam
habere aut possidere proposuerint aut in-
=tendat, sepè sepius recitatus Dominus
Abbas vel is, qui pro tempore fuerit nomine
sui Monasterij, sibi hereditatis paterne
portionem, que ipsos vel ipsum contingit,
debet sine contradictione qualibet im-
=pertiri, hoc siquidem proviso, quod pre-
=fati commendator et fratres nomine
Hospitalis seu ordinis sui eidem domino
Abbati de possessionibus ac hominibus
sibi per eum collatis tantundem recom-
=pensent, omni dolo et fraude penitùs
circumscriptis, Actionem etiam, quam
idem dominus Abbas et conventus mo-
=nasterij augiensis Arnoldo de Langenstein
bone Memorie super damnis eisdem
quondam in Insula Alabi per eundem
illatis et pueris suis moverunt, totalita

debent

debent remittere non ipsis fratribus aut pueris
predicti quondam Arnoldi de Langenstein, aut
heredibus suis ad presens aut imposterum
movere aliquam questionem. Et eosdem
verò commendator et fratres in recompen-
-sationem Donationis predicte subnotatas
possessiones, videlicet Castrum in Sandegg cum
suburbio, pomaria et agros ibidem curiam
dictam zu Walde, curiam zu Heroltschwil,
censum percipiendum, de curia Gunterschwil,
curiam Landertschwile, quasdam curias apud
Ermattingen, Vineam apud Salenstein, curiam
in Bernang, quasdam curias, Vineas, et decimas,
apud Steckboren Vineam dictam Oettelspar,
et nemus, quod dicitur Hörschen, in fratres
dicti Hospitalis Abbatis Dñi Eberhardi de
Steckboren nunc Monachi in Salem transla-
-tas; Item Bona, que per fratrem Udalricum
de Gundweiler in eosdem transierunt, scilicet
Bona sua in Guetweilen, decimam apud Salen-
-stein, Vineam in Steckborn, quam excolit N.
de Muelhoven, et cellarium in Steckboren,
preterea Bona fratris de Steckboren kta,
apud Steckboren et Bernang; Item Bona Cu-
-nonis militis de Veldbach kta apud Augiam,
Hadern, et Unwilr; necnon homines et ho-
-magia ac alia feuda omnium prescriptorum
exceptis hominibus puerorum, apud Baltin-
-husen, translatis residentibus et Kleckelino
servo premenorati de Veldbach, ipsiusq;
hominibus aliis uctra Winterthuram reti-

dentiam habentibus cum omni jure quo ad dictum hospitale illigs præscripti, qui in ipsum transtulerunt possidebant, sapissimè dicto Domino Abbati, fugie majoris nomine sui Monasterij conferant seu contradant perpetuò in pace et quiete debita possidendas. Adjectum est etiam de consensu partium predictarum, quod si aliqua dubitationis aut questionis sive controversie materia inter ipsas emerserit, illa debeamus per arbitrariam Sententiam dijudicare, et partes hinc inde debent super hoc nostro arbitrio in omnibus et per omnia obedire, ad hoc autem quod eadem partes super quibusdam dammis sibi invicem movebant questionem, dicimus arbitrando, actiones eadem fore remittendas penitus hinc et inde. presenti verò à nobis prolato arbitrio partes in ipsum liberaliter consenserunt, renunciantes hinc inde omni Juris adminiculo, canonici et civilis, literis Apostolicis aut aliunde impetritis et impetriendis, et generaliter omni Exceptioni seu defensioni cuilibet, per quam presens arbitrium calumniari posset, aut aliqualiter retractari.
Actum et pronunciatum Gottliben in camera nostri scilicet Episcopi, presentibus Walcone decano, Ruberto de Tannenveldt, et Eberhardo de Stropheneg canonicis Ecclesie constantiensis, Ramone decano Monasterij S. Galli, Conrado decano Augiensi, Ger Capel-

-lano

Capellano Dñi Episcopi Statre Eberhardo de Steffaren Monacho in Salem, Friderico de Stophenegg &c. militibus, & alijs quàm plurimis tàm Clericis quàm Laicis fide dignissimis Anno Dominii MCCLXXII. feriâ 4ta post Vincula Petri / 5. Aug. / Indict. XV.

Nos Albertus Dei gratiâ Abbas, Decanus, totusq; Conventus Monasterij Augiensis in pronunciationem dicti arbitri pensatâ utilitate Monasterij nostri multimoda consentientes, possessiones nostras prædictas cum omnibus juribus & pertinentijs suis juxta formam arbitrij superius declaratam Commendatori & fratribus Domûs S. Mariæ Theutonicorum nomine nostro & Monasterij nostri conferimus ex nunc perpetuo liberè possidendas, & premissa omnia prout in pronunciatione Arbitri prædicti premissa sunt, pro nobis nostrisq; Successoribus promittimus per presentes inconvulsa fideliter servaturos, renunciantes pro nobis nostrisq; Monasterio omni juris Canonici & Civilis auxilio & defensioni Literis Apostolicis aut aliunde impetratis & etiam impetrandis, & generaliter rei cuilibet, per quam presens donatio impediri posset aliqualiter aut cassari.

Nos verò Rudolphus Commendator Nos-

hospitalis S. Marie domus Theutonicorum
per Alsatiam et Burgundiam constitutas,
possessiones nostras antedictas cum suis
attinentijs universis, sicuti in pronuncia-
tione sententie est expressum, nomine dicti
hospitalis seu ordinis considerata utilitate
ejusdem, Reverendo in Christo domino Ab-
bati et Conventui Augie nomine ipsius
Monasterij presentibus tradimus et donamus,
possidendas perpetuo pacifice et quiete, et
promissa omnia et singula, quo in arbitri
forma continentur, promittimus pro ordine
nostro et nobis fideliter observanda, renun-
ciantes nihilominus pro nobis et ordine
nostro omni juris canonici et civilis auxilio
et defensioni, literis apostolicis aut aliunde im-
petritis et impetrandis et generaliter cuilibet
per quam presens donatio impediri posset ali-
qualiter aut cassari.

In cujus rei testimonium presentes litte-
re ad petitionem partium scripte, sigillo-
rum nostri videlicet Episcopi, Heinrici pro-
positi et Stephani Domini Abbatis et
conventus Montij Augiensis commendatoris
Domus Theutonicorum in Alsatia et Bur-
gundia, F. commendatoris Domus in
Sandegg robore sunt munita.

Ego Conradus Decanus Montij Au-
giensis predicte donationi interfui,

et

Ain ipsam Consensi, Ain hujus Testimo-
=nium presentibus Subscribi fecj.

Ego Burghardus Prepositus Monasterij
Augiensis predicte Donationi interfui,
Ain ipsam consensi, Ain hujus Testi-
=monium presentibus subscribi fecj.

Ego Adalricus Custos, Monij Augiensis pre-
=dicte donationi interfui fet ain ipsam
consensi, Ain hujus Testimonium, pre-
=sentibus subscribi fecj.

Ego Fridericus dictus Sonnenkalb de Teggen-
=hausen Monachus dicti Monasterij,
predicte donationi interfui, Ain ip-
=sam consensi, Ain hujus Testimoniū
presentibus subscribi fecj;

Ego Joannes de Luoben Monachus dicti Mo-
=nasterij Aug: predicte donationi inter-
=fui, Ain ipsam consensi, Ain hujus
Testimonium presentibus subscribi fecj.

Actum Augie in Domo Dñi Abbatis, pre-
=sentibus.

Lumone Decano Monasterij S. Galli.
F. Bz. Guardiano ordinis fratrum Mi-
=norum in Constantia.
F. N. de Klinekken ejusdem ordinis.

F. Eberhardo de Steckboren.
Fratre B. Uberlingensi.
Fratre N. de Schönenthal.
} Monachis in Salem.

B. de Burch Sacerdote.
Diethelmo de Ramstein Rectore Ecclesie in Ulma.

Et alijs quam plurimis fide dignis. Anno prædicto feria quinta post ad Vincula Petri [16. Aug.] in Domino feliciter.

Nota Benevole Lector! quod recensita literæ nullam faciant mentionem de Jure judiciali in Wolmatingen Domui Teutonicæ tradito, nec de jure retractus Bonorum proscriptorum Conventui Augiensi, in casum Venditionis reservato. De his verò, A diversis à superioribus quibusdam circumstantijs Gallus Oheim ex quodam Vidimus. de Anno 1822. agit, cujus Verba: in Vernacula prosita Legere ne Pigeat. Sie ille:

Ich Wilhelm von Gottes Gnaden Bischoff zu Constantz bekenne mit diesem Brief, das ich mit Rath und Willen meines Capitels, und der ersamen Herren Johannsen von Landenberg, Custor, Conrad von Hewen, Cantor, und Johannsen Truchsessen von Waldburg, und Johannsen Schenken von Castell, und Jörgen Schenken von Limpurg, Thumherren zu Constantz, und gemeiner Clerisey des Bistumbs Constantz, und mit Rath und Willen meiner Ritterschaft und Landtschaft, und meiner Amptleuten, Rittern und Knechten, und sonderlich der Ehrsamen Burgermeister, Rath und Burgern gemeinlich der Statt Constantz, meiner lieben und getrewen, und Ich mit

mit

mit Lutten und Gott abe zu Ehren ersöre-
ben Jolichs erkennt der ganz Rath und
seine Gemeind, das nun in der Meinung ein
Zeit lang bleiben sol, das were inen zuthun, und
zu gestatten, und also kommend die ordne
geistlich Menn einander Ehrenpreis von Gnd-
=wenn das ordnend Zeit einander bey den
den Closter von Hilbenscheide, und sein
den einander Hilgobt von Gndbenn und
einander Ulrich von Eyschen burg Gnd sol-
ordnend zu Marpurg für einander ver-
=ordnen von Gerwigen, obgenen Meyster
und ordnend H. Marxen Oeiberg das Gnd
Gnd von Zwifalten und andern Convent,
mit in versamlet, und vermachen sy
Jolcher Gotsgab und ordnung, das nun
darüber gebn ein Brief und Siegel gnugsam,
das sidmey in dem Gotshus Ow bey-
=behalten wie Herwerg solgt. Und darumb
so soll nun die vorgemelt Sach in der
Meinung und den vorgemelten Artickeln
die obberürt und den Visen das die
eingehalt, und den vorgemelten
Artickeln zu allen gnugsam, und das vorge-
=melt Gericht zu Volnerstungen die
alle Jungen in Cosmenge bleiben, als
nimb bissher in nutzlicher gewere beliben

Sein

Jahr von dem Anfang Jesu Christi
=geburt der Anfangs Zahl in Cosmo
genommen, so noch nicht vorhanden, und wir
da jemand Jahre und nimm Jahr Jahr=
zahl und XX Jahr Christi Cosmo Ge=
=burt in nun alle jene Jahr der Regi=
=ment haben sollen, und die vorgenannten
Mineros, und die vorgenannten Erlegod
und die vorgenannten Gewicht, und die
vorgenannten Kirchen Jahr, und allen Jahr
und allen denen und allen die heut die
Jahr gesetzet. das wollent wir uns, das
nun die in Acta wenig Jahr oder Jahr=
Zahl, von dem andern. wenn aber, wie=
=der Gott Jahr, das nun der nicht wollt an=
fahen, und Jahr wolte hinzufügen oder
verfahren; da soll es ewiglich wie vorher,
dem vorgenannten Kaiserlichen fürsten
Gottes Jahr der Anfangs, das auf Jahr
Zahl andere ist. f. hactenus Chemnis.

Annus Christi 1273. Regni 550.

Tandem iterum à divina Providentia, Elec=
=torum Consilia et vota dirigente Sacro
Romano Imperio provisum est de legi=
=timo capite in persona Rudolphi I. Habs=
=purgici, Archiducis Austriæ, Principis

Elec=

religiosissimi et victoriosissimi, electi die 31. Oct.

Heberus Abbas habitavit varò in Mo-
-nasterio, sed in castris vel ascibus, præsertim
in Arenangulo Vulgò Dornegg, sin Macis quon-
dam sede, ante annum finis Augiensis Jacta,
et Scopula, seu Joz Anu, in Augiæ Superiore
Carte, Catetid ex literis, abeo, presente
Anno ex Arenangulo et Scopula datis, ubi
etiam alia negotia consuevit expedire. ex
Arenangulo 1282. 8. Cal. Januarij /:25. Dec:/
ex Scopula 1267. eodem die

Anno Christi 1279. Augiæ 551.

Gregorius X. Pontifex Maximus ad instan-
-tiam et humiles preces Heberti abbatis
Conventusq; Augiensis confirmavit omnia
Augiæ concessa Privilegia et collatas li-
-bertates s. hoc Brevi Apostolico.

Gregorius Episcopus servus servorum
Dei.

Dilectis filijs Abbati et Conventui Monas-
-terij Augiæ Majoris, ad Romanam Ec-
-clesiam nullo medio pertinentis Ordinis
S. Benedicti Constantiensis Diœcesis Sa-
-lutem et Apostolicam Benedictionem.
Solet annuere Sedes Apostolica pijs Vo-
et honestis petentium desiderijs favorem
benevolum impertiri. Eapropter Dilecti

ni

in Domino filij Vestris justis postulationibus
grato concurrentes assensu, omnes liber-
=tates & immunitates à predecessoribus
nostris Romanis Pontificibus sive per pri-
=vilegia seu alias indulgentias Monasterio
Vestro, seu vobis concessas, necnon libertates
& exemptiones secularium exactionum
à Regibus & Principibus ac alijs Christi
fidelibus rationabiliter vobis inductas,
sicut eas juste ac pacificè obtinetis: Vobis
et per nos eidem Monasterio authoritate
Apostolica confirmamus, & presentis
scripti patrocinio communimus.
Nulli ergo omninò hominum liceat hanc
paginam nostre confirmationis infrin-
=gere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare presump-
=serit, indignationem omnipotentis
Dei & Beatorum Petri & Pauli Apos-
=tolorum ejus se noverit incursurum.
Datum Lugduni VI. Kal: Augusti. Pon-
=tificatûs nostri Anno tertio.

Eberhardus

Eberhardus II. Episcopus Constantiensis ubi-
-lissimus Cathedrali suæ Ecclesiæ, postquam
excommunicationis fulmine percussit Wern-
-erum ab Homberg et Consortes, invasores et
turbatores Monasterij Einsidlensis feliciter in
Domino obijt 9. Febr: Sepultus omni honore
in medio chori Basilicæ Constantiensis.
Eligitur Ludolphus II. Comes Habspur-
-gius, Imperatoris Ludolphi Habspurgij
Canonicus Basiliensis et Con-
-stantiensis, Episcopus L.

Annus Christi 1275. Augiæ 552.

Annus Christi 1276. Augiæ 553.
Moritur Gregorius X. 7. Januarij. Se-
-quitur Innocentius V. creatus 21. ejusdem
qui etiam hoc anno 22. Junij defunctus
creatur 20. Julij Adrianus V. qui quoq;
hoc anno 18. Augusti relictis clavibus
decedit, quo traduntur tandem ad octo
sanctum menses Joannis XXI. creato
16. Septembris.

Annus Christi 1277. Augiæ 554.
Post octo menses, ut prædiximus moritur
Joannes XXI. 16 Maji Navicularum

Petri

Cui dirigit Nicolaus III. creatus 25. Nov.

Hoc anno Lacus Acronius frigoribus totus concretus. est Brigantium usqs ad Lindavium.

Annus Christi 1278. Augiæ 556.

Annus Christi 1279. Augiæ 556.

Annus Christi 1280. Augiæ 557.

Nicolao III. die 23. Augusti moriente, vacat Sedes mensibus 8. diebus 29.

Cum Theodoricus quidam Prior S. Andreæ Arbevetani censuum et Decimarum in subsidium Terræ Sanctæ concessarum, collector contra justitiam et aequitatem census non debitos exegisset, et alijs artículis monasterium Augiense gravâsset, Henricus de Schinen ejusdem Augiensis Monasterij procurator, nomine et vice dicti Monasterij super injustis gravaminibus Instrumentum Appellationis et accusationis confecit. Datum Constantiæ 8. Cal: April: [:25. Martij:] Anno 1280.

Annus

Annus Christi 1281. Augiæ 558.
Christi in terris Vicarius Cœlestis 17. Februarij
Martinus IV.

Annus Christi 1282. Augiæ 559.
Albertus Abbas Item in Arenangulo resi=
dens literas et alia negotia expedivit, pre=
=sertim in lite cum Conrado Maijer de Hof=
=singen, quæ composita est mediantibus
D. Conrado de Gundelfingen Decano Au=
giens. Monasterij, Ludovico de Gerlikon,
et D. Wilhelmo Plebano, in Singen. Datum
in Sandegg VIII. Kal. Jan. / 25. Decemb. / in
Nativitate Dni. Oheim.

Annus Christi 1283. Augiæ 560.
Dnus Bertholdus Sacerdos de Burg Canonicus
S. Georgij in Superiore Cella in Augia dona=
=vit Vineas et possessiones quasdam sitas,
propè S. Gothardum in Augia, ad Communes
usus dominorum in Monasterio Augiensi
existentium.

Annus Christi 1284. Augiæ 561.

Annus

Annus Christi 1285. Augiæ 562.
Obijt Martinus IV. Pontifex Maximus 28.
Martij Curam Ovilis Christi Subijt Honorius
IV. creatus 2. Aprilis.

Annus Christi 1286. Augiæ 563.
Hebertj Abbatis et Conventualium Augi-
-ensium, necnon ducum Austriæ Hebeti
et Rudolphi permissione et simul dotatio-
-ne fundata est missa in Sacello Calcatij
Augiensis Matrone Campi, Vulgo in Frau-
-feld. Scribit. ohem ad hodiernam usque
diem Videri in Literis fundationis, quod Si-
-gillum Abbatis et Conventus pendeat à
Dextris Sigillorum Ducum prefatorum
has Literas Videndi nobis facultas nulla
est facta.

Hoc anno industria Rudolphi II. Epis-
-copi Constantiensis emptum est Epis-
-copatui Castrum Radenach.

Annus Christi 1287. Augiæ 564.
Honorius IV. moritur 3. Aprilis, Sedes va-
-cat Mensibus 10. Diebus 8.

Canonici Schinenses Vineam, Kilam in
Augia, in loco, qui dicitur: in der Hirzli,
cuidam dicto: Vlat: in proprietatem tra-
-diderunt, hoc tamen pacto, ut pro annuo

Censu

censu 18. Nummos annuatim ad festum S.
Martini Schinam tradendos persolvat.
Littera desuper Sic habent:

Universis Christi fidelibus, quibus presens Scriptum recitatum fuerit, H. Custos Ecclesie in Schinon, Clerigs Confratres sui devotas orationes in omnium Creatore. Cùm labilis sit humana memoria, ea que gerantur inter homines, ne labantur cum tempore, litterarum solent testimonio perennari, ut sic possunt ni posteros quocunqs notitiâ pervenire. Noverint igitur Jam posteri, quàm presentes per tenorem presentium, quod cùm Vinea sita in Augiâ majori in loco qui inter Wüesti nuncupatur ad Capitulum nostre Ecclesie Scilicet in Schinon jure proprietatis pertineat, nec de eadem quidquam emolumenti vel utilitatis Capitulum memoratum consequi potuerit, Nos Canonici ejusdem predicte Ecclesie ni Schinon H Custos, H. Plebanus Schinon, H. duchus de Honbure. C. Plebanus in Wangen. C. Plebanus ni Gr Ameringen A.B. de Augiâ dictus locus ipsam memoratam Vineam ob certitudinem amplioris utilitatis A Commodi Burchardo, dicto Schade, nomine sepè fate Ecclesie A Capituli ni Schinon contulisse presentibus publicè testamur, abeo suisq heredibus ex nunc in posterum quietè A pacificè sub annuo Censu possidendam videlicet, ut singulis annis decem A octo

de=

denarios monete Constantiensis tam ipse
predictus D. quam Heredes sui persolvant,
in festo D. Martini, eisdem fratribus seu Ca-
nonicis officiantibus Ecclesiam Schinensem,
quos Nam denarios per se vel per alium
fidelem Summ munthum annuatim trans-
mittere teneatur. Eisdem Canonicis sine
Gravamine ac damnis eorundem. In Cujus
facti Testimonium presentem Cedulam
jam Sepè dicto D. et Suis Heredibus tra-
didimus, Sigilli nostri Capituli munimine
roboratam. Datum Schinon Kalendis Oc-
tobris Indictione XV. Anno Domini
MCCLXXXVII.

(L S.)

Annus Christi 1288. Augiæ 565.
Thronum Pontificium Romanum con-
scendit Nicolaus IV. creatus 22. Febr.

Annus Christi 1289. Augiæ 566.
Heberhus Abbas circa hæc tempora Consti-
tutionem quandam edidit pro Clero Secu-
lari Capituli ruralis Augiensis, quam in
hæc verba Scriptam hic apponimus.

Heberhus

Albertus Dei Gratiâ Abbas Augiæ &c.
Dilectis in Xto Rectoribus, Canonicis,
Prebendarijs, Vicarijs Ecclesiarum, et Uni-
verso Clero Insulæ Augiæ &c. Intellexi
quod Vestra Devotio consuetudine nimis
reprehensibili, qua videlicet res decedentium
Clericorum repentina eidem invasione
abstrahebant, usq; ad hoc tempora non
modicum sit turbata, Nos ad instantiam
Vestram et devotam supplicationem hu-
-usmodi turbationi Vestræ imò Clericalis
honestatis deformitati voluntium vo-
-lentes remedium adhibere, de communi
fratrum nostrorum Consilio et assensu
perpetuò decernimus statuendum, ut,
cuiùs de vobis aliquem infirmari con-
-tigerit, Camerarius Vester, quem inter
vos magis idoneum habere consuevistis,
Assumpto secum potiori Concanonico
ipsius infirmi, quem nos vel Successor
noster quilibet, si presentes fuerimus,
ad hoc deputabimus, aliquin, quem in-
-firmus ipse preelegerit, omnes ejusdem
res infirmi faciat sibi fideliter assignari,
et si infirmum eundem vitam universæ
carnis contigerit ingredi, primò de rebus
ipsius Creditoribus suis de quantumvis
debitis satisfiat, ac deinde Testamenta-
-ria Voluntas Decedentis, quam juxta
Consilium prenominatorum ordinandam

duxeris, effectum debitum sortiatur. ff.
Ut igitur prescriptum Statutum nostrum
utile ac honestum, ac â Vestrâ universi-
-tate nunc tanter ac unanimiter accep-
-tatum firmitatis debite robur obtineat,
Nostro, et Conventûs nostri Sigillo fe-
-cimus roborari.

L.S. L.S.

Datum Christi 1790. Augusti 567.

Annus Christi 1791. Augusti 568.
Imperio Romano occidit præfulgidum
Lydus in Morte Rudolphi I. 15. Julij,
Natis anno 73. Imperij 19. Germers-
-heimij defuncti et Spiræ Sepulti.

His temporibus Constantienses in auxi-
-lium Episcopi sui Rudolphi ab Alberto aus-
-triæ Duce, Rudolphi I. filio ad arma capes-
-senda compulsi, contra eundem Albertum
oppidum Buchorn obsidentes devastârunt,
damnaqs usqs ad 8000. marcarum Argenti
intulerunt, atqs magnam Tritici, Vini, pe-
-corum, ac inventorum Thesaurorum cum-
-lum reperientes abstulerunt, ipso die Sti
Martini 11. Novembris.

Annus

Quemadmodum autem hii annus ab Ecclesia, et ab Imperio et à Constantia abro notandus, erat lapillo, sic Diethelmo nostro fidelissimo, infidelitatis nigredo aspergi videbatur, paulo tamen post eluenda. Item pauis accepe:

Super Contractum et donationem muhuam Monasteria inter Augiense et Söflingense, de quâ priore retulimus anno, Instrumenta confecta erant, sigillis Abbatis et Conventus munita: et ecce! duo perversi et fugi Monasterii pertesi religiosi, D. Rumo Præpositus Monasterij, et D. Lütoldus de Krenkingen apud Episcopum Constantiensem fuerunt, quasi sine sua et Conventûs licentia literas seu Instrumentum sigillo Conventûs munierit. Post sex verò dies comparent apud eundem Episcopum, D. Joannes Decanus, Dom: Fridericus Summerkalb Camerarius, Dnus Conradus de Griffenstein Præpositus ad S. Pelagium, D. Anselmus de Wildenstein, D. Albertus de urselingen, et D. Ludovicus de Regenspurg seu Regensperg omnes Monachi et totus Conventus, qui unanimi ore palàm contestati sunt, Instrumenta illa cum prescientia et licentia sua obsignata fuisse. Ex quo patuit horum duorum Monachorum invidus contra abbatem suum animus, qui mendaces reperti grandi confusi sunt pudore. Acta sunt hæc Constantiæ in die S. Nicolai, 6. Decembris 1314. Ohem.

Annus Christi 1315. Augiæ 592.

Nobiles de Fridingen hoc anno fundárunt ad Ecclesiam Parochialem in Pingyn Lumen perpetuum.

Auctoritate ordinaria facta est Monitio Augiensi Confirmatio Donationis Decimarū et Novalium in Prúpplingyn.

Annus Christi 1316. Augiæ 593.

Tandem hucusqs Vacua Romano-pontificia Sedes Legitimo ab insessore occupatur, nimirum Joanne XXII. creato die 7. Augusti.

Ecclesia S. Gothardi in Augia à duobus fratribus nobilibus de Salenstein initium habens, permissione Diethelmi Abbatis & Conventus, necnon procuratione Dñi Burchardi de Salenstein Parochi ad S. Joannem in Augia Consecrata est. Oheim.

Sepulchrum hujus aedis, sicut et in Sacello S. Laurentij juxta Parochiam S. Georgij in oberzell, aperuit & profanavit: Ldmus D. Episcopus Franciscus Joannes de Prasberg 5. mense Junio 1698.

Annus Christi 1317. Augiæ 594.

Diethelmus II. ab Henrico Comite de Fürstenberg, Vasallo Monasterij Augiensis, iniquis ausibus captus, et biennio in Austria detentus est; de hāc captivitate uberior recurret loquendi materies Anno 1320.

ubi

ubi de deserendis redemptionis pactionibus
actum sumus.

Annus Christi 1318. Augiæ 598.

Eberhardus III. seu Gerhardus Episcopus Con=
=stantiensis LIII. post duodecim regiminis
Pontificalis annos evocatur è vita, et
communibus suffragijs totius Senatûs Ca=
=nonici eligitur Ludolphus III. Comes Mont=
=fortius Episcopus LIV. Vir insigniter pru=
dens, ædificavit Castrum Arbonense. Scri=
=bitur etiam de eo, quod ob dexteritatem
suam, in Episcopatûs Curiensis, et Abbatiæ
San-Gallensis Gubernatorem fuerit assumpt.
V.S. I. 4. 2.

Annus Christi 1319. Augiæ 596.

Annus Christi 1320. Augiæ 597.

Diethelmus noster in initio anni 1317. ab Hen=
=rico Comite Fürstenbergico capitis huius in
capitulate destituitur, hujus capitulatis varie
adduuntur rationes. Ohem. Et alij ex eo referunt,
controversiam quandam inter abbatem et
comitem Vasallum Monasterij Augiensis
exortam esse propter hæreditatem Diethelmi
Parochi ulmensis, non ita pridem defuncti,

comitis cognati, ad quam Abbas & Comes jus habere prætenderint; Stumpfius scribit: Sed ineptè, quod Abbas Monachis exosus sit factus, eò quod nec Comes nec Baro fuerit, & hi ad eum capiendum Comitem instigârint; Bucelinus, Bruschius, Crusius volunt, quod nonnulli ob reformationem Disciplinæ regularis impatientes & refractarij Monachi apud Comitem cognatum suum, tantum effecerint, ut vis in Christum Domini manus injecerit violentas. Ægidius, Tschudius, in Chron: Helvet. P. I. L. V. fol: 291. Stylo Germanico fusè rem narrat, negs tamen expressè causam litis adducit in hæc verba gesta describens: Inter Diethelmum Abbatem Augiensem, Baronem de Castell, & Henricum Comitem de Fürstenberg dissidium intercessit, adeò, ut Comes abbatem caperet, & in custodia detineret, donec promitteret, se in re controversa Rudolphi Comitis de Werdenberg & Hugonis Comitis de Montfort. Dni Brigantij aquieturum sententiæ quam cungs demum hi tulerint, Spondere tamen prius abbas urgebatur à Fürstenbergico ut se ab excommunicatione, qua eum Abbas per Bullam romanam innodârat: fortè hic Comes iterum Fürstenbergici: / Solvi procuret, & Dno Engelwardo de Falkenstein ob prætensionem, quam is in Henricum habeat, ad arbitrium D. Cunradi ab Homburg, & Dni Alberti de Clingenberg, pro eôdē Henrico Comite satisfaciat. Uxor quoq; fra-

Furstenbergici Anna Comitissa de Freÿburg in Brisgoia plures possessiones in feudum à Monasterio Augiensi obtinuerat, his Abbas Diethelmus à Conventus ex Sententia D. Conradi de Blumneck, D. Henrici de Baldeck, & D. Alberti de Klingenberg renuntiare cogebatur, hâc conditione, ut, nisi abbas his omnibus Heberi, Comiti Henrico 200. argenti marcas monetæ Constantiensis exsolvat, & nihilominùs ad ea, quæ per Sententiam judicum definita exequenda teneatur; ac in hunc finem Diethelmus gravissimas Cautiones præstare, ac Sequentes debuit constituere Vades, quorum hæc sunt nomina:

Wilhelmus de Montfort, Dñus in Tetnang Comes.
Eberhardus de Nellenburg, Comes.
DD. Ulricus Walterus de Clingen
Henricus de Tengen.
Conradus de Bussnang.
Luitold de Greifsenberg.
Luitold de Krähenfingen.
Rudolphus de Herwen Junior.
Henricus de Hemeck.
Albertus de Castelen. Barones.

DD. Nicolaus de Kenzingen Can: Cathedralis Constant:
Joannes de Kenzingen ejus frater, Can: Constant:

Joannes Truchsesius De Dièssenhoven Clebang
in Riedlingen.
DD. Cunradus de Thierberg.
Cunradus de Heidelberg.
Henricus de Homberg.
Cunradus ejus frater.
Ulricus de Ramschwag.
Burchardus ejus frater.
Henricus de Hewdorff.
Egpertus de Goldenberg.
Burchardus Schenck de Castell.
Fridericus de Meckingen. Equites.
Albertus de Stoffeln
Ulricus de Oberriett.
Jacob Herr Leutherr Zu Treuchtlingen
Cunrad Herr Cuestner
Joannes de Schönstein.
Joannes Herr Harbar.
Actum die Mercurij post S. Mathiæ /: 26. Febr. /
anno Domini MCCCXX.

Hucusq; de captivitate Dietheimiana prolata annalista è Petri domo, literis admandatis, in hunc prosequitur modum.

Causam captivitatis Dietheimi, quâ Comes Henricus fürstenbergicus sanctimonialium eum ausu planè sacrilego per tres annos detinuit, nec ohem, nec Stumpfius, nec Bucelinus, nec Bruschius, nec Crusius certò norunt, Ols vtq; conjectura omninò felici eam optimè deligit, nempè casam ad

preces

preces Diethelmi â Pontifice excommunica-
=tionem fomitem irarum Comiti fuisse, Averò
fuit certè, Diethelmus senim solertissimus
rerum curator postquam â Clemente V. anno
1306. nondum Augiæ abbas confirmationem
omnium Exemptionum, Libertatum, & Im-
=munitatum ac Privilegiorum obtinuerat,
postea jam Abbas Augiæ & Petri domûs Gu-
=bernator ab eodem Pontifice obtinuit Man-
=datum Apostolicum, & Abbatem Elbaugi=
=ensem, ut tanquam Commissarius Apostolicus
abalienata abs Petridomo Bona recuperet, illa
censuris adhibitis, qui quidem abbas omnem
adhibuit diligentiam, ut injustos Possessores
& Henricum preprimis Comitem ad ea re=
=stituenda promoveret, at frustra omnia: p
non destitit Diethelmus, & Petrum ad abba-
=tes ad Scotos Constt. & Rhenaugiæ simul &
ad Henricum de Tisendorff Canonicum Cu=
=riensem stricius obtinuit Mandatum;
Qui quidem Commissarij Mandatum Apos-
=tolicum, tum erga ipsum Henricum, tum
etiam alios solertissimè executi sunt, aliquos
ad restitutionem adegerunt, Henricum verò
Comitem potentiâ sua nixum omnia sper-
=nentem, Summo Pontifici reliquerunt, qui
eum Anno 1308. fulmine Ecclesiastico ab
Ecclesiâ separavit.

Henricus verò spretâ Ecclesiæ Sententiâ
gravioremadhuc incurrit S. Pontificis dis-
=gratiam, eo quod ipse tunc temporis adhuc ad-

=vocatus Petri domus, seu potius Tyrannus, post Translationem Diethelmi in Augiam, timens, ne potentia & potestate ipsi jam major Diet=
=helmus ab advocatia illum vi depelleret, quam tamen usurpative tantùm contra Friderici I. & II. de Anno 1214. Henrici VII. alijs VI. An° 1226. & Wilhelmi Anno 1249. Novissimè sub eodem Diethelmo Henrici VII. alias VII. annis 1309. & 1312. emanata Cesarea Man=
=data violenter retinebat.

Quare Translato in Augiam Diethelmo mox comes Henricus Petridomum invadit, ut ipso dimisso Diethelmo Consanguineum suum Ulricum Comitem de Buchhorn Monachum & Ahusianum Abbatem eligerent, severè man=
=dat; fratribus verò à ipso tam Ulrico, con=
=tradicentibus, legs juramento & semptio pro=
=misso, ne à Diethelmo discederent, & alium, quamdiu viveret, assumerent, affirmantibus, ille An° 1316. Petridomum despoliat, omnia di=
=ripit, & spolijs onustus iratum plenus dis=
=cedit, quod, dum Diethelmus tum Papa, tum Imperatori conqueritur, ab isto advoca=
=tia privatur, a illo autem demùm excom=
=municatur.

Henricus verò omnia Sacra & Sancta contemnens Diethelmum abbatem insidiosè capit, & Carceri includit, nec cum prius post triennium, iniquissimis certè, & Augiæ aquè ac Petridomui damnosissimis conditionibus

coactè

coactè initis & exortis / libertati restituit.
Haetenus Annalista Colmariensis.

Annus Christi 1321. Augiæ 598.

E custodia liber domum redux Diethelmus Abbas, totusq; Conventus in Augiensi Monasterio consensum probet super donatione et Donatione Altaris S. Galli, facta ab Henrico dicto de Immelhausen, vel Ammelhausen, in qua predictus Henricus Salutis suæ animæ providere cupiens in ipsius animæ, suorumq; progenitorum remedium animarum Vineam suam dictam in Augia in loco Gutenn zů dem Wasserthurn, contiguam Vineis dicti Schiesser et dicti Gonnaßin de Constantia, à dicto Dno Abbate feudalem titulo feudi homagialis, et medìam decimam suam in Gundtfinden à Quemone Hospitalario dicti Monasterij feudalem de consensu prædictorum Dominorum et unanimi voluntate tradidit et donavit, sano mentis et corporis Altari S. Galli in monasterio vocato realiter perpetuò pertinendas, sic videlicet, quod Sacerdos quicunq; prebendarius ejusdem altaris pro tempore fuerit in officiando ipsum altare, pacificè possidere debet Vineam et Decimam prælibatam, fructus quoq; et proventus recipere, et suis applicare rebus ac usibus, cujusvis contradictionis obice non obstante, solemnitatibus traditionis, et donationis adhibitis. In cujus rei evidentiam

præsentes Litere Sigillorum Abbatis, Hospi-
=talarij et Conventus Monasterij predicti colo-
=re communito sunt. Datum in Augia majo-
=re 3. Non: Augusti: A: 3. Aug: 1321.

Similis hoc eodem anno ejusdem Augiensis Mo-
=nasterij Abbatis et Conventus accessit consensus,
super donatione Adotatione altaris S. Galli à
Walthero de Tettingen facta, in qua in remedium
animæ suæ, suorumq; progenitorum medium
partem decimæ suæ in Rönnrug, quam emit
ab Henrico dicto de Thurin, cive in Cella Katholdi,
quam idem Henricus à monasterio titulo
feudi tenuit, et possedit, ac Vir providus Henricq
de Arnolfsperg Vineam suam sitam in Augia
in loco vulgo Zů den Ungschnitten
contiguam Vineis dicti Bluwardo et dicti de Horn-
=aspin de Constantia à predicto abbate feudalem
et medium decimam suam in Gündelfingen à
Rumone hospitalario Monij feudalem ad al-
=tare fundatum et constructum in honore B.
Galli de predictorum consensu et unanimi
voluntate expressa tradiderunt et donaverunt,
realiter perpetuo pertinendas, ad hoc, ut Sacerdos
sive Prebendarius Secularis per abbatem, qui
pro tempore fuerit, quandocunq; Aquarien-
=cunq; vacaverit, ad residendum ibidem, et
ad officiandum ibidem instituatur, et ut
idem Sacerdos singulis diebus missam celeb-
=ret, vel sub silentio dicat in altari superà
scripto. Quod singulis horis Canonicis in

illorum

illorum interesit Choro, nisi culpa legitima fuerit prepeditus, et si idem Sacerdos in premissis negligens fuerit aut remissus exinde Decanus Monasterij, qui pro tempore fuerit ipsum corrigat et poenam imponat, juxta delicti qualitatem, pro ut sibi videbitur expedire. In quorum evidentiam omnium, ipsorumq; perpetuam firmitatem Sigilla predictorum sunt appensa. Data et acta in Monrio nostro Anno domini 1321. Cal: Decembris /: 1. Decembris. /

Annus Christi 1322. Augiæ 599.

Congressi armis Ludovicus Bavarus, et Fridericus Austriacus apud Mühldorff, ubi Fridericus à Schwepermanno, Ludovici Supremo Belleduce nicylo, captus est.

Annus Christi 1323. Augiæ 600.

Annus Christi 1324. Augiæ 601.

Seculum VII.

Drèthelmus Abbas cum communi Capituli Consensu et deliberatione curiam /: hanc sc. d. :/ Stam in Wangen cum omnibus suis fundibus Redditibus et pertinentijs universis, exceptis duntaxat hominibus universis et singulis ijsi curiæ et predicto Abbati proprietatis titulo pertinentibus, mobilijs et peculijs

seu hereditarijs eorundem hominum, ac omnibus
juribus et servitijs debitis et consuetis, que dicti
homines facere monasterio consueverunt, et
jure patronatus Ecclesie in Wangen, que omnia
tenore presentium Monasterio specialiter reser-
-vantur: / Viro strenuo Dertholdo de Mach milite
Luggarde uxori sue legitime eorumq; heredibq
pro precio LXIIII. Marcarum argenti puri
et legalis Constantiensis vendidit in solidum
et tradidit. Quo facto D. Berchtoldus miles
volens Monrio facere gratiam specialem pro
se, sua uxore, et suis heredibus universis,
eidem Monrio, ejusq; abbatibus et succeso-
-ribus plenam ac liberam potestatem tradi-
-dit ac concessit, ut quandocunq; voluerint,
seu visum fuerit, dictam curiam cum omni-
-bus suis juribus et pertinentijs prelatis
redimere possint pro precio LXIIII. marca-
-rum memorato, ac ipsum Berchtoldum,
suam uxorem, ac heredes universos adreven-
-dendum dictam curiam omninò teneri;
quod si forte eis, vel uxori sua, seu heredes pre-
-tium oblatum per ipsos venditores et suc-
-cessores deponi debet apud monetarium pub-
-licum civitatis Constantiensis, quo depo-
-sito et notificatione predicto Dertholdo,
uxori sue seu heredibus facta predicta ven-
-ditio, traditio, et in corporalem possessionē
missio ipso facto pro insertis haberi debent,
perinde ac si venditio nunquam fuisset celeb-
-rata. Data in Augia Anno M. CCCXXIIII.

Anno

Annus Christi 1325. Augiæ 602.

Annus Christi 1326. Augiæ 603.

Albertus de Badweg, et uxor ejus Elisabetha emunt ad Beneficium S. Galli duo prata in Marckelfingen sita, quorum uni Arx Dou, alteri Arx Rorin Vocabulum est, eâ conditione, ut Capellanus ejusdem Beneficij usu eorum perfruatur, et annuatim ad aram S. Galli reddantur, 4. libræ Ceræ. Datæ in diè S. Joannis Baptistæ. 24. Junij V. S. I. 4. 2.

Annus Christi 1327. Augiæ 604.

Diethelmus Abbas cum suis Conventualibus â Joanne XXII. Summo Pontifice per Intercessionem Serenissimi Principis Leopoldi Austriaci, qui, quanta passa sit damna ac incommoda bellorum et Captivitatis Diethelmi tempore Augiæ, in suo ad eundem Papam supplici Libello fidelitèr narrat, Ecclesiam ulmensem Augiensi uniendam impetravit. Commiserat Papa totum negotium Episcopis, Rudolpho de Montfort, Constantiensi et Henrico Argentinensi, sicuti ita, ut à Principe et Abbate in supplicibus libellis de rebus augiensibus oblatum sit, invenerint constitutum, ex Papali concessa potestate

ulmensem Ecclesiam Augiensi attribuant, quod
A factum est, Constantiæ Anno Domini 1327.
3. Non. Apr: / 3. Aprilis: / Indictione 10.

V. S. I. 4. 2.

Annus Christi 1328. Augiæ 605.
Ludovici Bavari Epocha Imperij Romani à
die 17. Januarij Coronationis ejusdem.

Diethelmus Abbas Augiæ confirmavit
D. Berchtoldum de Augusta Præpositum in
Insulis Wengensibus Ulmæ in præsentia Con-
-ventualium Augiensium quorum hæc sunt
nomina:

Conradus de Griffenstein Decanus.
Luitolfus de Aenzingen Scholasticus.
Albertus dux de Urslingen.
Henricus De Gessiten.
Nicolaus de Aesch.
Nicolaus de Guotenberg.
Eberhardus de Brandis. Chem.

Joannes et Henricus de Hagenbach fratres ex Sen-
-tentia Hermanni de Laste Ammanni in Steck-
boren renunciarunt Juri suo, quod habebant,
aut habere sibi videbantur ad Decimas in
Gundelhard, ab Henrico de Ammelhausen
legitimè emptas, et altari S. Galli in Au-
-gia liberè donatas. f. V. S. I. 4. 2.

Annus Christi 1329. Augiæ 606.
Summus Pontifex Joannes XXII. paternè
pro-

providens Augie, sedi suo immediatè subjecto, mandat, quatenus Plebanus Augustensis Ecclesiæ ea, quæ de Bonis Monrij Augien=sis illicitè alienata vel distracta ad jus et proprietatem ejusdem Monrij legitimè re=vocare procuret, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita com=pescendo. Testes autem, qui fuerint nomi=nati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, Censura simili Appellatione cessante com=pellat, veritati Testimonium perhibere. Datum avinioni 7. Id. Octobr. A. 9. octob. Pon=tificatûs sui Anno 13.

Mandatum Commissionis priori con=simile dirigitur ad Cantorem Eccleſiæ Tu=ricensis Constantiensis Diœcesis ad revoca=tionem Bonorum ab Augiensi Monrio alie=natorum spectans. Sub eodem datoet anno.

Eadem Sua Sanctitas Mandatum Commissionis alterum sub eodem dato et anno ad prefatum plebanum Augusten=sem destinat, quatenus is curet, ut Comites et Barones, nobiles, milites, et alij cujus cu=jusvis Diœcesis Augustanæ, qui terras, do=mos, possessiones, vineas, grangias, prata, pascua, nemora, molendina, et alia Bona immobilia sub annuo censu à Monaste=rio Augiensi teneant, Censum seu Redditum hujusmodi Abbati, et Conventui, ut tenentur, exhibeant, sin negent, premissa monitione

per Censuram Ecclesiasticam appellatione remotâ jurisdictiâ suadente compellantur; Testes si fuerint nominati, si le gratiâ, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante compellantur. Datum Avinioni 7. Id. October. anno Condificatûs Joannis XXII. 13. V. S. I. 5. I.

Annus Christi 1330. Augiæ 607.

Fridericus Austriacus obijt in octava Epiphaniæ 13. Januarij.

Conradus Episcopus Frisingensis tradidit et donavit Monrio Augiensi vineam, sitam in Augia in loco Brügg dicto, post mortem suam liberè possidendam. Datum Constant. proximâ die Jovis post S. Martini, quæ fuit 12. Novembris.

Annus Christi 1331. Augiæ 608.

Annus Christi 1332. Augiæ 609.

Ludolphus III. Episcopus Constantiensis, eò quod Ludovico Bavaro Regi à Joanne XXII. excommunicato tenaciùs adhæreret, et ipse simili excommunicationis sententia percussus, in eâ sine absolutione ad hunc usq; annum permansit, vi quæ et obijt Arbonæ, proximâ die Lunæ post Ascensionis Christi, quæ fuit 1. Junij, ibiq; pro-

profano ferre mandatus est, post 20. tamen annos impetratâ absolutione sacratis humatus est Glebis.

Electus in Schismate à majore parte Canonicorum Nicolaus I. nobilis à Krenzingen et Frawenfeld, cognominatus vulgò Gottmirsso. Episcopus IV. alij elegerunt Albertum comitem de Hohenberg, qui tamen bello à Nicolao victus cessit. V.S.I.S.I.

Annus Christi 1333. Augiæ 610.

V.S.I.S.I.

Annus Christi 1334. Augiæ 611.

Joanni XXII. 4. Decembris morienti succedit Benedictus XII. creatus 20. ejusdem.

Ludovicus Cæsar exoratus à comite de Hohenberg, ut sibi pro filio suo Alberto, in episcopatu Constantiensi stabiliendo suppetias ferret, quod & fecit, sed quia major pars capituli, ut decebat, retento Nicolao, Albertum agnoscere nollet, is irâ concitatus, urbem Manspurgensem ditioni episcopali subjectam per 14. septimanas frustrà oppugnavit.

Annus Christi 1335. Augiæ 612.

Annus

Annus Christi 1336. Augiæ 613.

Annus Christi 1337. Augiæ 614.

Jus Confirmationis super Electione Præ-
=positi Monasterij S. Michaelis in Insulis Werg-
=ensibus prope Ulmam ad abbatem Augi-
=ensem spectans, Wilhelmus Abbas Augien-
=sis hoc anno iterum exercet & confirmat,
electionem ejusdem loci Præpositi Truthliebi.

Annus Christi 1338. Augiæ 615.

Annus Christi 1339. Augiæ 616.

Benedictus XII. Pontifex M. mandat Ab-
=bati S. Blasij in nigra Sylva, quatenus
is curet, ut Clerici, & Ecclesiastice Perso-
nam religiose quàm Seculares Aram in
Dignitatibus & Personalibus constitutæ,
nec non Comites, Barones, Nobiles, milites,
& alij laici Constantiensis Civitatis & Dio-
=cesis, qui Castra, domos, Vineas, Villas,
grangias, prata, pascua, nemora, molendina,
Sylvas, Terras, possessiones, Jura, Jurisdictiones,
& nonnulla alia Bona immobilia, sub
annuo censu, & Hospitali Pauperum //

Augiæ

Augiæ Majoris teneant, censum hujusmodi ejusdem Magistro & fratribus exhibeant, sinminùs monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remotâ, justitiâ mediante compellantur &c. Datum Avinioni Pontificatûs sui anno 5.

Annus Christi 1340. Augiæ 617.

Grangia, seu Nürnb in Thürlespingen à Berchtoldo de Stoffeln, Plebano in Singen, pro annuo censu in feudum elocatur.

Eodem anno fundatur & dotatur Beneficium aliquod in Thiengen, dictum ad Annelingen, cujus Collatio pertinet ad Abbatem Augiensem.

Annus Christi 1341. Augiæ 618.

Annus Christi 1342. Augiæ 619.

Moritur 25. Aprilis Benedictus XII. Sequitur Clemens VI. creatus 7. Maji.

Annus hic postremus fuit Diuturni & Laudabilis, ac simul Laboriosi Regiminis Diethelmi II. Abbatis Augiæ XLVI. qui die 16. Martij Deo animam, & Corpus Tellæ Augiensi commendârat. nactus Tumulum in Ecclesia nostra Monasteriali in Choro seu Capella S. P. Benedicti propè murum

4 gradus, quibus ascenditur introitur ab
ara S. Benedicti ad Chorum majorem: Lapis
Sepulchralis oblongus et aliquantum elevatus
figuram habet Abbatis infulati, Scriptura
verò in circo non amplius ex toto est legibilis.

Ejus tempore reditus Monrij Augiensis
annui computabantur ad sedecies mille
f: 1600: / florenos.

Post Exequias Diethelmo celebratas, per
compromissum factus est Abbas XLVII. alijs
XLIX. Eberhardus Baro de Brandisio, Mo-
=nachus Augiensis adhuc Diaconus Germano
frater Henrici III. Abbatis Einsidlensis, dein
Episcopi Constantiensis. Contra cujus elec-
=tionem licèt Diethelmus à Krenzingen re-
=clamans se se opposuerit, nihil tamen ef-
=fecit.

Nam Eberhardus ab ipso Papa Clemente
VI. more suorum Antecessorum, confir-
=mationem, algs benedictionem facile im-
=petravit privilegia sui Monasterij stabi-
=liri probari et corroborari promeritus per
Bullam confirmationis, Datam Avinioni
6. Cal. Julij f: 27. Junij: Anno Pontificatûs
sui 2. qui erat sequens 1343. Erat Eber-
=hardus Vir doctus, statura pusillus, at Bo-
=norum Monasterij sui insignis et arti-
=ficiosus Dilapidator, et dissipator. In-
=venit Coenobium, tam in divinis, quam
temporalibus, ut ex antecessoris ejus regi-
=mine liquet, optimè disposituum, sed rem

Domes-

domesticam pessimè administrans, multùm
Diethelmo in pietate, Religione, moribus,
regnandigs dexteritate et prudentia dissimilis,
multa maximo Coenobij praejudicio, ac dispendio,
oppignorans, Expensarum et acceptarum Co-
=dicillos, ne Successores ejus, quantùm malè con-
=sumpserit, deglutiverit, abalienârit, alijs
donârit, resciant, combussit. Ejusmodi deplo-
=randa Specimina per decursum regiminis ejus,
sat diuturni, reperiemus plura. V. S. I. S. I.

Annus Christi 1343. Augiæ 620.

Duodecim Episcopi singillatim quadraginta
dierum Indulgentias de injuncta poenitentia
contulerunt, omnibus ijs, qui ad Ecclesiam
Monasterialem in Augia vel ad Capellas SS.
Meinradi et Kiliani, in eadem Sitas infrà scrip-
=tis diebus orationis gratiâ confluxerint, Vi-
=delicet in festivitatibus eorum Sanctorum,
quorum honori prædicta Ecclesiæ et Capellæ
sacratæ sunt. In Nativitate et Circumci-
=sione Domini, in Carrascevæ, resurrectione
et ascensione Domini. In festo Pentecostes,
SS. Trinitatis, et Corporis Christi. In Inven-
=tione et Exaltatione S. Crucis; In festo S.
Michaelis. In singulis festis Deiparæ. In
Nativitate et Decollatione S. Joannis Bapt-
=istæ, in festo SS. Petri et Pauli Caeterorum
Apostolorum et Evangelistarum; in die om-
=nium Sanctorum et animarum. In Dedica-
=tione præfatarum Ecclesiæ et Capellarum.

In dedicatione prefatarum Ecclesie & Capellarum, in octava prenominatorum Sanctorum, quorum festa cum octava celebrantur; In festo S. Stephani, Laurentij, Georgij, Martini, Nicolai, Gregorij, Marci, Benedicti, Januarij, Liminij, Galli, Meinradi, Kiliani, SS. Marie Magdalene, Catharine, Margarethe, Jonate, & Fidei. Omnibus diebus Dominicis peregrinationis causa predictas Ecclesiam et Capellas Visitantibus, vel ibi missam aut verbum Dei audientibus, vel matutino, vesperis, aut alijs horis Canonicis presentibus. Item ijs, qui Sacratissima Moribundorum Sacramenta comitati fuerint, aut ad pulsum Angelicum flexo poplite per ave Maria dixerint. Item ijs, qui prefatis Ecclesie et Capellis manus prebuerint adjutrices et opem, qui ijsdem Testamento aliquid legaverint, aut legari fecerint, sive in auro, sive argento, in libris, Casulis, aut alijs ad cultum divinum utensilibus. Item ijs, qui pro impetrandis hanc Bullam preces ad Deum fuderint.

Hæ Indulgentiæ concessæ sunt sub Papa Clemente VI. Pontificatus sui anno primo, et sunt approbatæ ab Hennio & Burchardo Episcopis Constantiensibus quorum quivis 40 dierum Indulgentias superaddidit: horum verò 12. Episcoporum Indulgentiæ datæ sunt Anno MCCCXLIII. Chem.

Annus

Annus Christi 1344. Augiae 62.

Omnium maximè egenorum luctu et planctu obiit Nicolaus I. Episcopus Constantiensis 25. July in festo S. Jacobi Apostoli, a manibus Camerarum deportatus est ad tumulum in Cathedrali Ecclesia. Hic in summa annonae difficultate liberalissimus erat, singulis diebus ter, vel quater mille pauperes pascendo. Successor ejus Episcopus LVI. fuit Udalricus III. dictus Ebegerhart, ex honesta urbis Constantiensis familia natus, homo simplex a mitis, bonus tamen et circumspectus oeconomus et pecuniarum diligentissimus collector et coacervator. Sub eo Judei combusti quod in fecisse fontes per totam Germaniam dicerentur

Sub regimine Abbatis Eberhardi degebant in Coenobio Augiensi plures nobilissima prosapia geniti Monachi, quorum quilibet per ordinem hebdomadatim chorum frequentare tenebatur, ex quibus

Mangoldus de Brandeis, Eberhardi nepos Praepositus et Cellarius.

Conradus de Wertenberg, custos, cellerarius, Praepositus.

Nicolaus de Gundenberg custos.

Henricus ab Asch Decanus et Praepositus ad S. Pelagium.

Eberhardus ab Hellingen, Cantor.

Wernherus de Rosenegk Hospitalarius Decanus.

Henricus de Stoffel; hunc transscribebat Eberhardus Abbas praedium ad Leprosorum

pertinens post obitum Henrici ab Asch, hâc Con=
=ditione, ut Cantum et alias disciplinas mo=
=nasticas addisceret.
Joannes Comes de Sulz Custos.
ohem. V.S.I. 5.2.

Annus Christi 1345. Augiæ 622.
Eberhardus iit plurimum in Castro Ratholdi=
=cello habitabat, iit videre est ex Literis ad
diversos ex eodatis. f. V.S.I. 5.2.

Annus Christi 1346. Augiæ 623.
Clemens VI. P.M. Carolum IV. Henrici
VII. nepotem, Joannis Bohemiæ Regis fi=
=lium ob egregiam & Gibelinos sibi navatam
operam contra Ludovicum Bavarum Elect=
=ribus Romani Imperij in Regem obtulit,
à quibus etiam electus est in Rems infra
Bopardiam ad Rhenum 10. Julij.

Dormitante Ares Monasterij Augiensis
negligenter tractante Eberhardo Abbate, in=
=cipiunt hoc anno ulmenses, favore Ludovici
Bavaris Cæsaris freti potestati et Jurisdi=
=tioni Augiensi paulatim se subducere.
Resistunt Augienses ex parte diu, sed frustrà.
certatur atriter per annos plurimos maxi=
=mis cum impensis: Carolus IV. Privilegia
à Ludovico ulmensibus data corroborat;
Tandem Fridericus de Wartenberg Abbas
Augiæ Vigilantissimus Causam suam in
Concilio Basilensi strenuè agit, haud
tamen

Annus Christi 1292. Augie 569.

Moritur Nicolaus IV. 14. Aprilis, vacat Sedes Annis 2. Mensibus 3. Diebus 2.

6. Januarij hujus Anni juxta Crussium, vel 1. Maji juxta alios, infaustis votis in Romanorum Regem electus est Francofurdij Adolphus Nassovius, A coronatus in die S. Joannis p. portè ante portam Latinam, 6. Maji p. qui Imperij insignia Julii insigni cum dedecore, Imperio tum Dignior, cùm non fuerit Imperator. D. Koch, A ab eo citati V. S. I. 3. i.

Annus Christi 1293. Augie 570.

Annus Christi 1294. Augie 571.

Unus Pontificij Romani honoris imponitur invito S. Coelestino V. creato 5. Julij, Sedilloſe sponte abdicante 13. Decembris, creatus est 24. Eisdem Bonifacius VIII.

Rudolphus II. Episcopus Constantiensis obijt 3. Aprilis, Sepultus Constantiæ ad latus Cœvum aræ maximæ Basilicæ Cathedralis. Reliquit Episcopatum in magnis debitis ob gesta bella, ad quæ tamen nonnisi summa vi pertractus est, contradictis. A majori parte Collegij Canonicalis electus est Fridericus Comes à Zollern, Præpositus Cathedralis Ecclesiæ

Augustano, Episcopus LI. At contra hunc â paucis Canonicis simul adoptatus est Henricus nobilis â Klingenberg. Fridericus autem pacis amator, potius Juri suo cedere, quàm pernicioso Schismatis reus esse volens, reservatâ sibi annuâ pensione, Henrico gubernationem plenè resignavit. V.S.I. 3.1.

Annus Christi 1295. Augiæ 572.

Henricus II. Nobilis â Klingenberg Cancellarius Ludolphi Regis Romanorum, & Leoum Doctor, cedente Friderico subingressus est, ad regimen Diœceseos constant. Epus LII. confirmatus & consecratus ab Archi-Episcopo Moguntino Gebhardo ab Eppenstein, Dominicâ Lætare quæ fuit 13. Martij. Hic multa Episcopatus Bona impignorata redemit, templum D. Laurentio Sacrum construxit Constantiæ.

Annus Christi 1296. Augiæ 573.

Impletô dierum suorum Numero & Regiminis 37.mo Anno Heberhus Abbas Augiæ XLIV. multis laboribus exanclatis vivere desijt 26. Novembris, ferro Augiensi concredibus. Successit Henricus II Baro de Klingenberg Episcopus prius Frisingensis, postea Constantiensis quondam Ludolphi I. Romanorum Regis Cancellarius Decretalium Doctor, Augiæ Administrator

fidelis

fidelis seu Abbas XLV. alijs XLVII. Titulus
ejus erat hunc temporis: Henricus Dei gra-
=tiâ Episcopus Constantiensis & Guberna-
=tor Augiæ Majoris.

Cur autem eô tempore, licèt in Augia
magno nobilitatis Viri, Comites & Barones
Conventuales extiterint, nullus tamen eo-
=rum ad Præsulatum Augiensem assump-
=tus fuerit, videtur mala quorundam Au-
=giensium Prælatorum administratio cau-
=sa fuisse ut alijs melior ac prudentior re-
=rum Monasterij conservator illis consti-
=tueretur; vel quia fortasse nullus conven-
=tualium voluerit hoc onus subire & in se
suscipere. f.

Annus Christi 1297. Augiæ 574.

Annus Christi 1298. Augiæ 575.

Adolphus Nassovius inutilis Imperio à
Septemviratu Moguntino Colecto exau-
=thoratus, & ejus in locum 9. July suffectus
omnium Votis Albertus I. filius Ludolphi
I. austriaci. Adolphus nuper inter Spiram
& Wormatiam initâ pugnâ cum Alberto
decertans Vitam cum palma Victoriæ ami-
=sit 2. July. Sepultus primò in Monasterio

vallis Regum, deinde Spiræ Anno Regni 7.

Annus Christi 1299. Augiæ 576.

Albertus obtentâ Imperiali Coronâ con-
=gregationem Imperij descripsit ad Norim-
=bergam, ubi Comitum, Baronum, mili-
=tum & Nobilium (demptis plebeis) quin-
=quies Mille & quingenti Viri comparuêre,
aderant illic Septem Principes Electores,
& aliàs 52. Principes, inter quos 24. Epis-
=copi, illic Anna Elisabeth Meinradi Ducis
Carinthiæ & Comitis Tyrolis filia uxor Re-
=gis in Reginam uncta & creata est in Do-
=minica post Martini (15. Novembris)
grande habebatur Convivium, in quo Rex &
Regina pretiosis suis Coronis mensæ con-
=sidentes, Wenzeslaus Rex Bohemiæ coro-
-na sua Regali ornatus eisdem ministravit.
Rege Alberto ad sinistrum & Elisabetha
Regina ad dextrum Latera sedentibus.
Henricus noster Episcopus Constantien-
=sis & Augiensis Abbas seu administrator,
Regis, & Archi Episcopus Moguntinus
Regine latera stipabant. Quod cernens
Archi Episcopus Coloniensis, nec assider-
=e, nec etiam ministrare voluit, se se
multò plus, quam Episcopum Constan-
=tiensem honoris hujusmodi dignum
esse, dictitans, hanc autem prærogati-
-vam promerebatur Henricus, quia

non

non Iam Rudolphi I. sed Alberti I. Sicgs Ca-
=ris A filij Cancellarius A Consiliarius exstiterat,
A in Schismatico bello, de quo Supra inter eun-
=dem Albertum A Adolphum Comitem de Naſ-
=sau moto frequentis optimè armatis equis cum
forti militum A Nobilium armatura Domino
suo Alberto occurrerat. Annal: Const:

Annus Christi 1300.
Redempti Orbis Seculum XIV.
Augiæ annus 577.

Hoc anno Præpositura Schinensis Decimas
in Nuil pro octo cum dimidia argenti
marcis sibi coemit.

Annus Christi 1301. Augiæ 578.

D. Gabriel Bucelinus existimat, quod Hen-
=ricus Gubernator Augiæ sub hoc tempus,
postquam prudentissimè res A reditus
augienses auxisset Abbatiam libere resig-
=nârit usquam reperitur. neuos alicubi
de hac resignatione aliquid reperimus.
Retinuit ergo Abbatiæ administratio-
=nem, quoad usq; cum Episcopatu eandem
decreto mortis resignare fuit coactus.

Annus Christi 1302. Augiæ 579.

Hoc tempore erat Præpositus Cœnobij

Augiensis Contadus de Griffenstein: Officiales proprijs Nebantur Sigillis, Adhuc Decanus erat Judex Causarum, cui Titulus talis: Decanus Monasterij Augiensis Ordinarius Judex in Insula Augiensi, â Reverendo in Christo Patre A Domino Henrico Dei Gra-=tiâ Episcopo Constantiensi, Gubernatore ejusdem Loci Augiensis Specialiter constitutus. Chem V.S.I.3.2.

Annus Christi 1303. Regie 580. Obijt Bonifacius VIII. 11. Octobris. Sequi-=tur Benedictus XI. creatus 22. Ejusdem.

Hoc Anno facta est fundatio A Dotatio Altaris B. Marei Evangelistæ, in qua sub Henrico Constantiensi Episcopo A Mo-=nasterij Augiensis Gubernatore, necnon A ejusdem Decano, Preposito, totoq; Conventu Serenissima Regina Elisabetha, Conjunx Illustrissimi Alberti Roman-=orum Regis, de quâ Supra, pro remedio animæ Suæ A dicti Regis sui Mariti reliquorumve Parentum suorum in subsidium constituendo A ordinando Prebendo ad aram B. Marei Evange-=listæ in Augiensi Monasterio 40. mar-=cas argenti dedit A assignavit, pro quas quidem 40. marcas possessiones in sua scrip-=tas videlicet à Petro Villico de Lutteringe

Situas

Situas in Marchtolfingen et Decimam quantam
cum suo prædio sito ibidem dicto Martino
filio quondam Henrici Cellarij de Marchtol-
=fingen, cum omnibus suis pertinentijs, Syl-
=vis nemoribus, pascuis, pratis, cultis et in-
=cultis, Vijs et invijs, aquis, aquarumve du-
=ctibus, quæ dicti Venditores jure feudi à mo-
=nasterio Augiensi tenuerunt, et possederunt,
prefatus Episcopus Henricus et Conventus
justo Emptionis titulo comparaverunt,
et conquisiverunt, qui Venditores omni ju-
=ri, quod ipsis et Successoribus in prenota-
=tis possessionibus competijt, vel competere
poterat, in futurum renunciaverunt, et sponte
liberâ resignârunt, quâ resignatione facta,
prenotatæ Possessiones cum universis juri-
=bus suis corporalibus et incorporalibus
ad usum et utilitatem prefatæ Prebendæ
et omnium in ea prebenda Sacerdotum,
deputatæ, donatæ, et traditæ sunt.
Quodsi Sacerdos ex additibus prescripti
Possessionum, qui pro tempore eidem
prebendæ præest, congruam et decentem
sustentationem habere non posset, statuit,
et ordinavit prefatus Episcopus et au-
=giensis Monasterij Gubernator, totusq;
Conventus, ut Laibones de Cistrina Ab-
=batis, et Vrsinum Huppo Cantum de Cellario,
sicut ejusdem Monasterij confratribus et

Altumen de officio Custodiæ singulis diebus in eodem dictari, quod missa sufficiat, omnibus sacerdotibus in eadem Prebenda successuris in perpetuum sine diminutione qualibet ministrentur. Insuper Statutum ordinatum et Statutum est, quod Sacerdos, qui ad prebendam vocatus fuerit, et omnes sui successores in eadem prebenda sint ad residentiam obligati, et ad faciendam missam ad aram B. Marii Evangelistæ summo mane singulis diebus impedimento legitimo non obstante.

Stat omnibus horis canonicis Sacerdos, qui eidem Prebendæ successivè vacavit, in Monasterio interesse debeat, si noverit obligatum p. Cotrò quandocunq; vel quotiescunq; eandem prebendam vacare contigerit, Decanus Monasterij irrequisitis alijs confratribus discreto et idoneo Sacerdoti conferendi eandem Prebendam liberam habeat potestatem; his sic ordinatis Cuntadus de Ponte Sacerdos ad eandem prebendam vocatus fuit, cui Decanus conventus eandem prebendam contulit, ut per ipsum et per omnes suos in eadem prebenda successores divinus cultus in Monasterio sit de cetero augmentatus. Cetenùm idem Conradus dictæ dali prebendæ Vineam dictam der Grüssberg: et Vineam dictam der Erbler: cum pomario dicto der Vigolsberg, proprietatis

=datis sibi titulo pertinentia ad usum et utilitatem dicte Prebende, et omnium in eadem prebenda sacerdotum de predicti Episcopi et Conventus consensu et voluntate expressa assignavit, tradidit, et donavit, renuncians omni juri, quod sibi vel suis heredibus in predictis Vineis et pomario predicto competit, vel competere poterat, in futurum.

Adhibitis in omnibus et singulis premissis Verborum ac Gestuum solemnitatibus. Anno ab Incarnatione Domini 1303. 16. Cal. Jul. [17. Junij] Originale hujus fundationis Actis, descriptum et vidimatum est Anno 1389. Hec fundatio demum ab Episcopis Constantiensibus sublata, ejusdemque reditibus ad officialium usus abalienati sunt.

Annus Christi 1304. Augiæ 581.

Defuncto Benedicto XI. 6. Julij, vacat Sedes Romana mensibus 10. diebus 29.

Annus Christi 1305. Augiæ 582.

Eligitur Pontifex Maximus Clemens V. creatus 5. Junij.

Annus

Annus Christi 1306. Augiæ 583.

V. S. I. 3. 2. Henricus II. Gubernator seu Abbas Augiæ XLV. Episcopus Constantiensis LII. Ulramus dignitatem satis concedens 12. Septembris deposuit, Sepultus Constantiæ. Vir sanè multis nominibus celebrandus, Philosophus clarus, multarum literarum et rerum peritissimus, Artium et Sacrorum Canonum Doctor, Commendatus Historiographus, et Chronographus, Scripsit quæstiones de Angelis, et Historiam Habspurgensium Comitum, pro Episcopatus sui commodo sorum Tiberij Vulgò Zürchgöw Zügl:, Cünznburg, Baumgarten, Summerow, et Waldburg, Castra et possessiones alijs impignorata redemit. f.

Defuncto itaq; Henrico, cum inter Augienses Chori fratres, licèt antiqua generis claritudine insignes, nullus tamen ad Prælaturæ officium dignus aut idoneus esset, divinâ providentiâ monubrium regiminis Augiensis immanuavit Diethelmo eô nomine II. qui fuit Baro de Castello, seu Castell, egregiâ familia Supra Constantiam f. non de Castelwaid vi Rhætia curiensi ùt scribit Wolfgangus Lazius: f. Monachus et Abbas Celsusianus XXIV. Vel ùt alij XXIII. Vir non satis laudandus, disciplinæ monasticæ à Monachis Augiensibus

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

=ensibus Iurpiter heu nimis pessumdato Cultor,
Zelator, et reformator Seventesimus, admodùm
religiosus et omni Virtutum cultu ornatis-
=simus. Abbas Augiæ XLVI. alijs XLVIII
Quamvis autem Series Abbatum Petrhusia-
=norum anno 1755. typis excusa perhibeat,
quod Diethelmus jam Ao 1361. Augiæ præsse
coeperit, contrarium tamen docet mors Hen-
=rici Episcopi Const. et Augiæ Gubernatoris
Diethelmi prædecessoris quæ incidit in an-
=num 1306. negq enim alius quàm R. P.
Gabriel Bucelinus resignationis Abbatiæ
augiensis Henrici nisi ad modicum tempus
meminit. quinimò ipsum attestatum
Petrhusianorum jamjam producendum nos-
=tro adstipulatur Sententiæ.

Quanta Diethelmus Petri domo præsi-
=derit, quantaq apud ejus loci Monachos
in æstimatione extiterit, ijdem abbate
huc abituriente, testatum fecerunt Instru-
=mento publico Latino Tenoris:

Omnibus presentes literas inspecturis;
Oswaldus Prior et Custos, Ulricus de Mülen-
=berg Plebanus, Hugo dictus Havner, Jacobus
dictus Osener, Cunradus de Buchhorn Sacer-
=dotes. ac Burchardus de Wolfurt, Baldus
filius quondam Ulrici ministri de Petri domo,
Diaconi: et Johannes filius Johannis dicti
von Steine Subdiaconus, Monachi Monasterij
de Petri domo ordinis S. Benedicti extra
muros Constantienses devotas in Dno ora=

=tiones. Cum honorabilis in Christo Pater
ac dominus noster Wilhelmus divinâ per=
=missione Abbas nostri Monasterij Anno
Translatus authoritate Sedis Apostolicæ
ad Monasterium Augiæ majoris immediatè
S. Sedi Apostolicæ pertinentis, licet super
eadem Abbatia sibi à quibusdam Monachis
ejusdem Monij questio moveatur, monaste=
=rium nostrum fructuosè ac salubriter gu=
=bernârit, & reditus ejusdem Monasterij com=
=parando à tempore sui regiminis posses=sio=
=nes ipsius Monasterij ad summam tri=
=centarum Marcarum & constituendo ac fa=
=ciendo ædificia nova tam in molendinis, qua
in alijs structuris, plantandoq; vineas & agros
steriles reducendo ad culturam non modicum
prout toti Vicinia est notorium, ampliârit,
& propter hoc spem indubitatam & certam
fiduciam habemus, quod, quandocunq; ipse
continget cedere regimini Abbatiæ nostri
Monasterij, Abbas per eum de nostro conven=
=tu seu collegio talis proficiatur, qui utili=
=tati ipsius Monasterij in spiritualibus et
temporalibus intendere non postponet. de=
=fideranteq; eum habere tanquam Patrem
& dominum nobis & nostro Monasterio
utilem & fructuosum in ipsius regimine
Abbatiæ, quam diu ipsum eidem, quod Deus
avertat, cedere non continget, datâq; fide
per nos singulos Vice & nomine Sacramenti
promittimus, & adhoc nos in Virtute fidei

dato

dato per singulos ex nobis nomine Sacramenti
scriptis presentibus inviolabiliter obliga-
-mus, quod ipsum pro patre nostro & Abbate
habebimus, negs cum verbis, factis, consilijs,
ac alijs quibuscungs vijs, directè vindirectè
mutabimus, negs ad removendum eum
ni Regimine Abbatie nostri Monasterij
per nos vel per alios laborabimus, nec con-
-sensum huic facto prestabimus, consilium,
auxilium, aliqualenùs vel favorem, & exnume
ni ipsum quandocungs ipsum tedere contin-
-get, regimini Abbatie nostrè Monasterij
plenam transferimus potestatem, providendi
nobis de Abbate dimissaxat de collegio nostro
seu de Conventu nostri Monasterij, de quo
sibi pensatis singulis circumstantijs, quod
suo honorificentie duximus committendum.
melius & utilius visum fuerit expedire, as-
-tringentes nos ad observationem inviola-
-bilem omnium & singulorum promissorum
per fidedationem à singulis factam ex no-
-bis corporalis vie & nomine Sacramenti.
& in evidentiam promissorum presen-
-tibus appendi procuravimus sigillum...
officialis curie constantiensis, & Co Nof-
-ficialis curie constantiensis, ad petitio-
-nem supràdictorum Monachorum Mo-
-nasterij de Petershausen Ord. S. Benedicti extra
muros constantienses presentibus appen-
-dimus sigillum nostrum. Datum in

Datum in Monasterio nostro predicto Anno Domini MCCC Sexto XV. Kal: Febr/: 18. Jan:/ Indict: 4.

Ecclesie Constantiensi Pastore suo per obitum Henrici Viduato Successus est à Clemente V. Eberhardus III. Seu Gerhardus de Bena ex Avenione Galliæ natus, Episcopus LIII. qui hoc Statim Anno, cùm S. Marcus Evangelista in Augiâ multa hominibus quotidiè mirabulosa conferret, beneficia, jussit, ut per totam Diœcesin de suggestu nuntietur, S. Marci Evangelistæ Corpus, diligenti inquisitione factâ, in augiâ veræ contineri, concedens Visitantibus Ejus Sacras reliquias 40. dierum delictorum mortalium, unius Velò anni Venialium indulgentias. Doc: Aug.

Annus Christi 1307. Augiæ 584.

Clemens V. Pontifex Maximus ad petitionem & Instantiam Diethelmi Augiensis Monrÿ Abbatis & Conventûs inhibuit & cavit, ne quis Religiosus aut Clericus, aut secularis aut Laicus ausu temerario, & prava consuetudine, prædicti Monasterij Monachos/: sicuti fieri solebat:/ vel conversos, vel animalia, vel bona sine Juris ordine occupare, vadiare, invadere, seu quomodòlibet detinere, præsumat. /: Datum Viterbii 8. Cal: Febr: /: 25. Jan:/ Pontificatûs sui anno tertio.

Sequenti

sequenti die ejusdem anni idem Clemens V. confirmavit Ciidecessorum suorum Romanorum Pontificum concessa Privilegia Augiensi Monasterio, ubi grato assensu omnes Libertates & Immunitates ab alijs pontificibus, sive per privilegia seu alias indulgentias datas nec non Libertates & exemptiones Secularium Exactionum à Regibus & Principibus ac alijs christi fidelibus rationabiliter Monasterio inductas authoritate Apostolicâ confirmavit. f. Dat: Civitavis 7. Cal: Febr: f. 26. Jan: Anno Pontificatus Tertio.

Diethelmus Abbas Dormitorium refectorium, auditoria pro Scholis edificavit, monachos relicto habitu monastico canonicorum instar Secularium Viventes ad Sacre Regule Constitutionumq; Claustralium observantiam licèt stomachantes compulit.

Annus Christi 1308. Augiæ 588.

Infelix hic annus Alberto I. è domo Austriaca pientissimo Regi, cui permulti hostes regna & vitam invidebant, Inter quos Johannes ex fratre Rudolpho Nepos Dux Suevie, qui adscitis in Scelus Socijs Eschenbachio, Rudolpho de Warth, Audalrico Calmio, Albertum propè Königsfeldam in Helvetia adortus, in conspectu filiorum

A Palatinorum multis vulneribus confecit,
1. Maji auctore A complicibus in Chris-
-tum Domini violentis ultionem divinam
non evadentibus. Regnavit Albertus annis
9. vel ultra, Sepultus in Königsfelda, de-
-inde verò Spiræ jubente Successore, qui fuit
Henricus VII. Luxemburgicus Votis omnibus
Electorum francofordi Collectorum designatus
21. Novembris. erga Augiam haud médiocri-
-ter affectus.

Annus Christi 1309. Augiæ 586.
Epocha Coronationis Henrici VII. Luxembur-
-gici in Romanorum Regem à die 6. Jan:
seu Epiphaniâ Domini.

Annus Christi 1310. Augiæ 587.
Henricus VII. Abbatis A Conventûs Au-
-giensis Monasterij precibus favorabiliter
inclinatus confirmationem Adolphi Regis
jam supra Anno 293. allegatam innova-
-vit A approbavit, Datum Thuregi 4to Dni.
1310 3. Non: Maji /:5. Maji:/

Annus Christi 1311. Augiæ 588.
Hoc Anno confectum est Instrumentum
Commissionis A Sententiæ declaratoriæ
super Bonis apud Lacum Cumanum, in quo
contra Communia A homines A contra te-
-nentes de mansis Curiorum A Territorio-
-rum A Vicinantiarum de Villis, de Liro

De

de Cujano & de Nari montis Grabadone, & contra quosdam homines Burgi Grabadone & Burgi Domasij, & ipsius plebis Grabadone causa recuperandi jura, redditus, possessiones, Vasallos, honores & feuda cujuscunq; manentia ad Ecclesiam & monasterium Augiense pertinentis ex Mandato Domini Henrici Regis & in dictis testium productorum & instrumentis ac actis ejusdem Monasterij, interveniente prudentis juris Consulti Galeaz-zij responso, à Singimbaldo de Gabbis Judice Causarum Pallatij Communis Cumarum, Christi nomine invocato & Deum pro oculis habendo dicitur, pronunciatur, & per Sententiam declaratur in omnibus & per omnia, prout in hoc instrumento ad longum continetur, quæ acta sunt in Civitate Cumana ao 1311. V.S.I. 4.i.

Annus Christi 1312. Augiæ 589.

Henricus VII. confirmavit dictam præcedente anno Sententiam, in qua res & bona apud Cumanum, aliàs ad monasterium Augiense pertinentia novissimè eidem Monasterio adjudicata sunt, statuitq; sua Majestas, ut nulli hominum liceat, nec illam publicatam Sententiam, nec hanc Suæ Majestatis super eâ Sententia confirmationem infringere, vel ei ausu temerario contraire, qui secùs fecerit, præter indignationem Sue

Majestatis, quam incurret, 500. marcas Argenti pro poena componat, medietatem Camerae Imperiali reliquam passis injuriam applicandam. Datum in Castris ante Florentiam 6. Kal. Nov. [27. Octob.] Anno Dñi 1312.

Alia confirmatio ejusdem Henrici praecedenti in suo tenore per omnia consimilis, hoc quoq; anno emanavit, excepto eo, quod haec confirmatio de Jure Advocatiae, de Fremedio disponat, quae res per similem Sententiam à judice Causarum Palatij Communis Camarum Monasterij Augiensis propria sint declarata.

Diethelmus Abbas Palatium sive Regalem domum, quae Stam domus nova dicebatur, ruinam minitantem renovavit, ac altiorem priore edificavit; Lapis fundamenti jactus est, 13. Martij. Magna hoc tempore erat panis & Vini Vilitas. nam Mactrum Spelteae 16. denarijs Vulgo Schilling. seu 8. Batzeis, quartale Vini 6. Denarijs, proximo vero autumno mactrum Spelteae 8. denarijs quartale Vini 6. Nummis Vendebatur. C. Henric. Claust. V.S. I. 42.

Erat Diethelmus simul Gubernator Monasterij Petri Domûs, quantâ autem, & quàm paterna charitate Jis utrumq; Monasterium amplexus sit, quamq; ad augendam disciplinam non solùm, sed & ad reditus augendos solicitus fuerit; ex plurimis constat

doc-

documentis, multorum loco unum hic, quod Augiam simul concernit, fideliter ex actis Rethusianis descriptum proferimus.

Diethelmus Dei gratia Abbas Monrij Augie Majoris ordinis S. Benedicti, Constantiensis Diocesis immediatè ad Sedem apostolicam pertinentes necnon Gubernator Monasterij Petri Domus jam dicti ordinis à Sede Apostolica constitutus omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint Subscriptorum notitiam cum Salute. Ut contractus legitimi perpetua gaudeant firmitate expedit ipsos literis et testibus roborari, Quare noverint jam posteri quam presentes quòd cum discretus Jacobus de Roggwil civis Constantiensis certas possessiones sitas propè Petri Domum dictas Roggwillerb gůtt: ab alia parte loci dicti: Rub Mosmin: quas per medium divisit Via ab agro dicto: in Imm Loh: quibus Aliam Possessionibus ab una parte adjacent Possessiones Joannis Bettinger civis Constantiensis, Aâ parte altera adjacent possessiones Sancti Martini in Wolmatingen â nobis nomine dicti Monasterij augie Majoris jure feudi omnialis generali possideret, Idem Jacobus easdem possessiones, Omne jus, quod in his habebat, liberè ad nostras manus nomine dicti Monasterij Augie majoris prehabitis conventionibus infrà scriptis purè et simpliciter resignavit, Et cum Monasterium de

Petri domo pro se & hominibus suis dictas
possessiones sibi summè necessarias recognos-
ceret pro pascuis & alijs usibus quibuscunq;
inter nos de expresso consensu totius con-
ventus dicti Monasterij de Petri domo ex
una & supra dictum Jacobum ex parte al-
tera prehabitis multis deliberationibus
talis conventum exhibit & plenissimè
concordatum: ut facta resignatione die-
tarum possessionum ad manus nostras
nomine Monasterij Sugie Majoris, & ip-
sis deputandis per nos usibus predicti mo-
nasterij de Petri domo, ut dictum est supra.
Nos nomine dicti Monij de Petri domo
cum pleno consensu & approbatione ejus-
dem ad dandum & assignandum quinque
modios mitii boni & bene purgati mensu-
re constantiensis singulis annis in festo B.
Martini dicto Jacobo de Roggwil & suis
heredibus, cum ipse non fuerit, nostrum
Monasterium & omnes successores nostros
solemni interveniente stipulatione in per-
petuum obligamus, ita ut nec grandinis,
spoliationis, incendij seu cujuscunq; cladis
intemperies ab integra solutione dictor-
quinq; modiorum Monasterium ipsum
& quoscunq; successores nostros quovis
modo debeat excusare. Conditum est etia
quodsi dictus Jacobus vel aliquis heredum
suorum quovis tempore jus suum de
recipiendis predictis quinq; modijs quocunq;

modo

modo alienare voluerit, quod ipsum Monasterium
cunctis emptoribus in emendo preferre debeat,
dum tamen tantum solvere voluerit, quantum
certum fuerit alium emptorem quemcunqs sol-
vere velle; Sin autem ipsum Monasterium, ad emp-
tionem ipsam procedere noluerit, tunc tenore
presentium obligatum remanebit ei, qui-
cunqs fuerit Emptor, ad omnia ea, ad que
ipsi Jacobo et suis heredibus ex nunc est obli-
gatum. Reservavit sibi Idem dictus Jaco-
bus, quod, quicunqs fuerit Auctor, nunc vel
in quocunqs futuro aliarum possessionum
suarum, quas habet propè Petri domum,
liberum transitum habere debeat, per viam su-
perius notatam ad quecunqs sua negotia
perpetranda vel peragenda, et cum possessiones
supta dicta ab antiquo feudales sint et fuerint,
a Monasterio augie Majoris, cujus curam
nunc gerimus: Nos Joannem de Schönstein
ulricum dictum Sun; Eberhardum filium
quondam Ulrici ministri, Johannem dic-
tum Wilden; Berchtoldum Juneken, ulri-
cum dictum Juneken, ulricum dictum
Burer, Henricum et Joannem fratres dic-
tos Vorster de Petri Domo, de dictis pos-
sessionibus manualiter investivimus, et
tenore presentium investimus, ut omnes
ipsi et singuli fideles sint conservatores,
vulgò qui dicuntur: Getreüwe Getwerger: dicta-
rum Possessionum sapè dicti Monasterij
Petri domus; ut autem omnia et singula

prædicta perpetuâ gaudeant firmitate, renun-
=tiatum est hinc inde, tam in genere, quàm
in specie omnibus ijs, quo prædicta vel ali-
=qua prædictorum quovis modo à ingenio pos-
=sent debilitare videlicet: Exceptionibus doli
mali, deceptionis ultrà dimidium justi pretij
pecunie non numerate, beneficijs, restitu-
=tionis in integrum, Privilegijs et literis à
Sede Apostolica vel alimde impetratis, aut
impetrandis, à per quas res male alienate
repti consuevernnt, juribus scriptis et non
scriptis, et alijs quibuscunq; Et in evidentia
omnium premissorum presentes damus dicto
Jacobo de Roggwil et heredibus suis Sigillo
Monrij de Petri domo, quo tanquam guber-
=nator utimur legitimè communitas. Nos
verò Prior, Plebanus, totusq; Conventus Sup-
=rà dicti Monasterij de Petri domo, cùm ipso
careamus Sigillo, rogamus, ut prædictus
Dominus noster Diethelmus Dei gratiâ
Abbas Monrij Augie Majoris, et guberna-
=tor Monrij nostri ipsum Suum Sigillum
presentibus appendere condignetur. Et
Nos Vicarij Generales Reverendi Patris et Do-
=mini Gebhardi / Eberhardi seu Gerhardi / Dei
gratiâ Episcopi Constantiensis in signum
approbationis per nos facte de omnibus
prædictis, ad petitionem honorandorum
in christo Prioris, Plebani totiusq; Con-
=ventus Monrij de Petri domo prædicti, Si-
=gillum, quo tanquam Vicarij utimur pre-
=sentibus

=sentibus duximus appendendum. Datum Con=
=stantiæ Anno Domini MCCC. Duodecimo Sexto
nonas Martij indictione decimâ.

Annus Christi 1313. Augiæ 590.

Henricus VII. concessit Privilegium, in quo ad petitionem Diethelmi Augiensis Abbatis Sua Majestas hominibus in Steckboren, quod eidem Abbati et Monrio suo pertinet, concedit, ubidè Septimanale forum ex nunc et in antea ad usum mercationis cujuslibet exerceri possit, et ad quod quidem forum confluentes in eundo et redeundo in rebus et personis suis Cæsareâ protectione gaudere voluit et forensium privilegio Libertatum. Nulli ergò liceat hujus Concessionis et indulti tenorem infringere, vel ei ausu temerario contraire, quod qui facere presumpserit, indignationem Suæ Majestatis et poenam 800. Marcarum argenti Cameræ persolvendarum se noverit incursurum. Datum apud Montem Imperialem in castris supra Florentiam 7. Cal. Febr. / 26 January / Anno Dni 1313.

Idem Augiæ fautor eximius Henricus, post quintam Supremæ Dignitatis annum 7.8. Augusti Pisis in Italiâ Calidâ febri, aut ut aliis placet, veneno, extinctus est. post quem Interregnum fuit, Anno uno, mense uno, Diebus 24.

Diethelmus Abbas et Conventus Augiensis Decimas majores et minores in Sevelingen, Du=
=rinthal et Harthausen Abbatisse et Conventui

in Sorelingen seu Söfflingen per modum donationis contulit.

Contra praefatus Conventus Monialium Abbati ad expungenda magni Dominis Debita centum Marcas Argenti Dono dedit, Acta sunt haec 13. Cal. Junij [20. Maji] anno 1313.

Triduo post haec eadem abbatissa & Conventus indemnisatur in casum Securitatis ejusdem nocumenti aut difficultatis, ob praedictas Decimas. Dat. 10. Cal. Junij [23. Maji]

Annus Christi 1314. Augusti 591.

Defungitur Clemens V. 20. Aprilis, post quem Sedes Papalis Vacat annis 2. Mensibus 3. diebus 17.

Magna dissensio Procerum Imperij, qua Francofurdi ab una Electorum parte Ludovicus Bavarus die 26. Nov. ab altera Fridericus Austriacus die 25. ejusdem Romanorum Salutatus est Rex, ambo summo honore dignissimi, si duos capere potuisset solium unum. Regnavit Ludovicus annis 32. & Mensibus fere 11. Fridericus annis 13. & Mensibus fere 8. in continuis bellorum turbinibus.

Incendio Satis lugubri postea urbis Constantiensis Pars perijt in festo Inventionis S. Crucis, 3. Maji. Mali origo fuit stolida cujusdam Hebraei, in cujus domo flamma erupera[t], Legis sue Sabbathine observantia, quâ ob incidens in eum diem Sabbatum ignis vim sapere, aut extinguere detractavit. Merk.

Quem ad-

tamen alio cum effectu, quàm ut demùm Anno
1447. contractum Venditionis omnium Jurium
et appertinentiarum quas habuit in districtu
et urbe ulmensi, ni omnia perdita vellet mediante
Alberto Marchione et Electore Brandenburgico,
et mandante Friderico III. Cæsare, injerit, cujus
instrumentum infra ad annum suprà notatum
apponemus, vi cujus ulmenses, ad se totaliter
redimendos, certam pecuniæ summam Friderico
Abbati penderunt, contractu in Curia Romana
et Cæsarea confirmato. V. S. I. 5. 2.

Annus Christi 1347. Augiæ 724.
Ludovicus Bavarus prope Fürstenfeldam Vena-
tioni intentus, equo delapsus, cure fractus, et
apoplexia tactus circa meridiem animam egit.
11. Octobris Sepultus est Monachij anno ætatis 63.
regni 34. Imperij 20.

A Clemente IV. P. M. data est Bulla Ulm-
ensis, in quâ Sua Sanctitas Ecclesiam Parro-
chialem in Wolmatingen cum omnibus Juribus
et pertinentijs Monrio Augiensi incorporat,
annectit et perpetuò unit, ita quod cedente
vel decedente ipsius Ecclesiæ Rectore, qui tum
temporis erat, vel quomodolibet dictam Eccle-
siam dimittente liceat Abbati et Conventui
corporalem Ecclesiæ possessionem Jurium et per-
tinentiarum per se vel per alios apprehendere
et tenere, ipsamque Ecclesiam licitè in per-
petuum retinere, fructusque etiam ipsius
in supportationem onerum et utilitatem
ejusdem Monasterij convertere valeant, Dio-
cesani loci vel alterius cujuscunque licentia

minimè requisita, reservata tamen et assignata per eundem Diocesanum de ipsius Ecclesiæ Gubernibus pro perpetuo Vicario per ipsum Diocesanum instituendo, canonicè in eadem perpetuò Virtutum Domino Servituro, portione congrua, ex qua idem Vicarius valeat commodè sustentari, et Episcopalia Jura solvere, aliasq; sibi incumbentia onera supportare. Non obstantibus &c. Data Avinioni 14. Cal: Aug. /:19. July:/ Anno Pontificatûs sui Sexto.

Annus Christi 1348. Augiæ 625.

His temporibus in Mense Januario, in Die Conversionis S. Pauli Apostoli factus est terræ motus magnus et Generalis, ex quo homines pati Syncopen putabantur. Subsecuta est postea talis ac tanta pestilentia et mortalitas hominum, qualis à diluvio non fuit, aliquibus terris hominibus penitùs evacuatis multisq; navibus in mari cum mercimoniis navigantibus extinctis, sine rectore repertis.

Annus Christi 1349. Augiæ 626.

Eberhardus Abbas hoc primùm Anno à Carolo IV. Romanorum nec non Bohemiæ Rege, non quidem per se, sed per suos legatos regalia cum confirmatione omnium Monasterij Augiensis privilegiorum suscepit, Adalrico III. Episcopo Constantiensi Vicegerente obedientiam in temporalibus prestando.

Facta est hoc anno Dotatio et fundatio

Altaris

Altaris et Prebende S. Fidis, in qua ex consen-
-su Eberhardi Abbatis, Conradi Prepositi, To-
-tiusq; Conventus Monrij Augie Major:
Henricus ejusdem Monasterij Decanus liberâ Vo-
-luntate dotavit altare S. fidis situm in mo-
-nasterio memorato. cum Vinea sita in Grüb
retrò domum fridelini dicti Mündbrig, cui
ex uno latere contiguantur Vinee perti-
-nentes Ecclesie S. Joannis Augie majoris.
et cum Vinea sita in superiori cella retrò do-
-mum Henrici dicti de Mündelfingen in loco
dicto Zů Thür, cui ex unâ parte contiguan-
-tur Vinee Bartholomei dicti cum Zopf, ex
aliâ vero parte finstum Vinetis situm in Vinea
dicti Ruf marcuard Rüninger, in vulgari dic-
-tum Im Hasenal sits in Augia majore, ac
cum decima, quam nunc tenent Bartholo-
-meus dictus Wölfli de Ulma et Anna Uxor
sua legitima, que olim pertinuit fridelico
dicto Lowf olim residenti in oppido Blaspach,
sita in Damno ipsius oppidi, et cum domo
sita cum Gorru, versus lacum, cum horto per-
-tinente eidem domui contiguo, que olim
jure proprietatis pertinuit Bartholomeo
dicto grüggelin Sacerdoti olim Clebano,
in Müsingen sitis in Augia majore, ac cum
Vinea sua sita in Grüm [Grynn] nuncupata
Ruf Ingelin Rüninger, ita, quod prebendario
seu Capellano dicti altaris infra Scripto
et suis Successoribus omnibus pateat via

publica eundi, per fundum Claustrale pertinente dicto Altari ad Vineam predictam, necnon cum Scopposa sua censuali officio Canonicatus dicti Maxfino Gülz sita in Mörmany, dictas Vineas, Decimam, domum, hortum, & Scoposam cum omnibus suis pertinentijs eidem altari & Prebendario seu Capellano ipsius applicavit, predictus Henricus Decanus tenendas & possidendas per Prebendarium seu Capellanum dicti altaris, videlicet Cunradum, natum Heinrici de Mörmyn, residentis in Villa Müsl-singen, Insularem Monasterij Clericum, & Successores suos universos. Statuit etiam, quòd, quandocunq; vel quotiescunq; ipsa prebenda vacaverit, quod ex tunc infra unius mensis spatium per decanum prefati Monasterij, qui pro tempore fuerit, eadem Prebenda actu conferatur Sacerdoti Sæculari, dictum Altare officianti, quodsi decanus in premissis fuerit negligens, vel si alteri Persone, quàm Sacerdoti in actu ipsam Prebendam contulerit, ex tunc collatio ipsius Prebendo eâ vice ad Dnum Abbatem ipsius Monasterij, qui pro tempore fuerit, devolvatur. qui infra mensem proximum ipsam Prebendam tantùm actu Sacerdoti Sæculari & nulli alteri conferre debet. ad que facienda se prefatus Abbas, Decanus, Prepositus, & Conventus, & omnes Successores suos astringunt, & solenniter obligant.

Statuit

statuit Aiam, ordinavit, & voluit, ut idem Cie-
-bendarius singulis horis canonicis in choro
Monasterij, quemadmodum cæteri præben-
-darij intersunt, personaliter intersit, & singulis
diebus missam absq; feria 3. &s. in altari
prædicto dicendo celebret. nisi legitima causa
fuerit præpeditus, ac Aiam, quod idem Cre-
-bendarius, quando & quoties cunq; in anni-
-versario defunctorum DDnorum de Conventu
pro celebrandis eisdem fiunt Processiones ad
Sepulchra eorundem defunctorum intersit pro-
-cessionibus cantando & legendo ibidem una
cum alijs suis concapellanis, sicut moris est;
Voluit Aiam, ordinavit & statuit, ut Cre-
-bendarius seu Capellanus ipsius altaris in
antea perpetuo ministret fratribus, de Con-
-ventu et Sacerdotibus Scularibus prefati
Monasterij tunc presentibus Vinum pro Ani-
-versario suo celebrando, prout in alijs anni-
-versarijs ibidem celebrandis consuetum est
fieri, primo die Depositionis suæ, & deinde
perpetuò de possessionibus Suprà Scriptis.
In Solenni forma ut Superius s. in cujus rei
testimonium ac robur omnium & singulo-
-rum Suprà Scriptorum Sigillum Suum pro
se et omnibus Successoribus suis una cum
appensione Sigillorum prescriptorum
DDnorum Abbatis, Decani, Præpositi, et
conventus apposuit. Data et acta in Mo-
-nasterio Augiæ Majoris 10. Cal: Julij / 22. Junij

Anno domini 1349.

Ejusdem Altaris dotatio progressu temporis ad profanos usus conversa est.

Annus Christi 1350. Augiæ 627.

Ecclesiæ S. Pelagij à Petro Univ[ersa]l[is] dicto ob contracta debita in proprietatem traduntur quinq; agrorum partes, sita in Dr Göldri, ex quibus tres partes possedit Nicolaus Bader, & pro annuo censu coluit; reliquas duas partes Henricus de Stain habuit. contiguas superius agro dicto Dr Hüttimanns, inferius ad sum agrum. in solemni forma cum renunciatione juris.

Dotatur medium altare in Stainling in Ecclesia Parochiali S. Georgij Martiris cujus medij altaris prebendæ Patronus est Abbas Augiæ.

Annus Christi 1351. Augiæ 628.

Walricus III. Episcopus Constantiensis L. VI. post Septennium in regimine pastorali prudentissimè & utilissimè exactum demortuus 6. Novembris, & Sepultus est in Cathedrali sua Ecclesia.

Hoc Anno inter Abbatem in Stein fridericum, & Eberhardum Abbatem Augiæ facta est permutatio duorum manicipiorum. V. S. I. 6. 2.

Annus

Annus Christi 1352. Augiæ 629.

Post Clementem VI. 6. Decembris defunctum eligitur 18. Ejusdem Innocentius VI.

Constantiæ fit Episcopus LVII. Joannes IV. de Windeck vel Windlau, alijs Windlock, alijs Weinstock dictus Cancellarius Alberti Claudi Austriæ ducis, cujus precibus confirmatus est ab Innocentio VI. hunc Joannem alij dicunt Constantia, alij Schaffhusio oriundum.

Carolus IV. Rex magno apparatu et comitatu in Augiam SS. Reliquias Sanctorum veneraturus advenit, inde partem Capitis S. Marci Evangelistæ tulit, quam postea Bohemiæ intulit, et in Sacro arcis Pragensis Thesauro reposuit. Bucel. Merk. V.S. I. 62.

Annus Christi 1353. Augiæ 630.

Annus Christi 1354. Augiæ 631.

Annus Christi 1355. Augiæ 632.

Caroli IV. Imperatoris Epocha Imperij Romani à die 5. Aprilis.

Suscepti Urbis Schaffhusiani Plebano in Fruitfrim ex aliquot Bonis in Literis exemplaribus

=dantibus specificatis Decimas dono dederunt.

Annus Christi 1356. Augiæ 633.

Joannes IV. Episcopus Constantiensis Inu=
=cidatur Audeliter à Conrado Homburgio in
die S. Agnetis 21. Jan: dum in palatio cum
paucis aliquot amicis Sacerdotibus Cenaret,
nihilq́ mali aut insidiarum meturet. idq́
ob oppidum Marckdorffium, quod bono jure
Episcopus Homburgio eripuerat, cùm anno
priore emisset. ob interdictum in loco pro=
=fano propè Sacellum D. Margaritha huma=
=tus, sequenti anno honorificè translatus
in Cathedralem Ecclesiam Constantiensem.
In vita Vocatus præclaris fulgebat mira=
=culorum signis.

Electus quidem unanimi consensu Ca=
=pituli Adalricus IV. Nobilis à Fridingen
Episcopus LVIII. Sed quia, impediente Hen=
=rico de Brandis, Confirmationem Bene=
=ficiam impetrare non potuit, pacis ac tran=
=quillitatis studio Sponte Episcopatu cessit,
Cui tea Henricus III. Baro de Brandis Ab=
=bas Eremi Sacri in Helvetia Consequitur
confirmationem ab Innocentio VI. per
quosdam Cardinales largitionibus corrup=
=tos, sicq́ factus Episcopus LIX. cum maxi=
=mo Episcopatus et Abbatiæ Einsidlensis
detrimento.

Pro Henrico ergo ad abbatiam einsid=
=lensem Vocatur Nicolaus de Gundelfingen,

seu

seu Guttenberg Hercynie Castro haud procul è Waldshuto dissito Monachus & Custos Ecclesie Augiensis, factus Abbas ejus loci XXVII. mirantur porrò cur D. Christophorus Hartmannus in Annalibus Eremi locum professionis hujus nostri Nicolai subticeat, quem tamen D. Joannes Egonius Crusius & Stumpfius expressis verbis annotant. V. S. I. 67.

Annus Christi 1357. Augiæ 634.

Hoc Anno Præpositus & Capitulum Canonicorum Regularium S. Augustini ac Præpositure in Insulis prope Ulmam petierunt ab Henrico III. Epo Constantiensi ut fundationis suæ Literas originales approbaret, & confirmaret, quod & fecit sequentis transumpti testimonio.

" In Christi Nomine Amen: Nos Henricus
" Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus
" Constantiensis notum facimus Universis
" tam præsentibus quam futuris ad quos
" presentes Literæ pervenerint, quod sub Aº
" Domini 1357. feriâ tertiâ ante festum S.
" Michaelis proxima f. quæ erat 26. Sept. f.
" pro parte religiosorum in Christo præpositi
" & Capituli Canonicorum Regularium
" Monasterij ac Præpositure in Insulis pro-
" pe Ulmam nostræ Constantiensis Dio-
" cesos, cum reverentia f. quâ decuit f. Lit-
" teræ infrà scripta nobis presentate fue-
" runt, & petitum ut visis & perlectis
" eisdem Literis cum Sigillis earum au-

=thenticis literas eadem cum Sigillorum descrip=
=tionibus exemplari & describi mandaremus,
ipsarumq; totum tenorem cum ipsarum Si=
=gillis eisdem literis impendentibus authori=
=tate ordinariâ approbando et authenticando,
/ut pro nunc et etiam in posterum, sicut et
ipsa originalia in judicijs et extra fidem facere
possent:/ confirmare dignaremur. Nos verò
attendentes, quod summa ratio est, que pro
religione facta fuit, et quia dicta instrumen=
=ta integra et illesa invenimus idcirco ea ex=
=emplari et ipsarum totum tenorem, cum Si=
=gillis earum authenticis describi mandavi=
=mus, approbavimus et confirmavimus, ac
etiam presentibus confirmamus et approba=
=mus, decernentes, ut dicta exempla eandem
fidem, quam et ipsa originalia in judicijs et
extra perpetuò sortiantur. Tenor autem dic=
=torum Instrumentorum sive literarum
est talis:

In Nomine Sancte et Individue Trini=
=tatis. Cum ex verbis s. ut supra repre=
=ries ad annum 1383. sub Diethelmo
I. Abbate nostro s.s.
Datum et actum Constantie Anno Do=
=mini Milesimo, trecentesimo, quin=
=quagesimo septimo. Quarto Calendas
Octobris s. 28. Septembris / Indictione
decimâ.

Franciscus Lehus in Suevia Ecclesiastica, ex
Buschio de Monasterijs Germaniæ Centu=
=riâ 1. p. V.S.I. 7. 1.

Annus

Annus Christi 1358. Augiæ 635.

Eberhardus Abbas Archidues Austriæ, Habs-
-purgenses Comites, Coenobij Augiensis Emphy-
-theutes, Vasallos, & feudatarios à feudis ex-
-mens liberos hoc anno dimisit, Sigr Abbas,
& Monasterium Augiense servi facti sunt Cin-
-ejusdem Austriacorum. V. S. I. 7. 1.

Annus Christi 1359. Augiæ 636.

Dotatur & fundatur hoc anno Altare SS.
Apostolorum Situm in Monasterio Augiensi
ab Eberhardo Abbate de Consensu Capituli
ejusdem Monij & libera Voluntate, cum
Bonis, Redditibus, Censibus & possessionibus
infrà scriptis; Primò: Vineam dictam Hal-
-tenbol, sitam in Alaspach extendentem se
ad duodecim Virorum culturas, & cum Cen-
-sibus 4. modiorum tritici, & 12. modiorum
avenæ mensuræ Constant. & 8. Solidis de-
-narijs singulis annis in festo S. Martini
Capellano dicti altaris SS. Apostolorum
dandis & assignandis de Curia dicta Rugers-
-wil. Item cum Curia sita in Arnon cum
omnibus Juribus & pertinentijs suis univer-
-sis: Item cum Domo sita in Augia majori
predicta in Vico dicto Gunter Inn Mülin
qua contiguatur ab uno latere domus Jo-
-annis dicti Mayenr: ex alio latere domus
Burgi dicti in Tynnhofft, quam quidem do-
-mum Petrus dictus in Tynnhofft Senior pro
salute animæ suæ legavit & donavit altari

predicto, hâc additâ conditione, quod idem Cleb
Vel sui heredes præfatam Domum pro decem
libris monetæ Const: redimere possint ac de-
bent, quandocunq; volunt, à Crebendario al-
taris prædicti pro tempore existente, Atme
idem Crebendarius prædictam pecuniam
vel decem libras convertere tenebitur in usus
Atevidentem utilitatem altaris prædicti,
Item cum Vinea dicta Loymuiss, sita in
Augia majori prædicta, contiguo ex uno la-
tere Vineæ pertinenti altari S. Diminij,
ex alio latere Vineæ Walteri dicti Holtzw
Ministri Augiæ majoris, quam quidem Vi-
neam Conradus dictus Stöbli in remedium
animæ suæ dedit Atdonavit in usus altaris
prædicti. Item cum Vinea dicta ab Höflin
sita in Augia Majori in cella Superiori con-
tigua ab uno latere Vineæ dicti Agotndw
de Constantia ab alio latere Vineæ dicti
Gmunnu Gojtw. quam quidem Vineam Con-
radus dictus Stöbli prædictus in remedium
animæ suæ legavit Atdonavit altari pre-
dicto, ita tamen, quod post obitum ejus
Atnon ante pertineat prædicto altari.
Item cum Vinea sita in Augia prædicta um
Callenbrny, quæ contiguatur ex uno latere
Vineæ Cunradi dicti Dizli, ex alio latere
Vineæ dicti Gisbrlinn, quam Vineam
ulricus de Imnyn in remedium animæ
suæ legavit Atdonavit in usus altaris pre-

dicto

=dicti, Item cum Vinea Sita in Augia prefata
in obern Zell, quo attingit ex uno latere Vinea
Jacobi dicti Stein Müllers. ex alio latere
Vineam Friderici Sutoris, quam quidem Vineã
Anna dicta Gußmännin pro Salute anime
sue Donavit Altari ante dicto. Item cum
agro dicto der Gubenzer Sito in Augia maj=
=ore Scepe fata, in Inn Nidersolz, omniag;
et singula Bona, possessiones, reditus, Cen=
=sus memoratos cum omnibus juribus et
pertinentijs suis universis eidem Altari et
prebendario ejusdem applicavit cum pre=
=dictis hominibus prefatus abbas Eberhardus
Eberhardus, Statuens, et ordinans de consensu
Capituli, ut, quotiescunq; predicta prebenda
Vacaverit, infra mensem alij Saculari Sacer=
=doti actu conferatur. Etsi abbas, qui pro
tempore fuerit, hoc facere negligat, ex tunc
collatio ipsius Prebende eã vice ad Decanu
dicti Monasterij devolvatur, qui infra men=
=sem proximum ipsam prebendam cum
actu Sacerdoti Saculari et nulli alteri con=
=ferre debet, ad quo facienda se ipsum profa=
=tus Eberhardus Abbas et Conventus et om=
=nes Successores astringit, et solenniter pre=
=sentibus obligat, Statuens etiam et Volens:
ut idem Prebendarius singulis horis Ca=
=nonicis in choro predicti Monrij, quem=
=admodum ceteri Prebendarij interesse
personaliter teneatur, et singulis diebus missam

in

in altari predicto dicendo celebret, nisi causa legitimè fuerit prepeditus, ac etiam, quod idem Prebendarius omni feriâ secundâ vi anniversarijs defunctorum pro celebrandis eisdem in processionibus ad sepulchra eorundem intessit cantando et legendo ibidem unum placebo, una cum alijs Sacerdotibus, ut moris est, que facta sunt Anno Domini 1359. V.S.I.7.1.

Annus Christi 1360. Augie 637.

Rudolphus IV. Archidux Austrie, hoc anno in die S. Stephani Proto Martyris Veniens in Augiam petiit ab Abbate et Conventu quidquam de corporibus S.S. fratrum et Martyrum Joannis et Pauli in nostra Ecclesia asservatis, et obtinuit eorum notabilem partem, secum vectam ad Ecclesiam S. Stephani Vienne, ut ipse fertatur Rudolphus in Instrumento quod triennio abhinc producemus. V.S.I.7.1.

Annus Christi 1361. Augie 638.

In Archivio Augie habetur Instrumentum unionis, quomodo auctoritate Constificali et Epli Parochialis Ecclesia in Wolmatingen cum omnibus suis juribus et pertinentijs Augie Monrio incorporata et annexa est, ita, ut liceat Monrio ejusdem Ecclesie corporalem possessionem jurium apprehendere et tenere, ipsamq; licitem in perpetuum retinere, fructusq; suos ipsius in supportationem onerum et utilitatem

ejusdem

ejusdem convertere, modò tanti proventûs re=
=linquantur, ut ex illis perpetuus Vicarius ali
possit. Quod actum anno 1361.

Annus Christi 1362. Augiæ 639.
Innocentium VI. Romano Ecclesiæ Antis=
=item die 12. Septembris mortuum sequitur
in Pontificatu Urbanus V. creatus 31. Octob.

Rector Ecclesiæ Parochialis in Wolmar=
=dingen coram Henrico Episcopo Constantiensi
sub abbate Eberhardo eandem Parochiam re=
=signat.

Annus Christi 1363. Augiæ 640.
Eberhardus Abbas hoc anno oppignoravit
Vinum Advocati in Augia et Mensspachij
Imperatori Carolo IV.to pro 170. Argenti Marcis.
ohem.

Promissis ut stemus produximus hic
Instrumentum seu diplomata Rudolphi IV.
Archiducis Austriæ ad hunc annum Signa=
=tum, de quo ante triennium sucinctam
fecimus mentionem, quodq; reperire erat
in Actis Sanctorum Bollandi Tomo V. Junij,
fol. 182. Caeterum quod observandum, quod verba
pedemsum subducta à P. Daniele Pape=
=brochio sint inter spersa. En ipsum In=
=strumentum:

Nos Rudolphus IV. Dei gratiâ Archidux
Austriæ, Styriæ, et Carinthiæ, Dominus Car=
=niolæ, Slavoniæ, ac Portûs-Naonis, Comes

in Habspurg, Tirolis, Chiorettis, Alin Kyburg, Marchio Burgovie, necnon Landgravius Alsatie, significamus universis christi fidelibus quod Nos .... Brisaci accepimus corpora SS. Gervasij & Protasij de quibus XIX hujus Num: 92. Alin Ernstein Argentinensis Diocesis, corpora S.S. felicis & Adaucti, de quibus agendum 30. Augusti ..... Porro hac de mente Alberto Duce quondam nostro genitore, cum plurima Vie ad terras Germanie descendimus sub Anno Domini MCCCLX. in die S. Stephani Proto martyris etatis nostre circa XX. in Augia Majore propè constantiam applicuimus ne religiosos & Venerabiles in christo Abbatem & Conventu Monasterij ibidem ordinis S. Benedicti, Constantiensis Diocesis exoravimus humiliter propter Deum, quatenus nobis corpora Sanctorum Joannis & Pauli .... que ibidem convenerunt / unde quando & quomodo, doceant, si possint Augienses: / nobis dare dignarentur, que habere desideravimus, cum magna devotione & integro desiderio cordis nostri Supra quo ex gratia Sancti Spiritus citius sumus exauditi, nobisqs eadem duo corpora, propter Deum & preces nostras sedulas, donaverunt.

Duo quidem duo corpora una cum dictis quatuor corporibus S. Gervasij & Protasij

Thasij Felicis et Beati cantu laudabili, magnis orationibus, et devotione intensa, nec non ornatu eximio, in civitatem nostram Viennensem per alveum Danubij deduximus reverenter, et hoc Sex Corpora, in honorem omnipotentis Dei, manibus nostris in hunc Sarcophagum deposuimus, quem de substantia nostra propria fecimus compalari.

Et hoc totum obtulimus et donavimus pure propter DEum et in honorem Sanctorum omnium ad Ecclesiam S. Stephani in Vienna, in qua nos, Serenissima Catharina de Bohemia D. Caroli Romanorum Imperatoris filia nostra Conthoralis, Reuon illustres Rebarbus ac Leopoldus fratres nostri Charissimi post nostros discessus, aspirante Altissimo feliciter quiescemus, ut omnipotens Deus, in cujus potestate et voluntate cuncta subsistunt, Nobis, dicta nostra Conthorali, et fratribus, omnibusq; nostris Successoribus in hac vita donet et concedat prosperitate et salutem, ac vitam eternam Seculo in futuro amen.

Acta sunt hoc Vienne in Vigilia diei Sancti Pentecostes, Anno Domini MCCCL XIII. etatis nostre XXIV. regiminis vero V. anno. Subtus autem Germanice.

✠ Nos Dux firmamus hanc Brevem manus nostre propria subscripto ✠ appensumq; est majus Sigillum in cera rubra

ubi Vox Corpora significat notabilem Corporum portionem.

Bene notabis amice Lector! ultima hæc Papebrochij Verba: Vox Corpora significat notabilem Corporum portionem: sicut & illa: parenthesi in medio Instrumenti inclusa: unde, quando, & quomodo, doceant, si possint Augienses. ex prioribus siquidem deducitur, non integra Corpora, sed partem tantùm eorum, ex Augia avectam esse, reliquam verò remansisse nobiscum.

Qualiter verò, & à quo hæc Insignia Lipsana ad augiam nostram translata sint, ingenuè, sed & dolenter fatemur. Documenta, ad id probandum, nobis deesse, suspicamur haud inaniter, in variis disturbijs, quibus Monasterium Augiense sæpiusculè vexatum est, ea distracta interijsse: Interim Sufficit nobis, easdem SS. Reliquias habuisse, & notabilem earum partem adhuc in Sarcophago proprio asservari: quod utrumq; levi probatur Brachio & argumento evidenti; Et quidem habitas esse à nobis patet ex Testimonio Ludolfiano prorecitato, quod Spurium esse, nec ipse Papebrochius asserere audet, earum autem plures particulas adhuc haberi, omnis, nisi cæcus, videt, qui arcam seu Sarcophagum inspexerit, quod factum à nobis est áo 1728. Ut quid ergo necessum fuit

Pape-

Papebrochius iis Verbis, unde, quando, A quo-
-modo doceant, si possint Augienses: ad ra-
-tiones de acquisitione harum reliquiarum
reddendas, nos satis jactanter citare ad fo-
-rum suum nobis incompetens!

Annus Christi 1364. Augiæ 641.
Concambium factum est inter abbatem Eba-
-hardum et Cives in Allmannsweg dictos die
sundsun, quo idem Abbas villam in Gret-
-chwinnun, quam illi Lindsun à Monasterio
feudalem tenuerant, cum Decimis ex quatuor
Vinetis in quatuor monthibus sitis Avocatis.
des Wisbrun, des Stadgolten, des Lonnen,
des Gonbrun in Allmannsweg, quæ omnia mo-
-nasterij feuda sunt, et à domino Augiæ
suscipi debent, permutavit, quo decimo
antea Monrio persolvi consueverant.

Annus Christi 1365. Augiæ 642.
Nicolaus de Guotenberg Monachus Augi-
-ensis et Abbas Einsidlensis vitam cum
dignitate exuit 12. Martij. V.S.I. 72.

Annus Christi 1366. Augiæ 642.
Gravissimè colliduntur Constantienses
et Augienses eo quod Mangoldus de Brandis
Nepos Eberhardi Abbatis Monachus Au pro
tempore Cellerarius augiensis, uni ex Ci-
-sterciensibus Petershusianis, Matheo nomine

in Laicu ad Jurisdictionem Augiensem per-
=tinente piscanti oculos eruerit, undè Constan-
=tienses Commotti cruptionem fecerunt in Au-
=giam, multaqs intulerunt damna, quâ
occasione Credibile est, ariem Vogtei dictâ,
exustam esse. ob hoc Mangoldus magis ex-
=acerbatus, de nocte 8. piscatores, denuo in
interdicto sibi districtu piscantes, capi, et
excaecari jussit: alij scribunt Mangoldum
ipsum propriis digitis eorum oculos evulsisse,
sicq exoculatos in urbem remisit, quod di-
=uturnæ Inimicitiæ Seminarium fuit.
Tschud: Stumpfius. Bucelinus. et alij.
Merkius in complicem excaecationis Sup-
=râ fati Matthei adduit etiam Eberhar-
=dum de Acten Clingen Cantorem Augiæ

V.S.I. 7.2.

Hoc eodem Anno consensit Eberhardus
Abbas, et conventus Augiensis ut Mat-
=thias de Schaffhausen civis Constan-
=tiensis agrum vetrò Sylvam Driessam
à Monasterio Augiensi sibi in feudum
elocatum, Abbati Salmansiano Burck-
=hardo cum omnibus suis et appur-
=tinentijs tradere possit, vigore sequentis
Instrumenti.

Wir

Wir Conrad von Gottes Gnaden Abbt
und der Convent gemeinigklich des Gotts
Hus in der Reichs Statt Constantz Ordens
Sanct Benedicten regel Constantzer Bistumbs
Gönnen lassen; Wann der ehrbar wolbescheidne
Mathias von Hertenstein Burger zu Costantz
sin nägne Gut zu Wollmatingen erlangen,
und stossent mitsamt an U. Conrad des Je-
singers ab der Gerichten zu dem Thum zu
Costantz, und mitwochen an Unsers Herren
von Wollmatingen ab der, ob man an der
Fürbenny, und dann an Wollmatingen Ab-
gan Er von uns zu lehen empfangen hat, und
mit lehen an Und mit an unsers Gotts Hus
ist Jahrzeiten nägne gut gemacht hat, darum
durch sin will und durch unsers Gotts Hus
willen, so sind wir im gegunnen, und gön-
nen im mit diesem Brief, das er im selben
hinder dem Holz, das man nempt das Aissen
erlangen und stossent mitsamt an das selb Holz
das man nempt Aissen, und mitwochen,
an dem Acker den Ir buwent Heini Bentz von
Allmansdorff, darselb ab der Wäret in Jesenen
Wald gat, und stossent oben an das vorge-
nempt Holz das man nempt das Aissen,
und dann an der Landstrassen ab der Co-
stentz, die von uns und unserm Gotts Hus
lehen wer, das er denselben Acker mit aller

Ehrsch und mit aller Zugehörd Wasser und
Zeug, Wun und Weyd, Holz und Feld, und
darzu mit allen den Rechten, benumbt und
unbenumbt, als er an ihn kommen und bracht
ist, also hat er denselben Abbt und Convent
und mit aller Zugehörd als vorberührt,
ist, mit unserem willen und gunst ingeben,
den Ehrwürdigen Herren Abbt Burchharden
und den Convent gemeinlich zu Petershusen,
und denselben ihren Gotshus, zu rechten,
eigen, also, das derselb Abbt mit aller Zu
gehörd, und mit allen Rechten hinfür nüz-
-lich thun soll, freylich und eigenlich zu sin
selb Gotshus zu handen suchen, und sollen
wir noch ihnen unser Nachkommen, noch
dasselb unser Gotshus in der Rüwen, und
mit der Lehenschaft wie mit der eigenschaft
denselben Abbt nun zu seinem Gotshus,
noch so, und herzichen und verzühen an den
selben oder den denselben Abbt Burchard
und den den Convent denselben Gotts-
-hus, und den denselben ihren Gotshus zu
schirmen allen eigen und Lehenschaft,
allen Ansprach und Ufzügt, allen Kom-
-ung, allen Brief von dem Fürst zu Rom,
von dem Rich, oder von enkeinen wo, allen
dingen geistlich und weltlichen gerichts
und darzu allen unsren Rechten, damit
wir oder ihn unser nachkommen, oder jemand

anders

[illegible] von [illegible] Gotteshaus wegen
den obgenannten Abbt, Landschreiber
Convent und Irrthalb ihr Gotteshaus zu Hattenhausen
in den obgenannten Acker Zinsens
als weltlen beschworen, in Ihrer
weis, wort, als recht ist gewesen.
Und dessen zu warem und offem Urkund alles
dieser vorgeschribnen Ding, haben wir vorgenannter Abbt Ebersmünster und das Convent
gemeinlich des Gotteshus ihr Insigel
für sich beid, Ir ist gemacht der
Christgeburt, Drizehenhundert Jar
und darnach in dem sechsten,
und sechzigsten Jare an Sant Margarethen
Abend der heiligen Junkfrowen.

V.S.I.72.

Annus Christi 1367. Augiæ 644.
Henricus de Hof Canonicus ad S. Georgium
in obern Zell, quosdam Benefitij sui agellos
contiguos prato Abbatis pro duobus pullis
Gallinaceis ad festum nato Virginis Mariæ
tradendis, in feudum censuale elocavit.

Annus Christi 1368. Augiæ 645.
Rescindit odia Constantienses inter & Augienses, nam, cum ex urbe Constantiensi 16.
Nobiles Juvenes ad ludos equestres Tigurum
Equites pergerent tempore Bachanalium
Wolfhardus Mangoldi frater cum 26. equis

apud Bassersdorff propè Tigurum, in eos irruit, & quingos ex eis equo excussit. At subitâ Castrophe Wolfhardus Gladio transfossus, quatuor ex suis captis, ceteri in fugam acti sunt: unde Eberhardus Abbas, & Nepos ejus Mangoldus navem nundinalem Constantiensium intra Stain & Neuenburg intercipi curârunt, quo in impetu ex Constantiensibus octo sunt interfecti, multi vulnerati: paulo post Constantienses Marbacum Brandisionum aram expugnârunt & incenderunt, novem propugnatores captos Constantiam abduxerunt, & extra urbis portam, quæ dicit Creützlingam, decollârunt. supra citati. V. S. I. 7. 2.

Annus Christi 1369. Augiæ 646.

Adhuc dum gliscunt odiorum scintillæ inter constantienses & Augienses, cumq; his favere videretur Constantiensium Episcopus Henricus, utpotè Eberhardi Abbatis frater germanus, cives deposito erga Episcopos suos affectu continuò ijs adversabantur, donec tandem post plurima damna, exustiones domorum, excisiones vinearum, mediantibus duobus & comitibus lis composita, pacisq; obliva facta reducta. citati V. S. I. 7. 2.

Annus Christi 1370. Augiæ 647.

Urbanus V. 19. Decembris defunctus Successorem

cessorem sortitur Gregorium XI. creatum 30. ejusdem.

Eberhardus Abbas Beneficiato ad altare Duodecim Apostolorum non habenti congruam sustentationem ex bonis suprà recensitis, aliquot mansa tritici adjecit. Datum et roboratum sigillis Abbatis et Conventûs in Die S. Hilarij 1370. in loco qui dicitur Zů der gůten Adelshaim, apropè arcem Hegne in sylvâ et intra districtum Montij Augiens.

Hoc tempore habitabant in servitio clivio quinque fratres Eremicolæ sub habitu et regula S. Benedicti, his à quodam Bleichardo Canonico Cathedrali Constantiensi hoc anno quædam Bona donantur, ut docet hoc donationis instrumentum.

Ich Elnhart der Junginger Friderichs Junlinen des Junginger Hofs Corherr zů dem Münster zů Costenz Tůn kůnd und bekenn offenlich mit disem brief allen die in ansehent oder hörent lesen, das ich gesund libs und můts mit gůtem willen unbezwungenlich und mit gůter vorbetrachtung durch des obgenanten mines bruders Junlinen, miner Můmen Junlinen, min und miner vordern und nachkommen Junen Seelt willen, und an zu trost lůterlich durch Gott gebon hab dem Erwürdigen bruder und Herren Diemen von Blatstatt, bruder Růdolfs von

Bischoff Zell, Bruder Lienhart von Ingnau, Bruder Conrat von Freiburg und Bruder Johannes Hesner von Costenz, die zu diesen Zitten uf der Hochzeit zu der guten Adelheit Hochzitt und wesende sind, das wissen wir bi den eyden hienach der vorgenanten Hochzitt, und das gerti hon inn sid daselb, und allen das nit der vorgenant min herr von Costenz vermacht ge-lassen hat, und gib für mich, mini Erben und nachkommen daselben Bruder Johannes allen Hesch und allen ihren nachkommen, die zu derselben guten Adelheit immer Hochzitt oder wesen-zitt werdent daselben gütlich und früntlich mit aller ir zugehört endlich und fenlich nachkom ingen mit disem brief und gib mich der-über verzigen und verzihe mich offenlich und unbezwungenlich mit disem brief für mich und alle mini Erben, und nachkommen, gen Daselben Bruder Johannes allen Hesch, und gen allen ihren nachkommen alles Ei-gentzschaft, aller Ansprach, aller vordrung, aller Anforung, alles ston, alles ufzugs, und alles das recht, so ich an daselben gütern hab, oder gehaben mag, oder dehein ander min Erben gen dehainen ir nachkommen gewinnen mugen, von dehainer sache gentzlich ald Recht geistlich oder weltlich und ze warem und offnem Urkond und ferrer sicherhait aller dirre vor-

vorgeschriben Linz, gibis Inhalbm Brüeffen
und allen ihren nachkommen für mich und
alle min Erben und nachkommen Darüber
disem brieff mit minem Insigel bestätiget
und gebn ist Costentz da man von Christus
geburt zalt, dreizehen Hundert jar darnach
in dem siebenzigisten jare an sant Erharts
abmst.

L. S.

Annus Christi 1371. Augiæ 648.

Circa hunc annum Joannes Comes de Sulz, Monachus et Custos Augiæ, cui tum præfuit Eberhardus de Brandis Abbas, in Abbatem e Monte S. Georgij Hercyniæ Sylvæ postulatus est; At cum parvo tempore inibi hæsisset, relictâ vel resignatâ Abbatiâ ad Augiam, quæ magis arridebat, reversus est, et de cætero Custodis dignitate contentus, privatus vixit.

Annus Christi 1372. Augiæ 649.

Eberhardus Abbas Commendatori Ordinis Theutonici Verdidit Tettingen et Walhausen cum omnibus juribus et appertinentijs suis pro 500. libris obolorum, reservato primitus jure retractûs; at postmodum prædictum Commendatorem, et Successores ejus ab ejusmodi retractûs jure exemit, gratijs in jus perpetuum donni Theu-

-tonico prememoratis Bonis; in signum verò censualitatis, quilibet possessorum dictorum locorum Tettingen & Wachausen unam cerae libram in festo Purificationis Mariae ad Abbatis Cameram persolvere teneatur.

Annus Christi 1373. Augiae 650.

Eberhardus Abbas Monasterii Augiense, pro sume Ratholdi cellae Constantiensis, Henrico Jacobo Ratholdi-cellensi pro 108. libris Monetae Constantiensis pignori dedit

ohem.

Annus Christi 1374. Augiae 651.

Consecratur hoc anno Capella ad Bonam Adelheidam in nemore, haud procul ab arce Hegne disita sub Henrico Episcopo Constantiensi. Eodem anno ab Eberhardo Abbate eidem loco concedumtur quaedam libertates & Privilegia. Supersunt quoq; in Cancellario Archivio Literae sine Sigillo, ex quibus docetur, quod ibi Presbyteri sub habitu & Regula S. Benedicti habitaverint

Annus Christi 1375. Augiae 651.

Annus

Annus Christi 1376. Augiæ 653.

Wenceslaus filius Caroli IV. Regis Bohemiæ et Imperatoris Romanorum, jure agnominatus Piger, Coronatus est Rex Romanorum 6. Julij V. S. I. 72.

Annus Christi 1377. Augiæ 654.

Annus Christi 1378. Augiæ 655.

Carolus IV. Imperator, Anno ætatis 62. Regni 33. Imperij 24. Naturæ debitum solvit 29. Novembris Sepultus Pragæ in monte S. Wenceslai. In hoc culpandus, quod circa vitæ finem suum privatum commodum reipublicæ bono longè præhabuerit; utpote qui cuivis Electorum, si filium suum Wenceslaum Successorem in imperio diceret, centum florenorum millia promiserat. Electus ergo Wenceslaus cognomine Piger, homo inurbanus, opprobrium hominum, Imperij dedecus.

† Moritur Gregorius XI. 27. Martij. Pontifex maximus creatur Urbanus VI. 8. Aprilis.

Annus Christi 1379. Augiæ 656.

Eberhardus de Brandis Abbas Augiæ XLVII. tandem à Divina Nemesi ad rationem villicationis suæ rediendam evocatus

29. ybris Sepultus in Choro Apostolorum propè murum versùs Chorum à dextero latere descendentibus, cui muro incisum est Epitaphium tale:

Anno Domini MCCCLXXIX.
obijt Venerabilis Pater et Dominus Eberhardus Abbas, hujus Mon: natione de Brandis. requiescat in pace: obijt in die S. Michaelis.

Lapis sepulchralis priore loco amotus cernitur moderno tempore erectus ad januam chori, ubi fratres asperguntur aquâ lustrali:

Ad clavum Abbatiæ Augiensis applicitus est Henricus III. Baro de Stoffeln. Abbas XLVIII. cujus acta obliterata sunt, qui nec in Catalogis abbatum augiensium ab alijs authoribus productis, legitur.

Annus Christi 1380. Augiæ 657.

Reversat se hoc anno nobilis de Thurn-Vorst quod sibi ab Abbate Aug: pro extraditis à se eidem Abbati trecentis Florinis Hungaricis et Bohemicis florenis Cautionales sint datæ de percipiendo annuo perpetuo censu trium plaustrorum vini albi ex decimis in Allmannsh., Id tamen favoris iste de Thurn-Vorst monasterio præstitit, quod eadem Summa in decursu Quadriennij redimi valeat, Atenim elapso quadriennio, vel ex ignorantia, vel impotentia, vel denique negligentia Abbas Wernherus

= heres debita is Hæc non expunxerit, onerosus et perpetuus Census Monasterio Monialium in Wald Ord: Cist: usq; huc quot annis pendi debet.

Annus Christi 1381. Augiæ 658.

Annus Christi 1382. Augiæ 659.

Annus Christi 1383 Augiæ 660.

Tumulo /: olim ante aetare SS. Trinitatis modò infra gradus aræ S. S. Sanguinis ad murum lateris sinistri introitibus / præ=parato infertur Henricus III. Abbas Au=giæ XLVIII defunctus 6. Id: Novembris /: 8. Nov: / Unanimi Capitulorum voto eli=gitur in festo S. Martini 11. Nov: Man=goldus de Brandis Nepos Eberhardi Abba=tis, cujus mater ex nobili genere Baronū de Raetern ab Etsch Monachus, prius à præpositus ac Cellarius augiensis, Abbas XLIX. qui resarturus sperabatur, sed frustrà, quod male egerat patruus.

Henricus quoq; Episcopus Constantiens: LIX. obijt apud Clingnovium in die S. Cæcilie

22. Novembris, inde Constantiam vectus, le-
=pultusq; est in Cathedrali Ecclesia.

Annus Christi 1384. Augiæ 66i.

Mangoldus Abbas Augiensis à potiori ca-
=nonicorum Constantiensium parte Epis-
=copus LX. coopstatur a Adolpho nasso-
=vio Archiepiscopo Moguntino 27. Janu:
confirmatur contra Nicolaum de Rysen-
=burg, vel Rosenberg à ceteris petitum. At
ipse suum dum studet armis prosequi Man-
=goldus, equum conscensurus, subito prosta-
=tus casu, decidit in fossam mortualem,
non sine intoxicati Ephippij suspicione 28.
Octobris, humulatus in Augia choro Apos-
=tolorum, cum hoc Epitaphio.

Anno Domini 1384. 8. Cal: Nov:
obijt Dñus Pater & Dñs Dñs Man-
=goldus de Brandis Abbas monij
Augiæ Majoris, Episcopus electus
constantiensis.

Ejus corpus inventum esse scribitur adhuc
integrum, eô tempore, quo Reverendissimus
Dñs Jacobus Fuggerus Episcopus Con-
=stantiensis Cœnobium è suo in alium loc-
transtulit, quod factum est circa annum
1605. Errat Wion. dum scribit, Mangoldum
mortuum esse anno sequente 3. Febr: quem
diem Niam Democharis papyram notat,
fallitur Niam P. Christophorus Hedman-
=nus in Annal: Eremit. ad annum MCCCL
XXXVI. ita scribens: sine anni Episco-
=patum

-patum sponte abdicavit Nicolaus, cumq́
tandem post multas contentiones obtinuit
Mangoldus Brandisius, rexitq́ per biennium.

Infausta sors regiminis depauperati
Coenobij ſ: nam tertio Chemio, redditus Mo-
-nasterij tunc temporis non ultra tres mar-
-cas argenti se extendebant ſ: cecidit super
Wernherum II. Baronem de Rosenek, Mo-
-nachum et Decanum Augiensem qui fuit
Abbas L. Divo Leonardo specialiter devotus,
Vir bonus, et humilis, invenit Coenobium
in pessimo statu, ita enim ejus Predeceſſo-
-res rem tam divinam, quàm temporalem
gubernârunt, ut ferè nihil relictum sibi
fuerit, quo se juxta statum et dignitatem
suam sustentaret.

Proinde cujusdam D. Petri, sive Petro
Inferioris aut Eginonis, sacerdotis secula-
-ris ad quem quotidiè tam manè quàm
vesperè comestionis tempore in albo equo
solebat descendere, factus est commensalis,
atq́ alumnus, et licèt Wernherus ipse quo
ad suam personam libentissimè Coenobio
sua tenacitate subvenire voluerit, videtur
tamen in divinis promovendis, quæ ante
omnia quærenda, ac intermissa iterum
restituenda et in antiquam devotionem
revocanda erant, valde negligens fuisse.
nam sub suo, sicuti horum quoq́ an-
-tecessorum non nullorum regimine, pre-
-cibus matutini, Horarum, Vesperarum,

et

completorij intermissis, vix semel in Septima-
=nia cantata fuerit in Choro missa, Hac misera
rerum Augiensium facies hoc tempore erat.

Annus Christi 385. Augiæ 662.

Post mortem Mangoldi Nicolaus II. Baro de
Rÿsenberg ex Marchionatu Burgoviensi, ad
quietam Episcopij Constantiensis possessionē
pertigit, Episcopus LXI.

Wernherus Abbas obtinuit Bullam Con-
=firmationis super Electione sua ab Urbano VI.
P. M. datam Genuæ 17. Cal: Maji /: 15. Apr:/
Anno Pontificatus sui 8.

Annus Christi 1386. Augiæ 663.

Hoc anno emanavit Bulla super munere Be-
=nedictionis Abbati Wernhero ab Alberto Epis-
=copo Salonensi ex Mandato Sanctissimi in Chri-
=sto Patris N. D. D. urbani VI. largita, proximâ
dominicâ post diem S. Jacobi Apostoli /: quæ
fuit 29. Julÿ:/ Anno Domini 1386.

Annus Christi 1387. Augiæ 664.

Hoc tempore fundata est Cimissaria, seu Al-
=tare S. Catharinæ V. M. in Ermattingen ab
Amalia Ottonis Jun Comitis dicti filia. Literæ
fundationis reperiuntur infra ad annum
1501.

Wernherus Abbas nonnullas Constitutio-
nes pro Canonicis Ecclesiæ Schinensis edidit
tali decreto.

Wernherus Dei Gratiâ Abbas totusq; Con-
=ventus Monasterij Augiæ Majoris præsentium

In=

Inspectoribus Universis Salutem in eo, qui est
omnium vera Salus. Ne modernorum gesta,
propter longeva temporum curricula apud
futuros oblivionis caligine obumbrentur, ex-
pedit ea sub Scripture testimonijs perennari,
Noverint igitur, tam posteri, quàm presentes,
quos nôsse fuerit opportunum, quod cum fruc-
tus sive proventus prebendarum Ecclesie
in Schnien, quarum collatio ad Abbatem
Monasterij nostri predicti dignoscitur per-
tinere, adeo sint tenues et exiles ut nullus
canonicorum Ecclesie privatos ibidem resi-
dentium secundum clericalem licentiam
valeat commodè sustentari, ut ob hoc sæpè
dictam Ecclesiam in divinis officijs multo-
ties defraudari contingat, dicti canonici
nobis humiliter supplicarunt, ut consue-
tudinem in eadem Ecclesia à multis pre-
teritis temporibus observatam speciali
nostro Privilegio seu indulgentia confir-
mare dignaremur, que quidem consuetudo
talis est, ut canonici Ecclesie prelibate in
sacerdotali ordine constituti, qui ibidem
fuerint residentes et in divinis officijs eidem
Ecclesie quotidiè horas canonicas deservie-
rint, tales fructus prebendarum canonicor
absentium in suos usus recipiant uni-
versos nullam portionem de his fructibus
absentibus quamdiu fuerint absentes red-
denti, cum in divino officio pro eis servierint,

in Ecclesia pronotata, cum Nos justis annu-
-endum sit petitionibus, precipuè per quas
divinus cultus augmentatur, dicte petitioni
nostrum prebuimus assensum, ipsamq; ap-
-probavimus et confirmamus dictam consue-
-tudinem presentium per tenorem, sicut olim
piæ Memoriæ Henricus Episcopus Constan-
-tiensis Gubernator Monoj nri predicti
de expresso consensu conventûs Monoj
nostri confirmavit. Ne autem hæc con-
-firmatio in posterum â quocunq; valeat con-
-firmari, et ad tollendum cujusvis dubitationis
scrupulum, eidem Ecclesiæ indulgemus et in-
-dulgendo statuimus, ut Canonici ejusdem Ec-
-clesiæ in ordine Sacerdotali constituti resi-
-dentes ibidem, si in profata Ecclesia quoti-
-dianis horis Canonicis seu divinis interfue-
-rint, fructus prebendarum Canonicorum
absentium integraliter recipiant, nullam
portionem absentibus Canonicis, quam-
diu absentes fuerint reddituri, quia secundum
Apostolum dignum est, ut, qui altari ser-
-vit, sustentationis suffragium recipiat
ab altari. Si qui verò Canonicorum, qui
Sacerdotali profulgent dignitate, residentes
fuerint, in Ecclesia predicta, nullâ tamen
causâ rationabili impediti, divinis offi-
-cijs non curaverunt, interesse temporibus
superiùs notatis, tales pro rato temporis

negligenti

neglecti portionem se sciant nullam penitùs re-
=cepturos.

Adjicimus etiam huic statuto seu indulgentiæ
ut si aliquis canonicorum residentium post re-
=ceptam portionem ad alium locum se trans-
tulerit, vel aliàs divinis noluerit interesse ibi-
dem, talis ad restitutionem omnium talia
perceptorum canonicis residentibus et offi-
=ciantibus ibidem, si sacerdotes fuerint se
noverit obligatum, cùm clamus et dolus nulli
patrocinium debeat impertiri.

Attendentes etiam eandem ecclesiam
magnum periculum passum ex eo, quod cus-
=todiam ejusdem ecclesiæ, ac claustralia eidem
ecclesiæ pertinentia retrò actis temporibus
pa nos et successores nostros ex negligentia
et alias inadvertentia laicis et personis alijs
inhabilibus eandem custodiam et claustra-
=lia predicta minimè deservientibus solita
fuerint assignari, propter quod divinus cul-
tus in ecclesia dicta haetenus diminutus exis-
=tebat, et officium, pro quo dicta custodia
et claustralia concedi debebant, negligenter
hucusq; fuerit prætermissum;

Id circò pure propter Deum et ob ani-
=marum nostrarum salutem, et ut divinus
officium ni antea eò plus fervere videatur,
quantò negligentius et haetenus prætor-
=missum statuimus et presentium tenore
ordinamus, quod custodia dicta ecclesiæ
ni antea perpetuò, quoties eam vacare con-

ligerit, nulli nisi actualiter in ordine Sacerdotij
existenti conferatur; dictaq; Claustralia Ec-
clesie predicte omnia & singula de cetero
perpetuò solis Sacerdotibus personalem resi-
dentiam in Ecclesia predicta facientibus, ut
eadem Claustralia per divini cultus exerci-
tium in eadem Ecclesia deservientibus de-
serviant, & eisdem deservientibus Sacerdoti-
bus & nullis alijs integraliter & sine di-
minutione cedant, ita tamen, quod propter
ordinationem & indulgentiam ac statutum
per nos, ut est premissum factas & factum
anniversarium nostrum in ara Majori Eccle-
sie sepedicte perpetuò singulis annis so-
lennitèr celebretur. Volentes nostram or-
dinationem & indulgentiam ac statutum
infringere, sive quocunq; modo liceat violare.
Nihil omnimis a nos prefati Wernherus
Abbas totusq; Conventus Monasterij in
omnium predictarum nostrarum ordi-
nationis & indulgentiæ ac statuti nunc
& in posterum venire nec volumus nec
debemus, nec dictos canonicos prefate
Ecclesie in Schinen in predictis statutis
quovis modo molestare, sed ad observatio-
nem omnium predictorum articulo-
rum eos compellere, siquis autem in
anime sue detrimentum eandem ordi-
nationem, indulgentiam ac constitutionem

pre-

praesumpserit Violare Indignationem omnipo-
-tentis Dei et B. M. V. et Apostolorum om-
-niumq; Sanctorum certo certius se noverit in-
-cursurum; In quorum omnium testimonium
evidens ac perpetuum robur et firmitatem
omnium ac singulorum premissorum Sigilla
nostra Abbatis et Conventus predictorum
duximus presentibus appendenda. Datum
et actum in monasterio nostro memorato
Ao Dni 1387. in die S. Bartholomei Apli
Indc X. V. S. I. 8. I.

Annus Christi 1388. Augiae 665.

Wernherus abbas cum Conventu Conrado Co-
-miti Nellenburgensi omnia Beneficia augi-
-ensia, eorumq; collaturas, investituras, pro-
-sentationes &c. tradidit, reservato tamen revo-
-cationis jure; Instrumentum Transactionis
eo, quo inceptum est idiomate tradimus:

" Wir Gerg Heinrich und Gerg Conrad
" von Nellnburg Gebrüder, bekennen und
" verjehen für offentlich mit disem brief,
" als der Ehrwirdig in gott Abbt Wernher
" und gotts Hus in der Reichenaw unser
" gnedigen Herr und die Closter Herren
" gemeinlich Insonderheit gotts Hus der
" Brüdern Gueter uns Herr Conrats
" von Nellnburg abbrochen, angefallen
" verlohren, und genommen haben, als uns
" diesen Krieg, und gott geben, grosse

und Ihnen, wie sie genennt, geschehen, oder erfolgen sind, die demselben Gotteshaus zugehörend und Ihnen haben sind, lassen, presentiren, und investiren soll, und darzu Ihnen weiter noth-wendig ist, als wir hiemit denselben gänzlich weisen. Und ist Ihnen befolgt nunmehro,

Wenn nun dieselben obgenannt unsere Herren der Gnaden und Ihr Jahrzeit gütlich getrauen, so sie uns damit verzeihen haben, quibilles mitgetheilt, und uns die sie und die obgenannt ihr gotteshus und ofnungen bleiben, Nemmen Nemmer vor seinen Herren nit anmassen, darzu so haben wir uns dann gütem freyen willen ergeben und verzeihen, uns jetzt wissentlich mit diesem brieff, wie die sie die der obgeschriebnen brieff wissend sage und alle die gotteshus diensten ehrung und gotts gaben nicht annehmen, das der unsers brieff die obgenannten unsere Herren die alles dasso fürsehen und versehen sagen, so haben wir ihnen gelobt bestätigt, wir loben und bestätigen ihnen auch jetzt mit diesem brieff bey unseren treuen an eydstatt, ob die ge-schehe, das sie den obgeschriebnen ihren brieff gantz wirden haben wollen, wan sie uns dan darumb ermahnend, ob sie über

Antze

Kürtze oder langer Zeit mit ihrem gewissen
botten oder briefen, so sollen wir ihnen selben
ihren brief wieder geben, und in ihren ge-
wirt antworten innerhalb 8. tagen, ihr
meinen und ihre Meynung und sollend dan
sie auch den diesen brieff widergeben ohn-
verzogenlich und ohne alle gefärd; Wir
aber, das wir ihnen den selben brief nit wi-
dergeben und, wenn sie uns den gemeldt ge-
meldet, so soll doch unsers ihre Meynung
darzu obgeschribne brieff zu stund und un-
verzogenlich und Arglistlos schicken und sagen
gütlich und gar. und soll die obgemeldt
unser Herren ihr nit verbinden ihnen und
ihrem gotshaus keinen schaden, noch kein
frommen, mit mehr einigen buchstaben noch
wil ohn alle gefärde, und sollend aber wir
Stimmen oder gantz bleiben bey den andren
unseren mitbrüdern, die wir geben von den
obgenannten unseren Herren, und dem
gotshaus in der Rheinau nachweisung
dergleichen brieff ohn alle gefärde, und dar
zu urkund der warheit haben wir obge-
nannt graff friderich und graff Conrad
von Nellenburg gebetten unser insigel
offentlich lassen hencken an disen brieff,
der geben ist an dem nechsten
zinstag nach S. georgen tag / 28. Aprilis /

Jahr Jesu da man zehlet von geburth Christi
1388

Nicolaus II. Episcopus Constantiensis
cautius vivens Ecclesiam suam regenti de-
bitorum pondere aggravavit, adeo, ut intra
quadriennium vigesies quater mille /: 24000. /
florenos exsolvi necesse fuerit, sentiens pro-
inde commodos contra se Canonicorum ani-
mos, resignavit Episcopatum die 4. Maji
spe amplioris dignitatis, qua defraudatus
redijt Constantiam ad Præpositure digni-
tatem, postea concordi Canonicorum vo-
to adoptatus est Episcopus LXII. Burchardus
Baro ab Höwen Præpositus Cathedralis Con-
stantiensis, qui ipse Romam profectus pro
confirmatione, quam ab urbano VI. impe-
travit eo pacto ut Nicolao Antecessori Præ-
positure honorem & reditus traderet. Edi-
ficavit Burchardus egregium Sacellum in
ambitu templi Cathedralis, in honore SS. Apos-
tolorum Petri & Pauli VSI 8.1.

Annus Christi 1389. Augiæ 666.
Urbanus VI. 13. octobris morte sublatus,
potestatem reliquit Bonifacio IX. creato
2. Novembris.

Unanimiter intra Montinum Augiense
ex una, et civitatem Ratholdi cellensem ab ea
partibus conventum est, quod ad diem

Augiæ

Augiæ Majoris jus pertineat, Clericos in dicta cella quoad Mobilia post obitum cujuscunq; hæredi tandi, nemine, nec Civitate Cellensi reclamante – Reversales desuper universus loci ejusdem Clerus dedit anno sequente 1784.

Annus Christi 1390 Augiæ 667.

Abbas Wernherus jus patronatus unà cum prædio in Marchdorfingen Henrico Zilwun in Allmushuß pro tredecim libris obolorum constantiensium vendidit, sine ullâ reservatione in plena forma.

Henricus Goldrest Rudolpho cum Gold civi Constantiensi ob sibi præstitum fidele servitium in perpetuum irrevocabile præmium jus patronatus cum Bono Ecclesiæ Parrochialis in Morungen, censibus, Decimis, Gratis, agris, Sylvis & pascuis &c. donat, transcribit, & suo, hæredum, ac posterorum nomine omnibus prætactis renunciat.

Annus Christi 1391. Augiæ 668.

Hoc anno exarata Littera Emptionis, vor Graff Friderich zu Tigurn Hoff Caplon der Graff. Herr Friedrich Abbt im Münster gelegen bey Conrad Uslung Burg und Hofmeister und sein Convent umb der Kirchen in dem Rheine zu der Reichenau gelegen, Hofraid zu der Reichenau Egg[en] gesessen, und D. gülter Zollen Rauchst Zeit. ao 1391. V. S. I. 81.

Wenceslaus Rex, utut alias malefactor,
attamen in hoc Benefactor Augiae dicendus
est, quod eidem, ab aliquibus subjectis locis,
insignem contulerit gratiam et Privilegium,
Irrin: verbis utor germanicis, quibus idem
Privilegium Scriptum fuit: Irrin ihr Maj-
-estätt mit wolbedachtem Muth, Rath der
fürsten, von Gnaden wissen und willen, dem
Abbt und Convent des gotshus Ruschnuch
und ihrem nachkommen diese besundre gnad
und freyheit gethon hat, dasmen des ob
gedachten gotshus diensthüt und sonder-
-lichen die hüt die wesenn und gesessen
sygind in der Ruschnuch, in dem Underwer
zů allenthalb, zů Mendoltzingen, zů
Stadthofen, zů Canning zů Mümmelberg, zů
Ermattingen und an dem ufersten zů
Wollmatingen, zů Steckborn und zů Gaim-
-oltzhofen, die sygen diensthüt, Edel, oder
ofne Edel, oder wie die genennt sygind, und
welche in denselben Stätten und Aemtern
besessen sygen, oder dann nacht haben, und dar-
-zů alle des gotshus hüt, wo die gesessen
sygind, in Stätten, und uf dem land, wie
die genennt oder geheissen sygen, ob sygen
Mann oder wib ewiglichen für eigen,
und verlassen die sygen nicht aus-
-genommen, dann das landgericht zů Rott-
-weil, oder an keinen andern landgericht

oder

oder zwischen, wo sie zusammen gehören, und wie
sie einander oder zusammen gehören nicht klar
oder auseinander fällt, vorkommt; wie
aber diese, daß jemand wieder den Abbt,
oder Gotteshaus klösse nicht zu besuchen oder
zu fliehen hätte, und welcher bey Haus das
wäre, nichts abzuschneiden, der soll das sor-
gen und Klagen mit den nächsten von dem
selben Abbt, von der Kirchen, oder von
seinen Nächsten, so nit da sind, und
soll um dasselben ziehen thun, und annemen
das Recht ist, und das Urtheil bindt, es
wären denn diesen Klagen das Recht Christ-
lich besetzt würde. auch soll der Meyer des
vorbenannten Gotteshaus, desselben Abbts,
und den gewohnen benanten glauben und
stätten zu erlauben, daß sie mögen offen
lassen, heimen und hofen, und alle gemein-
schaft mit ihnen haben, also vor ob jemanden
der diesen dingen nimmt oder kommt, bürlode
wenig in ihren Hof anfallen, den soll man
mit offenbar Zeugen Recht thun, nach des glaub-
oder Hand gewohnheit, und als offt sie in die
angenommenen glauben oder stätten kommen
und weiter Irrung, daß sie niemand an-
schießen mit den Rechten, das soll den Abbt
und den burgen Amtmann ferden benügen von
der gemeinschaft wegen, von welches wegen

gebietten ihr Majestät allen fürstlichen Geistlich
und weltlichen, Grafen, Herren, Ritterschaft und Mann-
schaften in Ihrer Majestät und des Reichs Städt,
das sie bey ihrer Majestät und des Reichs Stadt,
und Adels und des Gotteshaus Lands wider diese
Ordnung nicht handlen, suchen, oder zuwenden
sollen, dann ihr derselben nicht in Ihrer Majestät,
noch sein Gericht oder Urtheil über sie thun,
Wer aber, das sie deren einerley jemand wollen
in ein oder ander weis gehandlet werden, do
sollen und mögen ihr Majestät und Königs-
liche macht, das alle solche Handlung, Ge-
richt und Urtheil die Niemand und der von
Rechts, gerichtlich absagen, und Niemand
Gehorsam leisten sollen, und des Gotteshaus
Leuten an ihren Leiben und Gütern keinen
Schaden beweisen: Es wollen auch ihr Majest
von Gnaden thun, in fall dieselben
sich verzeihen sollten, das sie jemanden ein
Ordnung gegeben oder geistliche oder welt-
liche Obrigkeit zu Ordnen Recht, die der weiter
Schädlich innehaben oder und seinen Gotts-
haus verfallen, oder angehören, oder an
seinen seinen Rechten, wie recht das wäre
sein, angreifen, als wenn sie das von alters
redlichen Herbracht haben, wo das geschehen
wäre, oder noch geschehe wurde, die obgenannte
ihre Majestät Herrlichkeit und Gnad, die sie
ihn=

[illegible] Jahre, Do ursunnen ihr Marggrafschafft
mit Ihrem Zu ehr mit Rechten wissen, und
Königlicher Macht vollkommenlich, und mit=
=samen Rüthen, Pflichten, und Dienstbarkeit,
als sie miteinander und besonder allen ohn=
=gefehrlich, und ohn Intrigk seyn sollen, und
Ihnen sie thun ehr, und begnaden sie gnäd=
=lich und gern an aller ihrer Begnadigung, Mi=
=nung und Gnaden, wie sie denn kommen
seyn, ohn alles Gefehrde; Und zu mehrer
Versicherheit will ihr Marggrafschafft, daß nun
Inglichen, der sie vorder gebrauchlich Ihil, Zwan=
=zig Mark Lötiges Goldes zu rechter Buß
und Ihom verfallen Zoller, die sieb der Rath
kommen, und der andern selbe Ihil dem
Erbbt, seinem Gotteshaus und den Knechten
allen ohn alle Hinderung verfallen sollen.
Gaben zu Ansbach Anno Dñi 1392. and Mitt=
=woch nach dem Sontag in der fasten, als
man singet Invocavit. / 6. Martij / V.S.I. 81.

Annus Christi 1393. Augusti 6to.

Wernherus Abbas & Conventus ad preces
Joannis Hun Capellani Altaris SS. Duodecim
Apostolorum literas fundationis, Dotatio=
nis & Additionis Abbatis Eberhardi de an=
nis 1359. et 1370. detritas et aliqualiter la=
=sas renovavit, Autogr. Sigillo roborant
in die S. Adalrici.

Vindemiarum initium hoc anno erat in octava
S. Laurentij, quo est 18. Augusti.

Annus Christi 1394 Augiæ 671.

Annus Christi 1395. Augiæ 672.

Annus Christi 1396. Augiæ 673.

Traditur à nobilibus de Mörsperg coram
Stammano in cella Rathboldi sororibus
ad Hortum in Augia pro pretio septuaginta
octo nummorum librarum monetæ Con-
stantiensis curia in Lörrach prope eun-
dem Rathboldi cellam sita, quam Jacobus
et Nicolaus piscatores colunt, dictam:
Ino bischofs hofd.

Abbas Wanherus Friedlohum in Wiler
prope Herderen, dictum ab Von Liebenau
güetlin, feudale à Monasterio Au-
giensi edit Egoni Præposito in Clingenzell
pro annuo censu unius sertonis cerei, testante
hoc Instrumento:

Wir Wernher von Gottes Gnaden
abbt ins Gotzhus in der Riechenowe

Dirnst

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ANNALES

MONASTERII

B. MARIAE VIRG.

ET

ST. MARCI EV.

541.

Handschr.

541
fol

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN